DECRETVM
GRATIANI
EMENDATVM, ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATVM.

Vnà cum gloſsis,

GREGORII XIII. PONT. MAX. IVSSV EDITVM.

Ad exemplar ROMANVM diligenter recognitum.

WASHINGTON, D.C.

AVGVSTAE TAVRINORVM.
M. D. LXXXVIII.

Permiſſu, quorum intereſt.

348 1/2
Q 11 8

Cam. Law
BV
154
1588
v.1
t.1
folio

51992 a

SERENISSIMO CAROLO EMANVELI,

SABAVDIAE DVCI, ET PEDEMONTIVM PRINCIPI MAXIMO,

Bernardus Caſtaneus, & Socij. F. P.

QVANTVM *debeant Serenitati V. populi ſui, quamq; maxima ſemper fuerit, & ſit veſtra in omnes munificentia, inuictiſſime Dux, clariſſimum orthodoxæ religionis Principum lumen, nemo tanta eloquentia eſt, neque tam diuino, atque incredibili genere dicendi, qui veſtrorum magnitudinem, multitudinemq; in omnes beneficiorum non modo augere, aut ornare oratione, ſed enumerare, aut conſequi poßit. Serenitas namque V. præclara illa, & planè heroica glorioſæ, & nunquam ſatis laudatæ Sereniſſimi Em. Philiberti parentis ſui memoriæ geſta diligenter obſeruans, illiusq; veſtigia ſequens, ita ditionem ſuam omnem, & præcipuè patriam hanc Pedemontanam fideliſſimam optimis primùm inſtitutis, ac legibus, magnificentiſſimisq; operibus excoluit, & muniuit, vt meritò ſibi Imperatorum elogium tribui iure poßit, & verè inter Auguſtos, Auguſtus referri. Id denique de V. Serenitate memorabile recenſendum eſt, quòd ipſius fama iam ab ineunte ætate vehementer commoto vniuerſo terrarum orbe, ſic animos omnium ſingularium ſuarum virtutum ſplendore inflammauit, vt populos plurimos ſibi conciliauerit, deuinxerit, atque ita Imperij, & ditionis ſuæ amplitudinẽ penè diuino, immortaliq́ue merito auxerit. At longè amplius piæ religionis cultu, omniumq; artium, & ſcientiarum genere ſumma cura, & diligentia exornauit, innumeros aliqua modo virtute, nobiliúe arte præſtantes, è longinquis regionibus in vrbem hanc præſertim inducens: Sicq; præclara doctrinarum ſtudia excitauit, vt exteræ nationes vndique confluentes ad vrbem hanc ſtudijs, & perliberalibus artibus florentiſſimam, morumq; elegantia, & nobilitate illuſtriſſimam, tanquam ad Mineruæ templum accedant. Et ſuperioribus annis, vt literatorum omnium commodis conſuleret, Typographicam artem honeſtiſſimam, maximis ſumptibus à glorioſa memoria Sereniſſimi parentis ſui peregrè accitam, & in hanc eandem vrbem inductam, priuatis legibus, ac principalibus muneribus decorauit. Cuius nos plurimis, & immortalibus beneficijs allecti, propenſi etiam ad bene de republica merendum, nuperrimè in vnum denuò coiuimus, & huius noſtræ nouæ ſocietatis vinculo adſtricti, Serenitatis V. auſpicijs, noſtro labore tutandam, & omni ſtudio iuuandam, augendamq; ſuſcepimus. Et primum omnium, vt Chriſtianæ Reipub. & ſtudioſis omnibus gratiſſimam operam præberemus, nullis neque laboribus, neque impenſis parcentes, totius Iuris Pontificij volumina hæc, eruditiſſimorum virorum vigilantia, & ſolertia prius caſtigata, & natiuo candori reſtituta ex Romani exemplaris collatione, & imitatione, accuratiſſima diligentia nouis, & elegantiſſimis his noſtris typis, ſub nouiſq́ue inſignibus excudi mandauimus, ſub eis indies meliora pollicentes. Hunc nos totius Pontificij Iuris pretioſiſſimum theſaurũ, his nouis noſtris typis ſic diligenter excuſum, veluti ſtudij, gratitudinis, & obſeruantiæ noſtræ diuturnum teſtimoniũ, Serenitati V. quæ tot, ac tanta iam à primis annis, ingenij, magnanimitatis, liberalitatis, atque etiam prudentiæ, omnium denique virtutum documenta dedit, vt vniuerſorum Chriſtianæ Reipub. Principum oculos in ſui admirationẽ conuerterit, candido animo, piaq; mente dicamus, ſacramusq;: Deum Opt. Max. ſimul obſecrantes, vt excelſa cæpta veſtra prouehere, in omnibus conſilijs dirigere, omnibus votis annuere, & diutiſſimè incolumen tueri dignetur. Auguſtæ Taurinorum, Calen. Iunij. M. D. LXXXVIII.*

S·AVGVSTINVS

S·IERONIMVS

S·IOVANNES

MOISES

S·MATEVS

IOB

S·LVCAS

DAVIT

S·MARCHVS

ESAIAS

S·PAVLVS·

S·GREGORIVS·

S·AMBROSIVS·

IEREMIAS

EA, DE QVIBVS LECTOREM PRINCIPIO VISVM EST ADMONERE, HAEC SVNT.

IN Ecclesia Romana omnium ecclesiarum magistra, solitos esse asseruari conciliorum canones, & Pontificum decreta, ac cæteris ecclesiis communicari, planè compertum est. Atque in vsu præcipuè videtur fuisse collectio illa, quam Nicolaus Papa in c. si Romanorum. dist. 19. Codicem canonum nominat: in quo continebantur canones, & regulæ illæ, quæ recensentur à Leone I I I I. c. de libellis. dist. 20. Huius Codicis tria manuscripta exemplaria Romæ habentur in Vaticana bibliotheca. Extat etiam impressus Moguntiæ Anno Sal. M. D. XXV. Repertus est autem in vetustissimo Cardinalis Vercellensis codice Cresconij ad Episcopum Liberinum quidam quasi nomocanon: in quo, cum pluribus causarum titulis propositis, exponatur deinde, quibus synodorum, ac Decretalium epistolarũ locis causæ illæ tractentur: capita capitibus, Moguntini codicis, & numeri numeris optime respondent. Quæ quidem à Cresconio adhibita diligentia satis indicat frequentissimum fuisse huius collectionis vsum: & hæc ea est, quæ in notationibus, quæ nunc eduntur, absolutè Codex canonum vocatur. Ceterùm inter priuatos collectores, qui multo plura congerere studuerunt, perantiquus est, Isidorus: cuius collectio protenditur à canonibus Apostolorum, vsque ad concilium Hispalense secundum, habeturque in duobus codicibus: Vaticanæ bibliothecæ, & vno monasterij Dominicani sanctæ Mariæ supra Mineruam: extat autem impressa in editionibus conciliorum, in antiquioribus quidem purior, in recentioribus autem, multis alijs conciljs, scriptisque admista. Isidorum hunc Igmarus Archiepiscopus Rhemensis in libro de synodis celeberrimum illum Hispalensem fuisse affirmat, à quo testatur etiam Trittemius librum Decretorum esse conscriptum: ac certè multa verba, quæ in præfatione huius collectionis leguntur, sunt in libro quinto Etymologiarium. In codice autem Dominicanæ bibliothecæ initio præfationis ita legitur, Isidorus mercator seruus Christi lectori, conseruo suo, &c. nec multo secus in Vaticanis: quo loco in impressis est, Isidorus peccator seruus Christi, &c. Secutus deinde est (vt de ijs primum, quorum opera typis excusa sunt, loquamur) Burchardus Vuomaciensis Episcopus, Othonis III. & Henrici II. Bauari Imperatorum ætate: qui non ordinem temporũ, & prouinciarum, vt Isidorus, sed rerum, & causarum sibi sequendum putauit. Iisdem vestigijs institit non ita multo post Iuo Carnotensis Episcopus: sed exorta interim Berengarij hæresi, multa ad illam confutandam pertinentia addidit, ac multa etiam præterea ex Pandectis, & Codice: dum de laicorum quoque officijs sibi agendum putat: quod Burchardo minus necessarium visum fuerat. Extant autem duo volumina Iuonis nomine inscripta, eandemque habentia præfationem: quorum vnum, quod Pannormia, alterius, quod absolute Decretum inscribitur, quasi epitome quædam est. Verum in hoc eodem campo alij etiam grauissimi viri (quorum libri partim in publicis, partim in priuatis bibliothecis manuscripti habentur) Cresconius, Anselmus, Deusdedit Cardinalis, Gregorius presbyter, qui volumen suum Polycarpum inscripsit, alijque nonnulli præclarè se exercuerunt, suamque operam probauerunt. Nouissimus istorum omnium, præter auctorem Pannormiæ (nam is recentior fortasse est) Gratianus Monachus Benedictinus non tantum decretis colligendis, quod superiores fecerant, operam dedit: sed Iuonis fortasse præfatione excitatus eo potissimum incubit, vt certis quæstionibus propositis, quid in vtramque partem ex canonibus, qui inter se nonnumquam pugnare videbantur, dici posset, ipse & afferret, & explicaret; omninoque eorum varietatem, quæ speciem dissensionis habebat, ad concordiam reuocaret. Ceterum in longo, ac perdifficili opere multa à parum æquis hominibus exagitabantur: nonnulla pij etiam, & verecundi interdum desiderabant. Quamobrem ne huiusce vtilissimi & grauissimi Codicis vacillaret auctoritas, placuit primum Pio IIII. ac subinde Pio V. & Gregorio XIII. (apud quem etiam huius perfecti operis, quemadmodum & aliarum maximarum rerum, laus fuit,) vt illi corrigendo summa opera daretur, menda librariorum tollerentur, si qua etiam in re Gratianus, vt homo, minus vidisset, modestè notaretur, ipsaque omnino capita suis auctoribus, quàm diligentissime restituerentur. Itaque & Romæ Vaticana bibliotheca, & monasterij Dominicani supra Mineruam, aliæque non paucæ excussæ sunt, & ex alijs vrbibus, atque regionibus inuitati doctissimi homines, qui idem facerent, & si quid inuenissent, quod ad hanc rem pertineret, pro sua pietate libenter communicarent, atque ad Pontificem mitterent. Qua diligentia illud factum est, vt cum iam magnam partem suum vnicuique tributum sit, ac propterea intelligi plerumque possit, quæ synodorum generalium, quæ summorum Pontificum, quæ prouincialium conciliorum, quæ Patrum decreta, ac sententiæ, atque inter hæc, quæ sanctæ Romanæ sedi probata sint, quæ minimè, vix quisquam errare, atque incerta pro certis sequi, certa vero pro incertis suspecta habere posthac queat. Quod ad citationes auctorum pertinet, vbi error euidens erat, aut nonnulla Gratiani exemplaria cum veriore, atque ab alijs collectoribus allata citatione consentiebant, sublatis falsis inscriptionibus veræ sunt restitutæ. Vbi verò, quamuis caput apud alium auctorem esset inuentum, fieri tamen poterat, vt illius quoque esset, quem Gratianus citaret (sunt enim haud raro decreta tralatitia, & sententiæ similes in bonis auctoribus) retenta Gratiani citatione satis visum est locum, vbi hodiè habeatur, indicare. Et quoniam interdum aut capitis aliqua quidem pars illius auctoris est, qui citatur, aliqua vero minime, aut verba valde sunt mutata; id quoque est indicatum, adscriptumq; præterea in margine, quo loco idem caput in gloßa

De Codice canonum.

De collectione Isidori.

Burchardus. Iuo.

Pannormia.

Cresconius. Anselmus. Deusdedit. Cardinalis. Gregorius p̃sbyter auctor Polycarpi. GRATIANVS.

De citationibus.

Bibliorum ordinaria, in libris sententiarum, & apud cæteros collectores habeatur, eos præsertim qui in huius operis emendatione magno vsui fuerunt. Animaduersum vero est multa olim fuisse (quorum nonnulla hodiè etiam habentur) homiliarum ex varijs auctoribus collectarum volumina: quibus homilijs nomen auctoris aut non esset præpositum, aut etiam mutatum: quod decretorum collectoribus, qui fontes adire in illa librorum penuria plerumque non poterant, errandi interdum dederit occasionem. Sæpe etiam Gratianus multas Patrum sententias simul colligit, atque in vnum caput concludit, (quamuis in vulgatis codicibus plerunque in diuersa capita sint distractę, sed fere sine rubrica:) idque cum facit, non ipsa prorsus auctorum verba affert: sed arbitratu suo mutat, addit, imminuit, summatim complectitur: quod etiam Burchardus, & Iuo faciunt, cum citant hoc modò, ex dictis Augustini, ex dictis Hieronymi.

De emendatione textus.

In emendando textu, primum initia capitum ob vsitatas doctorum citationes non sunt mutata: sed vbi ab originali discrepabant: in margine, aut in notatione est indicata germana lectio. Deinde hęc glossæ ipsius habita ratio est, vt nihil in textu sit mutatum, vbi mutatio ipsa impeditura erat, quominus quid sibi auctor glossæ voluisset, animaduerti possit: sed eodem modo aut in margine, aut in notatione mendum est indicatum. Vbi verò hæc non obstabant, hæc ferè seruata corrigendi ratio est: vt si videretur voluisse Gratianus auctorum, quos citaret, ipsa prorsus verba referre, ea ex ipso originali emendarentur, & interdum etiam non leui proposita vtilitate, aliqua adderentur: nisi sicubi vulgata lectio visa est melior: nam tunc illa retenta notatum est, quomodo originale ipsum habeat. Sin autem Gratianus non eadem prorsus verba afferre voluerat, sed aut in summam quandam ipsa redigere, aut ab alijs redacta, vt ab auctore glossæ ordinariæ, ab Iuone, & alijs collectoribus referre, tunc nihil ferè emẽdatum, vel additum est: nisi fortè Patris illius, vnde collector acceperat, restituta lectio magnam afferre visa esset vtilitatem: multisque locis id notatum est, & verba ipsius originalis allata: vt lector identidem in memoriam huius adhibitæ cautionis reuocaretur, & labore ad originalia adeundi leuaretur. Quòd si idem caput ex pluribus vicinis alicuius Patris locis confectum est; (nam quę multum distabant, satis plerunque fuit in margine indicare) adiectę sunt in textu particulę illæ, & suprà & infrà: Scilicet, vbi seriem & nexum collectionis impeditura non erant. Vbi verò Gratianus ipse loquitur, ex manuscriptis huius libri exemplaribus pura, germanaque lectio est restituta. In codice canonum capita, quę ex grecis synodis recitantur, sunt à Dionysio Exiguo in linguam latinam conuersa: cuius prefatio manuscriptis ipsius codicis exemplaribus prępositа legitur. Isidorus autem partim hac ipsa Dionisij versione, quamquam raro, partim fortasse prisca illa, cuius mentionem in prefatione sua Dionysius facit, vsus est aut integris, aut aliquantulum immutatis, partim etiam alijs, quę tunc, vt ipsemet Isidorus testatur, extabant, hodiè, pręterquam apud istos decretorum collectores non extant. Quocirca mirandum magnoperè non est, si cęteri collectores, & omnium ferè postremus Gratianus, qui & codicem illum canonum, & Isidori collectionem, & alias etiam habebant, eundem canonem non semper ex eadem versione recitent. Qua de re sępe in notationibus lector est admonitus, & vbi necessarium visum est, græca canonis verba cum versione noua sunt allata: idemque in cæteris Patrum grecorum sententijs factum est. De nomine Paleæ sunt variæ doctorum hominum sententiæ. Multi ea capita, in quibus res inanes ac leues continerentur, hoc nomine appellari censuerunt: alij quasi τὰ παλειὰ, idest antiqua: alij quasi additiones quasdam, deriuata, aut potius deprauata voce ab aduerbio πάλιν. idest, rursum, quo scriptores etiam latini tempore Gratiani vterentur. Verum Ioannes Andreæ in addition. ad Spec. tit. de disputation. & allegatio. prope finem (quem Imola in rubr. de verbor. obligatio. Alexandrinus in proœmio Decre. Iason in rub. tit. de actio. & alij sunt secuti) putat quendam Protopaleam, quem Iason addit Cardinalem fuisse, collectioni Gratiani capita hæc adiunxisse. Atque vt in re tam incerta aliquid elici coniectura possit, exponetur, quid in collatis exemplaribus obseruatum fuerit. In tribus, quæ sunt antiquissima, & videntur scripta paulò post Gratiani ætatem, paucissima ex huiusmodi capitibus habentur. In vno valdè emendato sunt apposita in margine sine vlla nota, sed non omnia, quæ in impressis: quamuis vicissim in illo additiones aliquæ sint, quæ in his non habentur. In alio literis perantiquis descripto, Paleę ipsæ recentiori scriptura toti volumini præponuntur. In cæteris habentur aut omnes, aut pleręque, & partim quidem cum paleę nomine, partim verò sine vllo à cęteris capitibus discrimine. Ex qua obseruatione illud videtur posse colligi, has paleas esse additiones, non eodem tempore factas ad primam collectionem Gratiani, in margine primum adscriptas, ac nonnullis fortasse ab ipsomet Gratiano, vt fit, inter componendum, aut relegendum: quas deinde librariorum quidam omiserint, quidam in contextu posuerint, interdum coniunctę cum prioribus capitibus, interdum cum aliquo discrimine. Falsam verò esse illorum opinionem, qui eas contemnendas putant, ex eo constat, quòd multę & in Decretalibus, & apud vetustiores Gratiano collectores habentur: quod suis locis indicabitur. In plerisque vetustis huius collectionis exemplaribus hęc tamquam inscriptio rubris literis posita est, Concordia discordantium canonum, addita in quibusdam dictione, Incipit, sine vlla Gratiani mentione. Verum in Vaticano illo vetustissimo, cui voluminis ipsius, initio recentiori scriptura paleas esse prępositas dictum est, ante ipsas paleas est hic titulus. Decretum Gratiani monachi sancti Felicis Bonoñ. ordinis sancti Benedicti, compilatum in dicto monasterio Anno Domini Millesimo centesimo quinquagesimoprimo, tempore Eugenij Papæ tertij. In alijs verò duobus codicibus, in extremo est. Explicit Decretum compilatum à Gratiano monacho, monasterij sancti Felicis de Bononia. In chronico, quod inscribitur. Pomærium Ecclesiæ Rhauennatis, qui liber in Bibliotheca Vaticana seruatur, hæc de Gratiano leguntur, Anno Christi millesimo centesimo quinquagesimo primo, Gratianus monachus de Classa † ciuitate Thusciæ natus Decretum composuit apud Bononiam in monasterio sancti Felicis. Idem testatur Hugutio vetustissimus huius codicis interpres, secunda quæstione sexta, ca. post appellationem. & Vincentius in libro Historiarum bis semel libro vigesimotertio, ca. trigesimoprimo, loquens de Isidoro, & iterum libro vigesimoquinto, cap. octuagesimoquarto, agens de Iuone, & alijs Decretorum collectoribus: & sanctus Antonius par. 3. histor. tit. decimooctauo, cap. 6. Trittemius verò in libro de scriptoribus ecclesiasticis Gratianum agnoscit huius collectionis auctorem: itemque in libro secundo de viris illustribus ordinis sancti Benedicti: quo tamen loco addit (ipsam fortasse operis inceptionem spectans) fuisse ab eo compositum Anno Domini Millesimo centesimo vigesimoseptimo. Hanc collectionem Innocentius tertius in epistola ad Archiepiscopum Compostellanum vocat corpus Decretorum. Ob has igitur auctoritates, & receptã apud omnes opinionem in prima huius voluminis pagina præpositus est titulus nomine Gratiani. Quod ad glossas pertinet, quæ pios & catholicos auctores habuerunt; quæ in illis errata paulò maioris ponderis pro humani ingenij infirmitate obrepserunt, ea in margine sunt notata, & quid Catholicè sentiendum sit, ostensum est. Hæ autem notæ, quibus asteriscus affixus est, necessariò posthac in omnibus impressionibus apponendæ erant.

De versionibus.

De paleis.

De titulo.

† Alij, Clusio, alij Ginsa.

De notationibus in glossas.

INDEX LIBRORVM QVI VARIIS EX LOCIS SVNT HABITI.

A

AMbrosij sermones aliquot, qui adhuc non extant impressi, ex bibliothecis Vaticana, & monasterij Mediolanensis sancti Ambrosij.
Anselmi collectio canonum ex Vaticana, & Hieronymi Parisetti.
Alexandri ij. epistolæ aliquot, partim missæ ab Antonino Augustino archiepiscopo Tarraconensi, partim ex bibliothecis, Vaticana, Nicolai Ormanetti Episcopi Patauini, Michaelis Thomasij episcopi Ilerdensis.
Anastasij bibliothecarij chronicon, & versio septimæ synodi, & octauæ sub Hadriano ex Vaticana, & Cardinalis Sirleti.

B

Bonifacij Papæ concilium ex Hispania ex vetusto codice monasterij Populeti.
Bonifacij martyris epistola ex bibliotheca monasterij B. Mariæ supra Mineruam.

C

Cresconij Nomocanon ex bibliotheca Cardinalis Vercellensis.
Capitula aliquot Pōtificum ex eodē codice monasterij Populeti.
Capitularium liber septimus, & capitularia adiecta missa à Iacobo Amioto Episcopo Antissiodorensi ex bibliotheca ecclesiæ Belluacensis.
Collectio decretorum Romanorum pontificum ab Augustino Archiepiscopo Tarraconensi.
Codex canonum, qui apud veteres pontifices in vsu fuit, vt Vaticana, Dominicana, & Cardinalis Sirleti.
Collectio canonum incerti auctoris ex Vaticana.
Collectio canonum ex bibliotheca Mutinensis.
Collectio canonum pœnitentialium incerti auctoris ex bibliotheca Michaelis Thomasij Episcopi Ilerdensis.
Conciliorum Hispanienſium, & Carthaginenſium varietates lectionis ex bibliothecis Regis catholici Lucensi, & Sorienſi à Cardinali Quiroga.
Contij Camerarij liber de formis iuramentorum ex bibliotheca Achilis Stathij.
Concilij alicuius fragmenta quædam post Anselmi collectionem in codice Hieronimi Parisetti.
Cypriani operum exemplaria ex Vaticana, & monasterio sancti Saluatoris Bononiensi.

D

Decreti huius vnde uiginti exemplaria manuscripta, partim sine glossis, partim cum glossis, duodecim quidem ex Vaticana, reliqua verò ex bibliotheca Marcelli Papæ ij. Cardinalium Vercellensis, Sirleti, Michaelis Thomasij Episcopi Ilerdensi, Achillis Stathij.
Decretorum excepta ex bibliotheca sancti Trudonis ab Alberto Leonino nomine vniuersitatis Louanienſis.
Deusdedit Cardinalis collectio canonum, & libri quatuor de rebus ecclesiasticis ex Vaticana.

E

Eugenij ij. concilium ex Vaticana, & tertij ex Vaticana, & ex Gallia.
Emeritense concilium à Cardinale Quiroga.
Ephesini concilij primi antiqua versio ex Vaticana.

F

Fulberti Episcopi epistola descripta vetusto codice ecclesiæ Belluacensis à Iacobo Amioto Episcopo Antissiodorensi.

G

Gregorij iij. epistola ex bibliotheca monasterij supra Mineruam.
Gelasij scripta quædā, & aliorū Pontificum epistolæ ex Vaticana.
Gelasij epistola ab Antonino Augustino Archiepo Tarraconensi.
Gregorij j. epistolæ manuscriptæ ex Vaticana, & Epi Ilerdensis.
Gregorij vij. regestum ex Vaticana, & multis priuatis.
Gregorij iiij. epistola ad vniuersos episcopos per Galliam, &c. ex bibliotheca monasterij supra Mineruam.
Gregorij x. epistola ad regem Armeniorum ex bibliotheca Cardinalis Sirleti.
Græcorum patrum commentarij in sacram scripturam, aliaq; eorumdem scripta, & concilia ex Vaticana.

H

Humberti legati Leonis ix. ad libellum Nicetæ cōtra Latinos responsio ex monasterio S. Mariæ nouæ.

I

Isidori Hispalēsis operum codex ex monasterio Neapolitano sancti Augustini Carbonaria.
Isidori collectio canonū ex Vaticana, & Dñicana supra Mineruā.
Ioannis viij. epistolæ ex Vaticana.
Isidori collectionis canonum præfatio alia à vulgata, missa ab Archiepiscopo Tarraconensi, & Aluaro Gomez ex bibliotheca ecclesię Toletanæ.
Isidori epistola ad Lanfredum ex bibliotheca supra Mineruam.
Innocentij ij. concilium ex Vaticana.
Isidori Hispalensis regula monachorum ex Hispania.

L

Leonis iiij. epistolæ duæ, vna ex bibliotheca M. Antonij Mureti, altera ex bibliotheca Francisci Turriani.
Leonis ij. epistolæ à Cardinale Quiroga ex vetusto codice regiæ bibliothecę.
Leonis iiij. concilium ex Vaticana.

N

Nicolai primi plures epistolæ ex bibliotheca supra Mineruam.
Nicolai concilium aduersus Ioannem Rhauennæ Archiepiscopū, ex bibliotheca ecclesię Mutinensis.
Nicolaus ad consulta Bulgarorum ex Vaticana.

P

Pontificalia manuscripta ex Vaticana, & Cardinalis Sirleti.
Polycarpus, id est, collectio canonum Gregorij presbyteri ex Vaticana.
Petri Damiani oratio de priuilegio sedis Apostolicæ, & disceptatio inter regium aduocatum, & Romanæ ecclesiæ defensorem ex bibliotheca Cardinalis Sirleti.
Paschalis primi epistola, & decreta ex bibliotheca Ormanetti Episcopi Patauini, & fragmentum concilij apud Guardastallū ex Vaticana.

R

Rhemense cōcilium in pago Trosleiano habitum, missum ab Episcopo Antissiodorensi.

S

Scriptum de moribus, vita, & morte Agapiti ex Vaticana.
Stephani v. epistola in collectione canonum incerti auctoris ex Vaticana.
Sanctorum vitæ ex bibliotheta S. Mariæ maioris.
Stephani iiij. concilium in collectione Deusdedit Cardinalis ex Vaticana.
Synodus octaua ex bibliotheca Cardinalis Sirleti, & Vaticana.

T

Ticinense concilium à Iacobo Amioto Episcopo Antissiodorēsi.
Theodulphi capitula ex bibliotheca M. Antonij Mureti.
Theophanis cronicon ex Vaticana.
Toletanæ ecclesię priuilegiorum liber ex Hispania.
Toletana concilia xiiij. xv. xvj. xvij. à Cardinali Quiroga, & xvj. etiam à Petro Pontio Episcopo Placentino.

V

Vrbani ij. concilium Placentinum, & fragmentum alterius concilij, & epistola L. præpositō sancti Iuentij ex Vaticana, Synodus apud Melphiam ex Vaticana, & à Iacobo Pāmelio canonico Brugensi, & concilij Claremontensis apud Aluerniam summæ capitum à Francisco Ricardotto Episcopo Atrebatensi ex uetusto codice Lamberti Episcopi Atrebatensis, eiusdemque concilij fragmentum à Iacobo Pammelio.

Z

Zozimi, & eporum Africanorum ad ipsum epistolę ex Vaticana.
Zacharię decreta ex bibliotheca Ormanetti Episcopi Patauini, Synodus Romana ex Vaticana, Frācica ex Dominica supra Mineruam.

Hæc sunt, quorum nunc memoria suppetit. Ceterùm & alia aliunde habita: & omnium ferè librorum, quorum in hoc opere mentio fit, editiones cum manuscriptis codicibus Vaticanæ, & aliarum bibliothecarum diligenter collati sunt.

GREGORIVS PAPA XIII.

Vniuersis Christi fidelibus, præsentes literas inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

EMendationem Decretorum, locorumque à Gratiano collectorum, (erat enim is liber mendis, & testimoniorum deprauationibus pleniſſimus,) à nonnullis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris optimo conſilio ſuſceptam, ſelectiſque ad id negotium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & alijs eruditiſſimis viris adhibitis commiſſam, multis autem, varijſque impedimentis hactenus retardatam, nunc tandem vetuſtiſſimis Codicibus vndique conquiſitis, auctoribuſque ipſis, quorum teſtimonijs vſus erat Gratianus, perlectis, quæque perperàm poſita erant, ſuis locis reſtitutis, magna cum diligentia abſolutam, atque perfectam, edi mandauimus. In quo magna ratio habita eſt operis ipſius dignitatis, & publicæ eorum præſertim, qui in hoc ſtudio verſantur, vtilitatis. Iubemus igitur, vt quæ emendata, & repoſita ſunt, omnia quàm diligentiſſimè retineantur, ita vt nihil addatur, mutetur, aut imminuatur. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die ſecunda Iunij. M.D.LXXXII. Pontificatus noſtri Anno vndecimo.

ANT. BVCCAPADVLIVS.

CONCOR.

DECRETVM ABBREVIATVM
SIGILLATIM CVNCTA ATTINGENS.

Liber Decreti diuiſus eſt in tres partes, quarum Prima eſt de Diſtinctionibus, Secunda de Cauſis, Tertia de Conſecratione.

Prima pars diſtincta eſt in diſtinctiones centum & vnam.

PRIMA Diſtinctio tractat de iure naturali & humano, ius ipſum naturale eiuſque ſpecies omnes diffiniens, & inter ius ſcriptum, & non ſcriptum differentiam ponens. col. 1.

Secunda, de iure Quiritum ſiue Romanorum, ipſum per ſpecies diffiniens. 7

Tertia, iuris canonici varia nomina diſtinguit, breuiterque exponit. 9

Quarta, ad quid leges inuẽtę ſunt: & quid ſacri canones mandent. 11

Quinta, quomodo ius naturale eſt immobile, nec obſtat quod ibi ponitur. 15

Sexta, an illuſiones nocturnę ad peccatum imputentur: & circa finem proſequitur de iuris naturalis dignitate. 18

Septima, ponit legislatores, oſtendendo qualiter ius inceperit. 23

Octaua ponit differentiam inter ius naturale & conſuetudinem. 24

Nona, auctoritate & exemplo probat conſtitutiones hominum iuri naturali cedere. 30

Decima, oſtendit, quòd leges Imperatorũ vincuntur à canonib. 35

Vndecima, dicit conſuetudinem legib. approbatis cedere. 42

Duodecima, habet laudabilem conſuetudinẽ eſſe ſeruandam: quæ nec canonib. ſacris, nec veritati, nec bonis morib. obuiet. 48

Decimatertia, vult quòd contra ius naturale non admittatur diſpenſatio, niſi in fuga maioris mali. 56

Decimaquarta, quòd quis non debet minus peccatum committere, vt aliud maius euitare poſſit. 60

Decimaquinta, notat de tempore quo ſacri canones, librique & concilia celebrata fuerunt: & quæ opuſcula ſunt admittenda. 61

Decimaſexta, ponit quòd canones Apoſtolorum ſunt recipiendi: poſteà oſtendit quo tẽpore & quo reſidente in papatu, vel imperio quodlibet concilium eſt celebratum. 69

Decimaſeptima, dicit non concilia ſed conuenticula celebrari ſine Papa. 79

Decimaoctaua oſtendit quod prouincialia cõcilia nihil generaliter poſſunt conſtituere: ideo conſequenter declarat ad quid ſint vtilia, & quoties in anno, & quo tempore anni, & cuius auctoritate ſunt celebrãda, & quòd metropolitanus nihil debet exigere ab epiſcopis ad concilium conuenientib. Addit de pœna epiſcopi qui vocatus ad ſynodum non venit. 84

Decimanona, vim Decretalium oſtendens, dicit mandata eccleſiaſtica deuotè ſeruanda. 92

Vigeſima, dicit quòd in cauſis diffiniendis ſacri canones, in exponenda verò ſacra ſcriptura ſancti doctores attenduntur. 102

Vigeſimaprima, tractat de diuerſis ordinib. & gradib. miniſtrorum. docendo qui ſunt executores ſiue miniſtri canonum, à maiori vſque ad infimum. Et differentias miniſtrorum locorum aſſignat: probans quòd maior à minori non debet iudicari. 104

Vigeſimaſecunda, de dignitate Romanæ eccleſię, & quarundam aliarum. 114

Vigeſimatertia, de ordinatione miniſtrorum, incipiens à Romano põtifice, & deſcendens vſque ad oſtiarium. 119

Vigeſimaquarta, de examinatione ordinandorum. 134

Vigeſimaquinta, de officijs clericorum: incipiẽdo ab oſtiario, & aſcendendo vſque ad epm. Circa medium Diſtinctionis, inchoat trede cim præcepta regulæ Apoſtolicę: & proſequitur ibi, Oportet epiſcopum eſſe ſine crimine. Et inde, nacta occaſione, ponit varias ſignificationes huius nominis crimen. Et oſtendit quod ſit mortale & quod veniale. 137

Vigeſimaſexta, exequitur ſecundum præceptũ Apoſtolicæ regulæ, Oportet epiſcopum eſſe vnius vxoris virum. 147

Vigeſimaſeptima, probat, quòd nolentes voue re continentiam, ad ſacros ordines promouendi non ſunt: aſſignans differentiam inter ſolemne & ſimplex votum. 152

Vigeſimaoctaua, probat quòd clericis habere vxores non licet in eccleſia occidentali: addens de ſubdiaconatu, qui olim prohibitus non erat. Vide quod ibi notatur. 155

Vigeſimanona, oſtendit quædam capitula tradita eſſe ex cauſa: quædam ex tempore: quædam ex loco, quædam ex perſona. 165

Trigeſima, quia dictum fuit. 28. diſtinct. ſupra, quòd ſacerdotes non debent à ſe abijcere vxores ſuas prætextu religionis: hic dicit quòd ex cauſa fuit hoc ſtatutum: ſcilicet propter quoſdam hæreticos, qui coniugia deteſtabantur. 166

Trigeſimaprima, probat & ponit exempla in terminis qualiter clerici continere debent, & quòd ab omnib. eſt ſeruanda continentia, niſi ab orientalibus. 171

Trigeſimaſecunda, adhuc proſequitur de continentia clericorum. Et dicit quòd conſtituti in quatuor ſacris ordinib. tenentur continere: & ſi habent publicas concubinas, nullus eorum Miſſam audiat. 178

Trigeſimatertia, oſtendit, quòd bigami, corpore vitiati, vſurarij, publicè pœnitentes, luſores in ſcena, ludentes, furioſi, arreptitij, accipientes meretrices in vxores, & concubinas habentes, promoueri non poſſunt. 188

Trigeſimaquarta, ponit quòd oportet epiſcopum vitare nimiam familiaritatem domeſticarum perſonarum, & etiam conſanguinearum, & quòd venari non licet. 192

Trigeſimaquinta, agit de tertio capitu. apoſtolicæ regulæ, Oportet ordinandum non eſſe vinolentum. 200

Trigeſimaſexta, exponendo illud, prudentem, dicit quòd clerici debent habere peritiam literarum ſacrarum. 205

Trigeſimaſeptima, oſtendit quòd clerici non debent libros gentilium reſpicere, peritiam tamen ſęcularium ſcientiarum debent habere. 208

Trigeſimaoctaua, probat quòd literis dẽbet eſſe eruditus ſacerdos, & canones ignorare non debet. Ignorantia enim ipſi eſt periculoſa. 216

Vrigeſimanona, oſtendit quòd oportet epiſcopum eſſe prudentem in negotijs ſæcularibus, vt ſua cautela reddantur eccleſiæ indemnes. 222

Quadrageſima proſequitur quintum capitulũ Apoſtolicæ regulæ, Oportet epiſcopum eſſe ornatum. Et primò de ornatu interiori, qui conſiſtit in virtutib. 222

Quadrageſimaprima, tractat de ornatu, qui conſiſtit in grauitate, inceſſu, habitu, & temperantia potus & cibi. 229

Quadrageſimaſecunda declarat illud, hoſpitalem. 233

Quadrageſimatertia, illa duo, pudicum, & doctorem. 236

Quadrageſimaquarta, illud non vinolentum, quod eſt pars eius quod diximus ſupra. 26. diſtinct. 242

Quadrageſimaquinta, illud, non percuſſorem. 246

Quadrageſimaſexta, illud, non litigioſum. 258

Quadrageſimaſeptima, illud non cupidum, domui ſuæ benè præpoſitum. 262

Quadrageſimaoctaua, illud, non neophytum. 268

Quadrageſimanona, prædicta præcepta apoſtolicæ regulæ ſub compendio & breuiter recapitulat. Et ponit cauſas & rationes quare criminoſi & vitioſi non debent in epiſcopos promoueri. 262

Quinquageſima agit de lapſu & reparatione clericorum. 273

Quinquageſimaprima, de curialib. ſiue officiarijs ratiocinijs obligatis, iudicib. & aduocatis ordinandis, vel non. 313

Quinquageſimaſecunda, de præpoſteratione ſacrorum ordinum, ſiue de clerico per ſaltũ promoto. 317

Quinquageſimatertia, de curiæ annexis in clero vel monaſterio recipiendis, vel non. Et ibi probat quare curiales & aliter obligati, ordinandi non ſunt. 318

Quinquageſimaquarta, de ſeruis à non dominis manumiſſis non promouendis, niſi libertatem ſint conſecuti. 319

Quinquageſimaquinta, de corpore vitiatis, bigamis, illiteratis, publicè pœnitentib. ordinandis vel non. 332

Quinquageſimaſexta, de filijs presbyterorum, & natis de fornicatione & adulterio non ordinandis. 339

Quinquageſimaſeptima, de baptizatis in ægritudine, an ordinentur. 346

Quinquageſima octaua, de monachis non ordinandis ſine licentia abbatis. 347

Quinquageſimanona quales eſſe debeant qui ad ſummum ſacerdotium aſpirant. 348

Sexageſima oſtendit ex quib. ordinib. aliquis eligendus ſit in præpoſitum, vel decanũ, vel archiepresbyterum, vel epiſcopum. 350

Sexageſimaprima, oſtendit quòd laici nõ ſunt eligendi in epiſcopos, ſed poſtulandi. 352

Sexageſimaſecunda, oſtendit quòd clericorum eſt eligere, & populi conſentire. 363

Sexageſimatertia, probat quòd nullo modo laici debent ſe ingerere electioni epiſcoporum. 365

Sexageſimaquarta, ponit quo tempore & quib. præſentibus debent epiſcopi conſecrari. 389

Sexageſimaquinta, dicit quòd præſentibus omnib. epiſcopis cõprouincialibus vel ſe excuſantibus debet epiſcopus cõſecrari ab archiepiſcopis. Et ibi dicit ℣ ſi cæteris ordinationi epiſco-

Decretum Abbreuiatum.

ni episcoporum consentientibus duo vel tres contradicant,obtineat plurimorum sen tentia. 392
Sexagesimasexta , de promotione archiepiscopi, qui ab omnibus episcopis comprouincialibus est ordinandus , & non est consecrandus à paucioribus quàm à tribus. 398
Sexagesimaseptima , de promotione siue ordine presbyterorum. 399
Sexagesimaoctaua,dicit quòd illi, qui sunt ordinati ab illis,quos non constat esse episcopos,iterum sunt ordinandi.Siue determinat de ordinatione non iteranda, & de chorepiscopis. 400
Sexagesimanona , quòd prima tonsura clerici de manu abbatis potest susci pi. Vel dic q̃ determinat de non ordinatis , ne in ecclesia Dei ministrent. 405
Septuagesima , tractat ne quis ordinetur sine tit. 406
Septuagesimaprima , ne quis ordinetur à non suo episcopo. 408
Septuagesimasecunda,ne ignotus clericus sine literis dimissorijs,siue commendatitijs recipiatur. 412
Septuagesimatertia , ostendit qualiter literæ formatæ & dimissorię fiant. 413
Septuagesimaquarta, tractat an inuitis ordines conferantur. 415
Septuagesimaquinta, de tempore & die consecrationis episcoporum, nec non de temporib.ordinationum aliorum clericorũ. 422
Septuagesimasexta, de ieiunijs quatuor tempo rum,& quare sunt ieiunanda. 426
Septuagesimaseptima , ponit qualiter clerici sunt per gradus ordinandi , & etiam tractat de interstitijs temporum. 434
Septuagesimaoctaua , in qua ætate sunt sacerdotes ordinandi. 440
Septuagesimanona,repetit de ordinatione summi pontificis,quæ à solis Cardinalib.fieri debet. 442
Octuagesima,in quib.locis sunt ponendi episcopi vel archiepiscopi. 448
Octuagesimaprima,& epilogando docet quòd ordinandus in episcopum debet esse sine crimine:nec clerici mulieribus cohabitare debent. 451
Octuagesimasecunda , docet quòd episcopus his qui suis manib.laborare non possunt,prouidere debet:& addit quòd si quis ministrorum fornicationem committat,& agat pœnitentiam,ex dispensatione potest in ordinibus remanere. 463
Octuagesimatertia , docetur quòd prælatus nõ solum à peccato immunis esse debet , sed etiam peccatis aliorum consentire non debet. 470
Octuagesimaquarta,vult quòd prælatus sit vigilans circa defensionem pauperum,releuationem oppressorum,& curationem monasteriorum. 472
Octuagesimaquinta , tractat de hospitalitate clericorum , quæ est episcopis necessaria. 476
Octuagesimasexta , probat quòd oportet episcopum essẽ doctorẽ , vt sciat subditos corrigere.Item liberalem circa patientes necessitatem,& non circa histriones. 478
Octuagesimaseptima,probat quòd viduis , orphanis , & oppressis , episcopus debet dare subsidium. 491
Octuagesimaoctaua,dicit quòd clerici cupiditatis causa negotiatores esse non debent:sed pietatis causa curam orphanis,& viduis impendere. 495
Octuagesimanona,dicit quòd oportet episcopum esse domui suæ bene præpositum, vt sciat in dispensatione rerum ecclesiæ regulam esse obseruandam. 500
Nonagesima, docetur qualiter litigiosi corripiendi sunt,& non ordinandi, tractans de licitis & honestis operib. 505
Nonagesimaprima,de modo cantandi in ecclesia,etiam de electi potestate.Dicit etiã quòd si clericis sua beneficia non sufficiant, possunt sibi necessaria quærere artificio suo licito. 509
Nonagesimasecunda,dicit quòd magis corde , quam vocib.cantandum est. 512
Nonagesimatertia, de obedientia minorum erga maiores,& quòd nullus debet communicare inimicis Romanæ ecclesiæ. 517
Nonagesimaquarta,de legato Romani pontificis,qui impediendus non est:& impedientes sunt excõmunicandi. Probat etiã quòd maior in officio minori vices suas committere potest:& de præsumptione archidiaconorum. 534
Nonagesimaquinta , dicit quòd etiam presentib.episcopis presbyteri quamuis eis subditi,possunt sacra mysteria celebrare,& prædicare. 536
Nonagesimasexta,dicit quòd laicis(etiam Imperatorib.)non licet aliquem ordinare, vel de rebus ecclesiarum iudicare. 544
Nonagesimaseptima, dicit quòd precib. ecclesiæ Imperator & cæteri principes possunt eam iuuare. subijcien. ecclesiam Romanam legationem vndecunque sine signatis apicib.non recipere. 558
Nonagesimaoctaua,dicit quòd clerici peregrini & vltramarini , sine testimonio quinque episcoporum recipiendi non sunt. 561
Nonagesimanona , dicit de Primatib. & potestate eorum,qualiter nullus est appellandus vniuersalis. 563
Centesima,tractat de pallio,& vsu eius. 566
Centesima prima , & vltima , dicit vnam prouinciam in duas non diuidendam. 573

Secunda pars , quæ est de Causis , distincta est in Causas xxxvi.quarum quælibet plures sub se,Quæstiones continet.

Prima causa quæstiones habet septem.

Prima,quærit vtrum vendere spiritualia sit peccatum. Sol.sic. 578
Secunda,an pro ingressu ecclesiæ vel monasterij pecunia sit exigenda vel persoluenda. sol. non. 664
Tertia vtrum prębendas ecclesię emere sit simonia.Sol.sic. 671
Quarta, vtrũ ille reus criminis sit , cuius pater pro eo ignorante simoniam commisit. Sol. ignorantia facti,non iuris,excusat eum. 684
Quinta, vtrũ liceat ei retinere quod pater pro eo simoniacè acquisiuit.Sol. de rigore iuris non,de misericordia secus. 694
Sexta, vtrum ignoranter à simoniaco ordinati sint abijciendi,vel non. sol.probata ignorantia misericorditer tolerantur. 697
septima, vtrũ renuntians suæ hæresi in episcopali dignitate sit suscipiendus.sol.rigor vult eũ deponi,sed dispensatio sustineri. 699

Secunda causa habet octo quæstiones , & in ea quinta præcedit quartam.

Prima, quærit vtrum in manifestis sit ordo iuris seruandus.sic,nisi sit notoria. 722
secunda,vtrum spoliatus ab aliquo sit iudicandus. Non,ante restitutionem. 743
Tertia, qua pœna sint feriendi in accusatione deficientes. Tallione. 746
Quinta, vtrum accusatore deficienre reus sit cogendus ad purgationem. Non , nisi infamia publica laboret. 753
Quarta, an duorum testimonio episcopus sit cõdemnandus.sic. 769
sexta,quo remedio causa subleuatur, Appellatione, quæ tamen ei danda non est, qui causa dilationis appellat. 772
septima,an laici,vel monachi,vel quilibet inferiorum ordinum sint admittendi in accusatione maiorum.Non,de iure nouo. 806
Octaua,qualiter accusatio fieri debeat. solu.in scriptis. 840

Tertia causa quæstiones xi.complectitur.

Prima, vtrum restitutio sit facienda quibuslibet spoliatis.sol.sic,si in casib. Nam infamatus, apostata,iustè spoliatus, præcisus.& suspectus non sunt restituendi. 844
secunda, q̃rit de inducijs, quo spatio sint dandæ : an post restitutionem tantum , an post vocationem ad causam quibuslibet concedendæ sunt.sol.ad arbitrium iudicis. 847
Tertia, quo spatio mensium sint vtrique concedendæ.sol.vt prius. 851
Quarta vtrum infames sint recipiendi ad testimonium.sol.non,nisi contra sui similes. 857
Quinta an testes domestici vel inimici sint producendi.sol.non. 861
sexta,vtrum reus extra prouinciam sit producendus.sol.non. 869
septima , vtrum criminosus possit esse iudex. sol.sic,ab ecclesia toleratus. 878
Octaua,vtrum episcopus possit ab vno iudicari.sol.non,nisi à xij.episcopis, reseruata sententia summo Pontifici. 888
Nona , vtrum accusatores vel testes in absentem vocem accusationis vel testificationis exhibere valeant.sol.non. 890
Decima , vtrũ deficientes in vno capitulo sint admittendi ad sequentia.sol.non. 898
Vndecima , vtrum accusatus in accusatorem possit conuertere accusationẽ. sol. non, nisi in maiori crimine. 900

Quarta causa habet vi.quæstiones.

Prima , an in excommunicatione constitutus alium accusare valeat.sol.non. 904
secunda,an infra xij. annos in criminali causa quis testificari possit sol.non. 906
Tertia,an ab accusatione prohibitus possit esse testis. sol.non. 906
Quarta,an idem possit esse accusator & testis. sol.non. 917
Quinta , an si vocatus ad causam non veniat sit excommunicandus.sol.sic,nisi iustam absentiæ causam probauerit. 920
sexta , an calumniator in propria causa sit audiendus. sol. sic , si causa non sit criminalis. 921

Quinta causa habes vi.quæstiones.

Prima,qua pœna sit feriendus qui famosum libellum scribit.sol.anathemate, nisi scripturam probauerit. 923
secunda , quoties quis sit ad causam vocandus antequam excommunicetur, sol.non tãtum semel,sed bis. 925
Tertia,an per procuratorem quis causam agere valeat criminalẽ.sol.non , nisi sit persona illustris. Causam verò iniuriarũ ciuilem, sic. 986
Quarta, an absque synodali audientia episcopus sit damnandus.sol.non. 930
Quinta,an sit habendus pro inimico qui aliquẽ accusat.sol. non , si hoc faciat ex charitate. 932
sexta,qua pœna sit plectendus qui non probat obiecta.sol.tallione. 935

Sexta causa quæstiones v.continet.

Prima,vtrũ criminosi vel infames religiosum episcopũ possint accusare de simonia.Non. 940
secunda,si episcopus accusationem in accusantem conuertere Voluerit,an eius verbo simplici fides adhibenda sit.Non. 952
Tertia,an liceat petere iudiciũ episcopi alteri prouinciæ.Non,nisi in causa damnationis 955

Quarta,

Materia XXXVI. causarum.

Quarta,cuius iudicium sit expetendum cũ episcopi prouinciæ in sua sententia discordant: Archiepiscoporum & episcoporum vicinæ prouinciæ. 958

Quinta,an accusatore deficiente reus sit ad probationem cogendus.Non, sed bene ad purgationem,si laboret infamia. 961

Septima causa habet ij.quæstiones.

Prima vtrum viuente episcopo alius poterit in eadem ecclesia ordinari.Non,nisi transferatur vel cedat.Tamen pro infirmitate vel senectute,datur sibi coadiutor. 963

Secunda, vtrum hi qui cesserunt causa infirmitatis,sanitate recepta possint cathedram repetere.Non. 998

Octaua causa quæstiones v.colligit.

Prima, vtrum liceat episcopo sibi successorem eligere.Non. 1000

Secunda,an amicorum patrocinia in electione valeant.Non. 1013

Tertia, an sit simonia post electionem pro indemnitate ecclesiæ iuramentũ præstare,Sic, si pactum super hoc præcessit. 1015

Quarta,an liceat clericis declinare iudicia episcopi de crimine accusati ante sentẽtiæ tempus.Non ante condemnationem,nisi per appellationem. 1017

Quinta , an accusatus coram apostolico , sine eius litteris debeat reuerti.Non. 1018

Nona causa habet iij.quæstiones.

Prima,an ordinatus ab excommunicato eijciẽdus sit. Non, si ignorauit illum esse excommunicatum. 1019

Secunda , an liceat archiepiscopo vel episcopo clericos alterius ordinare.Non, sine litteris proprij episcopi. 1022

Tertia,an liceat archiepiscopo clericos sui suffraganei absoluere vel damnare. Non , nisi data negligentia,vel appellatione interposita. 1027

Decima causa quæstionibus 3.est contenta.

Prima,an ecclesia cum omni dote ad episcopũ pertineat , vel ad eius ordinationes.Sol. sic. 1038

Secunda,an liceat episcopo res ecclesiæ distrahere.Sol.non,nisi in certis casibus. 1045

Tertia,quid à singulis ecclesijs nomine cathedratici valeat exigere.Sol.duos solidos.1054

Vndecima causa habet iij.quæstiones.

Prima,an clericus ante ciuilem iudicẽ sit trahendus.Non. 1062

Secunda,qua pœna dignus sit qui clericũ ad sęcularem iudicem traxit. Excõmunicatione. 1086

Tertia , qua pœna dignus sit qui sententiam episcopi non seruauerit. Depositione.1087

Duodecimæ causa quæstiones continet quinque.

Prima,an liceat clericis proprium habere. Nõ regularib. 1140

Secunda,an res ecclesiæ possint dare. Non,nisi in casibus. 1158

Tertia , vtrũ clerici acquisita de reb. ecclesiæ possint relinquere quib. voluerint.Non nisi ecclesiæ. 1203

Quarta,quib. possunt clerici relinquere quę de suis & ecclesię reb. prouenerunt. Partim ecclesię,partim hæredib. 1206

Quinta,an liceat clericis testamentum facere. Sic,de proprijs reb. 1207

Tredecima causa habet ij.quæstiones.

Prima:vtrum decimę sint dandæ ratione territorij vel personæ. Sol. ratione vtriusque. 1210

Secunda , an ius percipiendi & soluendi decimas tollatur ratione temporis. sol.sic. 1215

Decimaquarta causa habet vi.quæstiones.

Prima, an liceat clericis in iudicio sua repetere.sic. 1236

secũda,an super reb. ecclesiæ testes eiusdẽ sint audiendi.Sic. 1238

Tertia , an præter sortem aliquid accipere sit vsura.sic. 1241

Quarta,an liceat clericis vel laicis vsuras accipere.Non. 1243

Quinta,an eleemosynę sint de vsuris faciendę. Non. 1247

sexta , an vsurarij possint pęnitentiam agere. Nõ,si habeant vnde possint restituere.1254

Decimaquinta causa habet viij. quæstiones.

Prima,an ea quæ fiunt ab ignorantib. vel mente alienatis,sint eis imputanda.Non,nisi culpa sua ad ignorantiam deuenerint. 1258

secunda,an pro impensis patrocinijs liceat clericis munera exigere.sic. 1268

Tertia,an per confessionem mulieris cum qua peccauit sacerdos sit condemnandus. Non. 1269

Quarta,an die dominio debeant episcopi causas audire.Non. 1274

Quinta,an neganti crimẽ purgatio sit indicenda.sic,si laborat infamia. 1276

sexta,an in criminalib. confessio si extorquenda.Non. 1278

septima,an solus episcopus diaconum vel presbyterum deponere possit.Non. 1283

Octaua,si confessus vel conuictus de his quæ ante ordinationem commisit , valeat ministrare.Non. 1286

Decima sexta causa habet vij.quæstiones Et in ea,quinta quæstio ponitur in tertio loco.

Prima, an liceat monachis officium celebrare. sol.sic,cum permissione episcopi: & licentia abbatis. 1290

secunda,an liceat eis in capellis suis sacerdotes instituere.sol.sic,si quas possideant pleno iure. 1335

Quinta,an episcopus vel abbas iure territorij capellam valeant vendicare.sol.non. 1339

Tertia,an iura ecclesiæ per præscriptionem tollantur.sol.sic. 1341

Quarta,an ecclesia contra ecclesiam vel monasterium possit præscribere.soc.sic. 1359

sexta,si quis in rem ecclesiæ ab aliquo detentã sua auctoritate irrepserit , an cadat à causa. sol.sic,sed non ecclesia. 1361

septima,an liceat alicui ecclesiam de manu laici recipere.sol.non,nisi ecclesia vel monasterium habeat ius patronatus. 1366

Decimaseptima causa habet quattuor quęstiones.

Prima,an reus sit voti qui à proposito sui cordis recedit.solu.non,quantum ad ecclesiam, nisi ore pronuntiauerit. 1387

secunda, an beneficia ei reddenda sint qui eis in infirmitate renuntiauit.sol.sic,si non erat sui compos. 1389

Tertia,an liceat illi qui se monasterio tradidit postea ad propria redire.sol.non. 1392

Quarta,an discedẽs de monasterio sine sui abbatis licẽtia,possit sua vẽdicare.sol. nõ.1392

Docimaoctaua causa habet duas quæstiones.

Prima,an abbas factus episcopus acquirat ecclesiæ, vel monasterio. sol.dũ fuit abbas, acquisiuit monasterio: sed factus episcopus ecclesiæ. 1413

secunda , an per episcopum abbas sit eligendus vel instituendus.sol. ab episcopo est ordinãdus:à fratrib.verò eligendus. 1414

Decimanona causa continet iij.quæstiones.

Prima, an episcopus debeat permittere clericos transire ad monasterium.sol.sic. 1431

secunda,si noluerit, an liceat eis eo inuito transire.sol.sic. 1432

Tertia , an liceat canonicis regularib. transire ad monasterium monachorum. sol. non.sine licentia sui prælati 1433

Vigesima causa quæstiones iiij. comprehendit.

Prima,vtrũ pueri traditi monasterijs sint cogẽdi ibi manere. Non, nisi postquam venerint ad annos discretionis. 1439

secunda,si præter voluntatem parentũ intrauerint monasteriũ,an per eos inde possint extrahi. sic, infra annum & diem : si sint infra annos discretionis. 1445

Tertia,an qui inuitus cucullam induit , cogatur eam retinere. Non: nisi post consenserit. 1448

Quarta , an liceat ab vno monasterio ad aliud transire.sic. 1452

Vigesimaprima causa habet v.quæstiones.

Prima , an clericus possit in duab.ecclesijs inscribi.sol.non. 1454

secũda,an liceat clericis à sua ecclesia ad aliam transire. sol. non , sine literis vel licentia sui prælati. 1457

Tertia,an liceat clericis suscipere procurationem sæcularium negotiorum. sol.non, nisi causa pietatis. 1461

Quarta, an liceat clericis vestib. fulgidis ornari.sol.non. 1464

Quinta,qua pœna sint puniendi clerici ad iudicium sæculare fugientes.sol.excommunicatione. 1466

Vigesimasecunda causa gerit quæstiones quinque.

Prima an iuramentum sit præstandum.sic,causa necessitatis. 1468

secunda,an sit periurus qui iurat falsum,& credit uerum. sic, propter intentionem fallendi.tamen postea dicitur contrarium. 1478

Tertia,an liceat clericis denegare episcopo cõsuetam obedientiam.Non,ante condemnationem. 1492

Quarta,an iuramentum illicitum sit seruandũ. Non. 1473

Quinta,an periurus sit qui alium peierare cogit.sol.sic. 1505

Vigesima tertia causa habet viij.quæstiones.

Prima,an militare sit peccatum. Non , si iuste fit. 1316

secunda, quid sit bellum iustum. sol. Quod fit edicto superioris repetendarum rerum , aut propulsandarum iniuriarum causa. 1524

Tertia , an iniuria sociorum sit armis propulsanda.sic. 1525

Quarta,an vindicta sit inferenda. sic, ab eo cuius interest. 1530

Quinta, an sit peccatũ iudici vel ministro reos occidere.Non,causa iustitiæ. 1575

Decretum Abbreuiatum.

Sexta,an mali sint ad bonum cogendi.Sic. 1601
Septima,an hæretici sint spoliandi suis,& eccle siæ suæ bonis.Sic. 1605
Octaua , an liceat clericis arma mouere. Non manu propria, nisi causa necessitatis. 1609

Vigesimaquarta causa habet quæstiones iij.

Prima,an hæreticus aliquem possit excommu nicare.Non. 1630
Secunda,an post mortem possit aliquis excom municari.Sic,pro hæresi. 1662
Tertia,an pro peccato domini eius familia pos sit excommunicari. Non,sed interdicto sup-poni. 1669

Vigesimaquinta causa habet ij. quæstiones.

Prima, an auctoritate priuilegij quis contra ius commune valeat se tueri.Sol.sic. 1694
Secunda,an sequentia priuilegia derogẽt prio-ribus.Sol.sic,si ex certa scientia fuerint con-cessa. 1702

Vigesimasexta causa quæstiones 8.continet.

Prima,an sint sortilegi qui sub ficto religionis nomine futura promittunt.Sol.sic. 1716
Secunda,an sit peccatum esse sortilegum. Sol. sic. 1716
Tertia,à quib.genus diuinationis sumpsit exor dium.Sol.à Persis. 1721
Quarta,quot sũt genera diuinationis.Sol. qua-tuor secundum numerum, duo secundũ for mam,quod videre potes. ibid.
Quinta,an sortilegi sint excõmunicandi. Sol. sic. 1724
Sexta, an excommunicatus ab episcopo possit reconciliari à presbytero.Sol. non episcopo inconsulto , nisi in necessitatis articulo. 1734
Septima,an morientibus sit pœnitentia impo-nenda.Solu.non, tamen est eis innotescen-da.1741

Vigesimaseptima causa habet quæstiones ij.

Prima,an coniugium possit esse inter vouẽtes. Solu.non, si votum sit solemnizatum, secus si simplex fuerit. 1749
Secunda,an liceat sponso à sua sponsa recede-re.Solu.non,si desponsatio sit de præsenti. 1778

Vigesimaoctaua causa gerit quæstiones 3.

Prima.an coniugium sit inter infideles. Solu. Sic. 1807
Secunda , an liceat conuerso ad fidem,ducere aliam viuente priore.Sic,si sit diuisus ab ip-sa infideli. 1826
Tertia,an bigamus sit qui ante baptismum vnã vxorem,& post aliam habuit.Sic. 1827

Vigesimanona causa habet duas quæstiones.

Prima,an sit coniugium inter seruum & inge-nuam.Sol.sic, nisi error impediat. 1829
Secunda,si prius putabat hunc esse liberum, & postea deprehendit ipsum esse seruum , an possit eum deserere.Sol.sic. 1832

Trigesima causa habet quinque quæstiones.

Prima,an liceat reddere debitum vxori,quę fi-lium de sacro fonte leuauit.Sic,nisi ex con-sensu vtriusque sit factum. 1838
Secunda,an sponsalia contrahãtur inter infan-tes,Non. 1845
Tertia, an spirituales vel adoptiui filij,possint naturalibus copulari.Non. 1846
Quarta , an liceat alicui cõmatrem vxoris suæ ducere in vxorẽ.Sic, mortua vxore, si com-maternitas matrimonium præcesserit. 1850
Quinta,an clandestina desponsatio manifestę præiudicet.Non,apud ecclesiam. 1854

Trigesimaprima causa habet tres quæstiones.

Prima,an possit duci in vxorem,quæ prius fuit polluta per adulterium.Sol. sic , nisi adulter dederit ei fidem viũente viro , vel machina-tus sit in mortem eius. 1862
Secunda,an filia sit inuita alicui in vxorem tra denda.Sol.non. 1871
Tertia , an post patris sponsionem possit alij nubere.Sol.sic,si non consenserit. 1875

Trigesimasecunda causa habet octo quæstiones.

Prima , an liceat ducere meretricem in vxo-rem.Sic. 1876
Secunda,an sit vxor appellanda quæ ducitur in continentiæ causa.Non. 1886
Tertia,an mulier sequatur arbitrium aui libe-ri,an patris serui.Aui. 1898
Quarta,an viuente vxore liceat alicui ex ancil la filios quærere.Non. 1899
Quinta,an ea quæ patitur inuita, pudicitiã per dat.Non. 1911
Sexta , an adulter adulteram dimittere possit. Non. 1924
Septima,an viuente dimissa,aliam accipere pos sit.Non. 1926
Octaua,si in hoc saltem infidelem ducere pos-sit , ea conditione vt ad fidem conuertatur. Non. 1939

Trigesimatertia causa habet quin-que quęstiones.

Prima,an propter impotentiam coeundi sit ali qua à viro separanda.Sol.Sic. 1941
Secũda, an separata possit nubere cũ quo prius est fornicata.Sol.sic pęnitẽtia peracta.1945
Tertia an sola cordis contritione possit pecca-tum deleri. Sol. sic , vbi facultas confitendi non suppetit. 1960

Notandum hic quòd ratione huius tertiæ quæ-stionis,nota agitur de Pœnitentia,cuius tractatus per Distinctiones se-ptem est distinctus.

Prima,quærit an sola cordis cõtritio deleat pec catum.Sic,si confitenti facultas desit. 1961
Secunda:an charitas semel habita possit amitti. Sol.sic,in via:secus tamen in patria. 2026
Tertia,an pœnitentia possit reiterari. Sol. sic , pręter solemnem. 2064
Quarta , an peccata semel dimissa redeãt. Sol. non,simpliciter. 2100
Quinta,quis modus debeat obseruari in impo nenda & accipienda pœnitentia.Sol.ad arbi-trium proprij sacerdotis discreti. 2120
Sexta,cui quis confiteri debeat. Solu. proprio sacerdoti, si sit discretus : alioquin alteri de eius licentia. 2127
Septima,an pœnitentia timore mortis accepta sit fructuosa.Sol.sic. 2131
Quarta quæstio causæ supra proximę est , an actus coniugalis sit prohibitus tempore ora tionis.Sol.sic. 2133
Quinta,an vir sine consensu vxoris,& econuer-sò,vouere possit cõtinentiam.Sol.non.2141

Trigesimaquarta causa habet duas quæstiones.

Prima , an rea sit adulterij quæ credens maritũ mortuum nupsit alteri.Sol.non. 2152
Secunda, an redeunte priore cogenda sit rece-dere à secunda , & ad priorem redire. Solu. sic.2152

Trigesimaquinta causa habet ix.quæstiones.

Prima an liceat aliquam ducere de propria co gnatione.Sol.non. 2159
Secunda , an liceat aliquam ducere de cogna-tione vxoris suæ.Sol.non. 2163
Tertia vsque ad quem gradum debeat quis ab-stinere à consanguineis suis,& vxoris suæ.so lu. olim vsque ad vij. hodie vsque ad iiij. 2163
Quarta,quare vsque ad septimum gradum cõ putatur consanguinitas. sol.ad instar vij.ęta tum mundi. 2172
Quinta , quomodo gradus consanguinitatis sunt computandi. sol. sicut ostenditur in ar-bore. 2172
sexta,qui iusiurandum de propinquitate firma-re debent.solu.propinqui & vicini. 2191
septima,an incestuosi filij repetentur. solu. nõ. 2197
Octaua,si consanguinei ignoranter coniuncti, simul possint remanere.solu.non, nisi ex dis pensatione Papæ in quinto gradu vel supra. 2198
Nona,an matrimonium per falsos testes separa tum,si postea apparuerit ecclesiam fuisse de-ceptam,sit redintegrandum. sol.sic. 2200
Decima, si relicta alicuius in secundas nuptias transierit , an proles ex eis suscepta poterit copulari consanguineis prioris viri.sol.non. 2206

Trigesimasexta & vltima causa habet duas quæstiones.

Prima,an virginem opprimens raptum com-mittat.sic. 2208
secũda,an rapta raptori nubere possit. Vtiquè. 2211

Tertia pars est de Consecratione,quæ quin-que Distinctiones duntaxat com-plectitur.

Prima , agit de consecratione ecclesiarum , & missarum celebratione. 2217
secunda,de sacramento Eucharistiæ . 2248
Tertia,de festiuitatib. per anni circulum cele-brandis. 2311
Quarta,de baptismi sacramento. 2324
Quinta de confirmatione & ieiunio. 2398

DECRE-

DECRETI TOTALIS MATERIA

PER METRA NOTATVR SEQVENTIA.

DECRETVM DOMINI GRATIANI TRES HABET PARTES principales. Prima est de Distinctionibus, quæ sunt vna supra centum. Et singulas Distinctiones singuli versus sequentes luculenter aperiunt.

1 PRimo legat quisque diuinum ius, hominisque col. 1.
2 Altera dat textum quo nosces iura Quiritum. 7
3 Canonico varia iuri dat nomina terna: 9
4 Quarta docet legum quæ causa, modusque statuti. 11
5 Ius naturale probat immutabile quinta. 15
6 Sexta notat vitium distinctio ludificatum. 18
7 Septima signat eos qui leges composuere. 23
8 Parte sub octaua mores naturaque pugnant. 24
9 Nona statuta tenet naturæ cedere iuri. 30
10 In decima regum leges canon superabit. 35
11 Canonis & secli superatur legib. vsus. 42
12 Id quod Roma tenet, discretio sæpe relinquit. 48
13 Si perplexum te reddunt mala, tunc minus imple. 56
14 Non faciat leuia, quo quis vitet grauiora. 60
15 Canonis hæc ortum dabit, apocryphosque libellos. 61
16 Suadet Apostolici vim canonis ista teneri. 69
17 Auctor sit Papa, si concilium celebretur. 79
18 Dicitur hic quòd bis synodus celebretur in anno. 84
19 Hæc decretalis referat quid epistola possit. 92
20 Bisdena Papæ sanctorum dogmata cedunt. 102
21 Inferior summum non iudicat hac prohibente. 104
22 Ista locus distinguit & ordinat ecclesiarum. 114
23 Ordinat hæc omnes, maiores, siue minores. 119
24 Post examen honos est ordinis attribuendus. 134
25 Optat Apostolus hic quòd sit sine crimine præsul. 137
26 Sit post baptisma contentus coniuge sola. 147
27 Nullus post factum presumat nubere votum. 152
28 Ista sacratorum connubia pagina damnat. 155
29 Hac locus, & causa, tempus, persona notantur. 165
30 Connubium terdena probat contra Manichæos. 166
31 Tangitur hic quòd contineant offerre volentes. 171
32 Defere presbyterum qui scorta palam retinebit. 178
33 Lusori, bigamo ve sacer non traditur ordo. 188
34 Fœmina pontifici persona domestica non sit. 192
35 Non vinolentus præsul, sed sobrius esto. 200
36 Instruit hæc prudens quòd debeat esse sacrandus. 205
37 Hæc prohibet lege gentilia metra sacratum. 208
38 Scripturas sacras sacrandus scire iubetur. 216
39 Vult hæc pontifices callere negotia secli. 222
40 Internis pars dena quater virtutib. ornat. 222
41 Sit modus ingressu, cunctis, verboque, ciboque. 229
42 Clericus hospitijs peregrinos collocet omnis. 235
43 Factis & verbis doctor sis, atque pudicus. 236
44 Vites ingluuium, conuiuia, siue tabernas. 242
45 Atque caue quemquam palma linguave ferire. 246
46 Respuit hec hominem distinctio litigiosum. 258
47 Non bene præpositos domui, cupidosque repelle. 262
48 Abijcitur sacrandus in hac, si neophytus sit. 268
49 Crimina non delet reliquorum, crimine vinctus. 269
50 An reparetur habet pars quinquagesima lapsus. 273
51 Sacrari vetat hæc homines quos pondera stringunt. 313
52 Prepositus primo datus hic preposterus ordo. 317
53 Est ratione quis annexos ordinet vllos. 318
54 Hæc prohibet seruus sine libertate sacrari. 319
55 Cæsos ista viros reijcit, membrisque carentes. 332
56 Condemnatur in hac generatio presbyterorum. 339
57 Qui baptizatur æger, manet ordinis expers. 346
58 Hæc vetat abbate monachos nolente sacrari. 347
59 Officium negat hæc: nisi sit bene quisque probatus. 348
60 In sacris præsul vult sexagesima quod sit. 350
61 Non in pontifices laicos assumere debes. 352
62 Clerus, plebs, princeps, hic eligit, hec petit, hic vult. 363
63 Vsurpans laicus id vt eligat, audiat istam. 365
64 Pars hæc pontifices iubet à trib. esse sacrandos. 389
65 Vt sacretur ab omnib. archiepiscopus, hec vult. 392
66 Cum dissensio fit, à plurib. edita stabunt. 398
67 Presbyter institui valet hic à prefule solo. 399
68 Si dubius prefsul quos ordinet: hi resacrentur. 400
69 Si benedictus erit, lectoratum dabit abbas. 405
70 Expertes tituli pars septuagesima pellit. 406
71 Respice dicta patrum, ne promoueas quòd alienum. 408
72 Vlli non detur missoria, ni rogitetur. 412
73 Illius hec nobis formam distinctio prebet. 413
74 Inuitus nullus erit hic ad sacra trahendus. 415
75 Distinguit tempus hec in quo promoueantur. 422
76 Temporibus vult hec nos ieiunare quaternis. 426
77 Rectos indicat hec modulos interstitiorum. 434
78 Ista dat annorum numerum quo promouearis. 440
79 Ad Cardinales spectat electio Pape. 442
80 Vrbes prefulibus pars octogesima tradit. 448
81 Crimine quòd careat sacrandus, in hac replicatur. 451
82 Prefsul pauperibus dabis: & lapsos reparabis. 463
83 Nunquam peccatis consensum des alienis. 470
84 Solicitus quòd sis, & monogamus, iubet ista. 472
85 Non prefsul fies: hospes, nisi noscaris esse. 475
86 Corrigito, doceas, des, sed non turpibus vllis. 478
87 Libertos, inopes viduas defendere debes. 491
88 Respuitur clerus opus exercens, & auarus. 495
89 Ista beneficia te dispensare docebit. 500
90 placat piscordes pars nonagesima fratres. 505
91 Arte parabis opes, nisi sint ecclesie res. 509
92 Hec plus corde probat domino, quàm voce canendum. 512
93 Hec dat obedire maiorib. inferiores. 517
94 Sub leuita vices Papæ gestare valebit. 534
95 Presbyteris prefsente licent hic prefsule multa. 536
96 Hic secli princeps non ordinet ecclesia res. 544
97 Ecclesie precib. huic princeps auxilietur. 558
98 Vult ius muniri peregrinos quinque sigillis. 561
99 Vniuersalem nullum sinit ista vocari. 563
100 Pallia prelatis donat centesima multis. 566
101 Absit vt vna duos habeat prouincia patres. 573

DECRETI SECVNDA PARS

principalis est de causis, quæ sunt xxxvi.

Prima causa.

Causa prior labem condemnat simonialem. 577

Septem quæstiones primę causę.

1 Delinquit qui res mercatur spirituales. 578
2 Ecclesias intrans non cogatur dare nummos. 664
3 Si pro præbendis dederis quid, dicere Simon. 671
4 Ignaros maculant natos delicta paterna. 684
5 Vult rigor vt linquat natus sibi quę pater emit. 694
6 Ordinet ignaros ii quos Simon, tolerantur. 697
7 Abiurans hęresim prefsul poterit tolerari. 699

Secunda causa.

Accusare docet, ac appellare secunda.

Octo quæstiones secundę causę: & in ea quinta precedit quartam.

1 Si sit causa patens iuris non quęritur ordo. 722
2 Nemo suis reb. dijudicet expoliatum. 743
3 Talio punit eos qui falsò crimina ponunt. 746
4 Si cadit accusans, se non purget reus indè. 753
5 Per testes binos prefsul conuincitur aptos. 769
6 Qui causas differt appellans reijciatur. 772
7 Arguit inferior maiorem crimine vinctum. 806
8 Mandato legis datur accusatio scriptis. 840

Tertia causa.

Tertia restituens tempus dabit induciarum.

Vndecim quæstiones tertię causę.

1 Singula restituit ius omnib. expoliatis. 844

Decretum Abbreuiatum.

2 Inducias debet varias ſpoliatus habere. 847
3 Inducijs varium dat tertia quæſtio tempus. 851
4 Accuſare nequit hominem vir turpis honeſtum. 857
5 Ipſa domeſtica vox nulli nocet, aut inimica. 861
6 Sub cenſore reum proprio producere debes. 869
7 Hic non condemnet, ſimilis quem culpa remordet. 878
8 Solus pontificem iudex non iudicet vnquam. 888
9 Pellitur accuſans abſentem, teſtificansque. 890
10 Submoueri à reliquis teſtem defectus in vno. 898
11 Mutua nunquam ſit delatio iure vetante. 900

Quarta cauſa.

Quarta quis accuſet, quis poſſit teſtificari.
Sex quæſtiones quartæ cauſę.

1 Accuſare nequit aliquos anathemate vinctus. 904
2 Impubes teſtis in cauſa criminis haud eſt. 906
3 Qui nequit accuſare, nequibit teſtificari. 906
4 Teſtis & accuſans nemo ſimul eſſe valebit. 917
5 Non eſt ſtringendus anathemate, qui nequit eſſe. 920
6 Pontificis delator agit ciuilia tantum. 921

Quinta cauſa.

Quinta vocare docet, delatoremque ferire.
Sex quæſtiones quintæ cauſæ.

1 Mulctant ſcriptorem famoſi flagra libelli. 923
2 Eſt condemnandus ſemel & bis, teréque vocandus. 925
3 Nemo procuret crimen, ciuilia curet. 928
4 Præſulis in ſynodo ſit condemnatio ſola. 930
5 Celans crimen obeſt multò plus quàm manifeſtans. 932
6 Aut caput, aut lingua delatori copuletur. 935

Sexta cauſa.

Sexta dat infames, delatos atque forenſes.
Quinque quæſtiones ſextę cauſæ.

1 Non accuſabunt infames ſimonialem. 940
2 Accuſans verbo non vincis ſimplice præſul. 952
3 Quærere iudicium nunquam debes alienum. 955
4 Externi veniant, ſi ſit ſententia diſcors. 958
5 Si cadit accuſator, erit reus exoneratus. 961

Septima cauſa.

Septima pontificem tangit cathedrâm repetentem.
Duæ quæſtiones ſeptimæ cauſæ.

1 Pręſule viuente nullus det pontificatum. 963
2 Nec cathedram repetit præſul, quam ſponte reliquit. 998

Octaua cauſa.

Octaua legitur deſertio pontificalis.
Quinque quęſtiones octauæ cauſæ.

1 Vult ius ne ſtatuat ſucceſſorem ſibi præſul. 1000
2 Nullus amicorum mihi proſit vt eligar inde. 1013
3 Detur ab electo vitandi cautio damni. 1015
4 Linquendus non eſt (niſi ſit ſententia) pręſul. 1017
5 Ad dimiſſa redire nequis Papæ ſine ſcriptis. 1018

Nona cauſa.

Soluere nona vetat alienos, atque ligare.
Tres quæſtiones nonæ cauſæ.

1 Bannitus præſul nequit ordinis eſſe miniſter 1019
2 Alterius patriæ clerum tondere vetamus. 1022
3 Pontificis clerum primas non ordinet vllum. 1027

Decima cauſa.

Dena dat, in ſacra quid ſumat epiſcopus æde.
Tres quæſtiones decimæ cauſæ.

1 Baſilicæ iuri ſubduntur pontificali. 1038
2 Nullus eccleſię præſul fructus alienet. 1045
3 Nil præter ſolidos præſumat quęrere binos. 1054

Vndecima cauſa.

Præfigens vndena forum ligat, atque relaxat.
Tres quæſtiones vndecimæ cauſæ.

1 Non coram laico clericus producitur vllus. 1062
2 Officij punit tales ſuſpenſio culpas. 1086
3 Seu bona, ſeu mala ſit ſententia, dico timendam. 1087

Duodecima cauſa.

Eccleſiæ res ac proprias biſſena docebit.
Quinque quæſtiones duodecimę cauſę.

1 Clericus hic aliquid proprium prohibetur habere. 1140
2 Accipiens vel emens res eccleſię, ſibi reddat. 1158
3 Linquas eccleſiæ totum quod habebis ab illa. 1203
4 Ex re communi quæſitas diuide terras. 1206
5 Si fortaſſe vales teſtari, de proprio des. 1207

Tredecima cauſa.

Tertia poſt decimam decimas & funera tractat.
Duæ quæſtiones tredecimæ cauſæ.

1 Eccleſiæ dandæ baptiſmali decimæ ſunt. 1210
2 Tempora longa trahunt ius funeris & decimarum. 1215

Decimaquarta cauſa.

Improbat vſuras poſt denam quarta voraces.
Sex quęſtiones decimęquartæ cauſæ.

1 Quiſque poteſt licitè ſua quærere dummodo non plus. 1236
2 Pro propria valet eccleſia quis teſtificari. 1238
3 Si tulerit plus quàm dederit quis, fœnus habetur. 1241
4 Non petat vſuras laicus vel clericus vllas. 1243
5 Ex malè quæſitis eleemoſyna non fit egenis. 1247
6 Si malè parta tenet, dignè non pœnitet vllus. 1254

Decimaquinta cauſa.

In dena quinta furor & mulier memorantur.
Octo quæſtiones decimæquintæ cauſę.

1 In furia pœnam non desinam ſat furor vrget. 1258
2 Pro patrocinijs non quęrat munera clerus. 1268
3 Sola voce nequis condemnari mulieris. 1269
4 Nullas luce Dei cauſas tractare valemus. 1274
5 Infami detur purgatio probra neganti. 1276
6 Extorquenda rei pœnis confeſſio non eſt. 1278
7 Solus non tollit pręſul quem pręſtat honorem. 1283
8 Ordine non ſumpto tua te probra facta repellant. 1286

Decimaſexta cauſa.

In ſexta decima præbent monachi ſacramenta.
Septem quęſtiones decimęſextę cauſę. Et in ea, quinta quęſtio tertium locum occupat.

1 Dantur in hac monachi paſtores eccleſiarum. 1290
2 Pleno poſſeſſas dabit abbas iure capellas. 1335
3 Eccleſias iure terrę non vendicat abbas. 1339
4 Temporis eccleſię tollit pręſcriptio iura. 1341
5 Hęc quadragena dabit domibus ius religioſis. 1359
6 Vſurpans ſine iudicio, rem, decidet à re. 1361
7 Si dedit eccleſiam laicus, non hanc retinebis. 1366

Decimaſeptima cauſa.

Septima poſt decimam prohibet diſſoluere vota.
Quattuor quęſtiones cauſę decimęſeptimę.

1 Nulli facta Deo liceat dimittere vota. 1387
2 Gonſaldus tenuit ſua quę dimiſerat ęger. 1389
3 Abbas ad propria monachum nunquam ſinat ire. 1391
4 Dum reddit illicitè quę contulit, illa manebunt. 1392

Decimaoctaua cauſa.

Fratribus abbatem bis nona dat inſtituendum.
Duę quęſtiones decimęoctauę cauſę.

1 Si monachus fiat pręſul, bona parta bipartit. 1413
2 Inſtituit pręſul abbates à grege lectos. 1414

Decimanona cauſa.

Dat decimanoua pręſul clero monachatum.
Tres quęſtiones decimęnonę cauſę.

1 Pontifices clerum non impediant monachandum. 1431
2 Pręſule nolente clauſtrum bene clericus intrat. 1432
3 Multus canonicos canon prohibet monachari. 1433

Vigeſima cauſa.

Biſdena pueri traduntur religioni.
Quatuor quęſtiones vigeſimęcauſæ.

1 Quem pater offert, ſi placet exit cum fit adultus. 1439
2 Extrahit à clauſtro puerum pater illicò ſi vult. 1445
3 Cogitur inuitus nemo retinere cucullam. 1452
4 Strictius ad clauſtrum monacho tranſire licebit. 1456

Vigeſi-

In uerſibus.

Vigeſimaprima cauſa.

Ter ſeptena docet veſtes geſtare decentes.

Quinque queſtiones vigeſimæ cauſæ.

1 Prima ſit ex titulo: ſit commendata ſecunda. 1454
2 Præſulis eccleſiam ſine ſcriptis nemo relinquat. 1457
3 Hæc prohibet clero tractare negotia ſecli. 1461
4 Veſtib.hic claris inhibetur clericus vti. 1464
5 Si proprium linquas cenſorem ſis anathema. 1466

Vigeſimaſecunda cauſa.

Iurantes falſum damnat biſdena ſecunda.

Quinque quæſtiones vigeſimæſecundæ cauſæ.

1 Peccat periurans,non iurans quando neceſſe. 1468
2 Non eſt periurus iurans veluti putat eſſe. 1478
3 Pare maiori quanquam maius eſſe putetur. 1492
4 Debent iurata mutari,turpia ſi ſint. 1493
5 Si periurare cogis,periurus haberis. 1505

Vigeſimatertia cauſa.

Biſdena terna tractantur bellica geſta.

Octo quæſtiones vigeſimętertiæ cauſæ.

1 Ex iuſta cauſa multis licet arma mouere. 1516
2 Pro reb.licite bellum geritur repetendis. 1524
3 Ius eſt dum læſis ſocijs ſuccurritur armis. 1525
4 Inferri vindicta valet,quæ crimina purget. 1530
5 Occidens iudex peruerſos inde meretur. 1575
6 Ad bona præcipiunt compelli iura malignos. 1601
7 Eccleſiæ reb.ſunt hæretici ſpoliandi. 1605
8 Si ſis de clero,tu nunquam belliger eſto. 1609

Vigeſimaquarta cauſa.

Hæreſiarcharum dat nomina biſduodena.

Tres quæſtiones vigeſimæquartæ cauſæ.

1 Si ſis hæreticus,tua,ſit ſententia nulla. 1630
2 Sunt poſt facta mali nouum quam corripiendi. 1662
3 Ob domini labem non damnetur domus eius. 1669

Vigeſimaquinta ſunt cauſa priuilegia tacta.

Biſdena quinta ſunt priuilegia tacta.

Duæ quæſtiones vigeſimæquintæ cauſæ.

1 Tuta ſit eccleſia,quam lex priuata tuetur. 1694
2 Et ſi ſubſequitur lex altera,derogat illi. 1702

Vigeſimaſexta cauſa.

Biſdena ſexta ſunt ſortilegi reprobati.

Septem quæſtiones vigeſimæ ſextæ cauſę.

1 Qui ventura ſciunt per ſortes,ſortilegi ſunt. 1716
2 Peccat qui ſcriptis vel ſortibus abdita quærit. 1716
3 A Perſis reprobæ ſumunt exordia ſortes. 1721
4 Quatuor his genera Varro fert ſortibus eſſe. 1721
5 Ceſſent ſortilegi,ne ſint anathemate ſtricti. 1724
6 Quando neceſſe ſubeſt,vinctos à præſule ſolues. 1734
7 Aegris non dentur pœnę,ſed notificentur. 1741

Vigeſimaſeptima cauſa.

Edocet an ſponſa ducant ter Nona vouentes.

Duæ quæſtiones vigeſimæ ſeptimę cauſæ.

1 Si ſit ſolenne dirimit connubia votum. 1749
2 Sponſum ſponſa,virum non vxor deſerit vnquam. 1778

Vigeſimaoctaua cauſa.

Biſdena octaua gentiles nubere noſces.

Tres quæſtiones vigeſimæoctauę cauſæ.

1 Inter gentiles connubia dicimus eſſe. 1807
2 Deſerat vxorem vir Chriſtum deſpicientem. 1826
3 Vir poſt baptiſma reliquam ducens,bigamus fit. 1827

Vigeſimanona cauſa.

Coniugium ſeruile tenet vigeſimanona.

Duæ quæſtiones vigeſimænonæ cauſæ.

1 Connubij vires perſonæ diſſipat error. 1829
2 Inſcia cui nupſit dimittat libera ſeruum. 1832

Trigeſima cauſa.

Terdena claret cognatio ſpiritualis.

Quinque quæſtiones trigeſimæ cauſę.

1 Fonte leuans proprium puerum non vincula ſoluit. 1838
2 Infantes prohibet ius coniugium celebrare. 1845
3 Tu naturalem non iungito ſpirituali. 1846
4 Vxor compatris vxoris non mihi nubat. 1850
5 Fœdera non fiant clandeſtina coniugiorum. 1854

Trigeſimaprima cauſa.

Terdena prima mœcho polluta negatur.

Tres quæſtiones trigeſimæprimæ cauſę.

1 Ni certis cauſis mœcham bene ducit adulter. 1862
2 Inuitam ſponſo non det natam pater vlli. 1871
3 Tunc niſi conſenſum dederit:reliquo bene nubit. 1875

Trigeſimaſecunda cauſa.

An meretrix nubat,tangit terdena ſecunda.

Octo queſtiones trigeſimęſecundæ cauſæ.

1 Turpia linquentem bene ducit vir meretricem. 1876
2 Obſtat coniugio ſacro complenda libido. 1886
3 Liber auus neptem ſponſat ſeruo patre natam. 1898
4 Illicito prolem coitu quęrat ſibi nullus. 1899
5 Non ſine mente caro fertur violata puellę. 1911
6 Non valet vxorem mœchus vir linquere mœcham. 1924
7 Non aliam ducas vxorem ſuperſtite prima. 1926
8 Non duc gentilem ſi ſpondeat eſſe fidelem. 1939

Trigeſimatertia cauſa.

Terdena terna friget,compunctio,votum.

Quinque quæſtiones trigeſimętertiæ cauſæ.

1 Si vir ſit gelidus,ab eo ſeiungitur vxor. 1941
2 Nubere mœcha poteſt mœcho ſeiuncta marito. 1945
3 Quæritur an crimen purget contritio ſola. 1960

TRACTATVS DE POENITENTIA,

habens ſeptem Diſtinctiones hic inſeritur.

1 GRatia diuina contritis crimina delet. 1961
2 Perditur hic diuinus amor:non in paradiſ. 2026
3 Pœnam peccator bene pro vitijs iterabit. 2064
4 Iſta probat dimiſſa ſemel peccata redire. 2100
5 Vt purus ſias pro crimine plurima voluas. 2120
6 Crimina presbytero proprio dic,qui ſapiens ſit. 2127
7 Tandem letus erit,qui continue gemet iſtic. 2131

Redeamus ad quartam quæſtionem trigeſimætertię cauſæ.

4 Reddito temporib.poſcenti debita ſacri. 2135
5 Mens vtriuſque niſi ſit,non bene continet alter. 2141

Trigeſimaquarta cauſa.

Terdena quarta nubit viuente marito.

Duæ quæſtiones trigeſimæquartæ cauſæ.

1 Morte viri dubia quæ nupſit adultera non fit. 2152
2 Reddatur primo coniunx hæc nupta ſecundo. 2152.

Trigeſimaquinta cauſa.

Cognatos gradib.numerat trigeſimaquinta.

Decem queſtiones trigeſimęquintę cauſę.

1 Cognatam ducat propriam pro coniuge nemo. 2159
2 Omnes vxoris conſanguineas reprobabis. 2163
3 Copula ſeptenis gradib.talis prohibetur. 2163
4 Hic graduum numerus ętates reſpicit orbis. 2172
5 Truncus ponitur hic cum ramis,vt docet arbor. 2172
6 Edocet in teſtes aſſumi ſexta parentes. 2191
7 Filius eſſe nequit,inceſtu qui genitus ſit. 2197
8 Diſpenſat ſolus cum iuncti ſanguine Papa. 2198
9 Non bene ſeiuncta connubia priſca reformes. 2200
10 Non conſanguineis prolem viduæ dato primi. 2206

In uersibus.

Trigesimasexta causa.

Vltima de raptis tractabit causa puellis.

Duæ quæstiones trigesimæ sextæ causæ.

1 Raptum committens per vim rapiendo puellam. 2208
2 Hæc tibi iungetur,purgato crimine raptus. 2211

DECRETO TERTIA PARS ADIVNgitur, quæ est de Consecratione,quinque distinctiones continens.

1 COnsecrat ecclesias, missasque canit tibi prima. 2217.
2 Sacrati tractat panis sacramenta secunda. 2248
3 Tertia dat ferias,& post ieiunia ponit. 2311
4 Tempora baptismi distinctio quarta notauit. 2324
5 Frontes confirmans dabit vltima pneuma beatum. 2398

Expliciunt versus peculiares,quibus satis clarè vniuersalis materia Decreti comprehenditur.

Quæstiones causarum sunt clxxij.
Quæstio centuplex,& septuagesima duplex,
Est in causarum tractatu ritè notata.

Quot quæstiones habeat quælibet causa,ostenditur per v. carmina sequentia:in quib. sunt tot dictiones quot sunt causæ.s. 36. Et quælibet dictio causam vnam repræsentat. i. dictio primam causam,2.secundam, &c.Item quot sunt literæ in qualibet dictione,tot sunt quæstiones sub illa causa per illam dictionem repræsentatæ.Verbi gratia:prima dictio,s.discere, quæ primam causam repræsentat,septem habet literas , & hoc significat primã causam septem quæstiones continere. Secunda dictio est causarum , vbi sunt octo literæ, ad denotandum quòd secunda causa habet octo quæstiones.& sic de alijs.Aduerte tamen, quòd superior numerus significat causas & inferior quæstiones. Versus.

1 2 3 4 5
7 8 11 6 6
Discere causarum quarumlibet ordine membra.
6 7 8 9 10 11 12 13 14
5 2 5 3 3 3 5 2 6
Optes vt doceo, sed non sis deses, & anceps.
15 16 17 18 19 20 21 22
8 7 4 2 3 4 5 5
Instanti dabitur quod tu vis,quod petis illud.
23 24 25 26 27 28 29 30
8 3 2 7 2 3 2 5
Efficies. Res id famatum te dat ad omnes.
31 32 33 34 35 36
3 8 5 2 10 2
Vsu doctrinæ totum si constituas te.

Carmina subiecta eandem prorsus materiam complectuntur,neque sunt sententiæ salubris expertia.

Tempora labuntur vernantib.indita formis.
Diues te lædit res tua,nam miser es.
Sperna fluentia,respice:cras cras ea non tibi sumes.
Multa reeondis,cur? vt moriens ea des.
Da celer. est siquidem tutum.da pręueniens te.

Do.Baptista de sancto Blasio in repeti. primę rubricę Decreti,dicit canones esse ter mille & nonaginta,ponens tales versus,

Si numeres caute,ter mille capitula lector,
Atque decem nouies,Decretum continet in se.

Causę decreti sunt trigintasex.

Sub magni longa Decreti parte secunda,
Sex & triginta causas reperire licebit.

Causę ipsę xxxvj.patẽt per xxxvj.vocabula, in septem subiectis versib.posita,ex quib.non tantum numerum, sed etiam principalem materiam cuiuslibet facile cognosces.Quilibet quinque vocabula complectitur, dempto vltimo,qui sex habet.

1 2 3 4 5
Simon [a] appellat [b] spoliatus [c] teste [d] libello [e].
6 7 8 9 10
Infames [f] viuens [g] successor [h] solue [i] regendo [k].
11 12 13 14 15
Censuram [l] testator [m] funus [n] fœnus [o] furiosus [p].
16 17 18 19 20
Monachus [q] occidit [r] abbates [s] claustra [t] volentes [u],
21 22 23 24 25
Commendat [x] iurans [y] pugnas [z] hęresis [a] violatas [b].
26 27 28 29 30
Sortilegus [c] sponsis [d] infidis [e] seruiat [f] infans [g].
31 32 33 34 35 36
Mœcha [h] coit [i] mente [k] dubitans [l] gradibus [m] rapiente [n],

SECVNDA PARS DECRETI

VBI TRACTANTVR CAVSAE:

QVIA LONGE PROLIXIOR ET DIFFICILIOR EST

Reliquis : ideo diligentius pro eius cognitione elaborandum est.

Illius profecto obscuritatem paucis elucidatam conspiciet, quisquis hîc impressa diligenter adnotauerit.

a SIMON. Simoniacus est, & peccatum committit, qui spi-
1 ritualia vendit. Damnantur episcopi per pecuniam facientes ordinationem, & tunc lepram, non officium conferre dicuntur. Simoniacorum sacramenta effectum gratiæ non habent. Sacerdotes digniores facilius quam reliqui à Deo exaudiuntur. Et ibi de dignitate verbi Christi, quod eius corpori æqui paratur. capit. interrogo. Et in fine de crimine concussionis tractatur.

2 Simonia cõmittitur, si pro ingressu monasterij pecunia exigatur, vel exacta persoluatur. Ecclesiastica stipendia accipere non debet qui bonis patrimonialib. sustentari potest. c. clericos.

3 Simonia an committatur si præbendę emantur. Inuestitura ecclesiæ à laicis fieri prohibetur. c saluator.

4 Simonia paterna, an sit ignoranti filio nociua. & ibi tractatur an pro crimine vnius alter pœnam patiatur.

5 Simoniacè acquisita ecclesia per patrem, an possit per filiũ licitè obtineri. Item an possit filius fungi ordinatione, quã paterna pecunia est assecutus.

6 Simoniacus est, qui pecuniam largitur, vt eligatur.

7 Simoniaci in ordine malè accepto pœnitentiam agere non possunt, & ibi principaliter tractatur, an ab hæresi redeuntes sint in suis ordinib. & dignitatib. recipiendi: & qnòd decreta possunt temperari: & canones quandoque relaxari.

b APPELLAT. Appellare non est opus à sententia à non suo
1 iudice lata: quia talis sententia nulla est. ca. in primis. circa fi. & in prima q. huius ij. causę principaliter tractatur, an ordo iudiciarius sit in manifestis obseruandus, & quòd excommunicatio non est ferenda antequam causa fuerit examinata. c. nemo, & iudex peccatum sibi soli notum damnare non debet. capitu. si peccauerit.

2 Appellare posset spoliatus si ante restitutionem sibi factam accusatori respondere cogeretur. Nullus enim debet accusari dũ suis reb. fuerit spoliatus.

3 Appellandus est calumiator, qui sciẽter falsa crimina intẽdit. Præuaricator, qui vera crimina abscondit. Tergiuersator, qui in vniuersum ab accusatione desistit. §. notandum. & in hac. 3. quæstio. principaliter tractatur qua pœna feriendi sunt, qui in accusatione deficiunt.

4 Appellatur purgatio quædam vulgaris, quædam canonica, & ibi tractatur, an deficientib. accusatorib. reus sit ad purgationem cogendus.

5 Appellatur testimonium sufficiens quod ore duorum vel trium firmatur: & ibi tractatur principaliter quot testes requiruntur, non tãtum ad conuincendum episcopum, sed etiã contra quemlibet clericum.

6 Appellatio est remedium contra causas vitiatas. Appellatio intra decendium debet interponi. c. anteriorum, & ibi de libellis dimissorijs, & de iudicib. à quib. appellare non licet.

7 Appellatur quis altero maior, non ratione dignitatis, sed vitę. c. quanquam. Dignitas enim non facit episcopum, sed vita. cap. non omnes episcopi, & ibi tractatur principaliter, an laici possint episcopos accusare. Christiani per infideles accusari nõ possunt, nec sacerdotes per eos qui ad sacerdotium prohibentur eligi.

8 Appellatur & dicitur accusatio ritè facta quando fit in scriptis. Et regulariter accusator se debet inscribere ad pœnam talionis, pręter quam in sex casib. in summa positis.

c SPOLIATVS. Spoliatus & eiectus ante omnia venit reinte
1 grandus. c. redintegranda. Boni à malis semper molestantur.

2 Spoliatus & eiectus postquàm fuerit restitutus, quas inducias debet habere antequàm cogatur in iudicio respondere, & ibi in summa videas de multiplicitate induciarum.

3 Spoliatis episcopis, & alijs ad iudicium veniẽtib. inducię sunt præstandæ.

4 Spoliati commuuione ecclesiæ, & anathematizati, infames, incestuosi, sacrilegi, detractores, & multi alij sunt ab accusatione repellendi, & ibi dicitur quòd anathema differt ab excommunicatione. c. Engeltrudam.

5 Spoliatis & alijs quibuscunque inimici, iudices esse non possunt, nec accusatores, nec testes, vox. n. inimicorum cõtra nullos est audienda. Dicitur etiam ibi quòd testes familiares & domestici, & etiam consanguinei non sunt contra extraneos producendi.

6 Spoliatus & quilibet alius si aduersarium vult conuenire, ipsius forum sequi debet. c. pulsatus. Nec episcopi damnari, nec concilia celebrari possunt sine Papa.

7 Spoliati & alij volentes litigare, non debent, aduersarios suos coram infamib. trahere: quoniam tales, scilicet infames & criminosi non possunt esse iudices. Solus enim ille iudicare debet alios, qui nihil in se habet reprehensibile. c. iudices.

8 Spoliationem vel alium reatum cõmittens episcopus, à quot episcopis est iudicandus.

9 Spoliatorum & aliorum testes, testimonium dicant de his tãtum, quæ præsentialiter & veraciter nouerunt, nec contra absentes sunt producendi. Absentes enim non debent iudicari nec accusari.

10 Spoliatorum & aliorum testes in vno deficientes an sint in alijs admittendi. Et accusans de pluribus criminibus, si in vno deficiat, an in alijs admitti debeat.

11 Spoliati accusantes suos spoliatores & inuasores, ab eis accusari non possunt.

d TESTES. iuris dispositione excommunicati non possunt ad
1 accusationem admitti.

2 Testis esse non potest qui ad xiiij. annum nondum peruenit.

3 Testificantis personam assumere non potest qui ab accusatione prohibitus est.

4 Testis, accusator, & iudex, aliquis simul esse non potest.

5 Testantur iura illum non esse à communione repellendum, qui die statuta ad causam venire non potuit.

6 Testis est iuris dispositio, deficientem in episcoporum accusatione non posse de cætero agere nisi in ciuili & proprio duntaxat negotio.

e LIBELLO. Libello famoso vtentes, & ipsum contra aliquẽ
1 scribentes, qualiter puniendi sunt.

2 Libellum diffamatorium scribens, aut aliter reus, trib. citationib. debet in ius euocari. Et per scripta nullius accusatio debet suscipi.

3 Libelli famosi scriptor, aut aliter criminosus, an admittatur in iudicio per procuratorem.

4 Libellus accusatorius, si in episcopum datur, id est, si episcopus accusatur, eius causa à xij. episcopis audiatur.

5 Libellum famosum scribentes, aut aliorum crimina sponte confitentes, non debent ad accusationem admitti. c. illi. Et ibi habetur quòd nec qui parcit, est amicus, nec qui verberat, est inimicus. cap. non omnis.

6 Libellum famosum in alterum scribens, aut alteri crimen inferens, qua pœna feriatur, si crimen illatum non probetur.

f INFAMES. infames, excommunicatos, & criminosos, à sacer
1 dotum accusatione ius repellit. Et ibi tractatur qui dicantur infames. c. infames.

2 Infamis est quodammodo episcopus & reprehendendus, qui sibi soli dicit aliquem crimen suum fuisse confessum, & ibi dicitur quòd episcopis alios accusantib. non creditur, nisi probent quod obijciunt.

3 Infamem quodammodo dicimus & reprehendendum qui ponit falcem in messem alienã. c. 1. Et ibi dicitur quòd alicui, alterius parochianũ iudicare non licet, & quot ciuitates vnaqueque prouincia habere debeat. cap. scitote. Et quòd episcopus iudicio primatis, & non aliorum se subijcere debet.

4 Infamia aut criminalis accusatio si imponatur episcopo. i. si episcopus criminaliter accusetur, & episcopi comprouinciales de causa cognoscentes sint in sententia ferenda discordes, quid iuris.

5 Infamis esset quodammodo & reprehendus iudex, qui vellet reum cogere ad probandum, accusatore in probationib. deficiente, quia negatiua per rerum naturam est improbabilis, ca. accusator.

1 VIVENS. Viuens si adhuc sit tempus, alius sibi succedere

non

non valet, nec in eius locum ſubrogari, quod verum eſt, niſi
g eſſet depoſitus, vel de licentia Papæ renuntiaſſet, aut per ambitionem ſe ad aliam eccleſiam tranſtuliſſet. Epiſcopo autem ægrotanti, aut nimia ſenectute grauato dandus eſt coaditor. Epiſcopus eccleſiam ſuam deſerere non debet. c. ſicut vir. Nec etiam eſt à ſuis ſubditis relinquẽdus. c. denique. prælati duo in vna eccleſia eſſe non debent. c. in apib. Beatus Aug. acceſſit & non ſucceſſit Valerio Hipponenſi epiſcopo. c. non autem.

2 Viuens epiſcopus aut ſacerdos, qui pro ægritudine à miſſarum celebratione abſtinuit, an poſſit celebrare recuperata ſanitate. Et ibi habetur de morbo caduco laborantib.

h SVCCESSOR. Succeſſor an poſſit eligi ab epiſcopo viuen
1 te hoc eſt an ſucceſſorem ſibi poſſit epiſcopus eligere.

2 Et ibi habetur quòd locus regiminis eſt fugientibus offerendus.

3 Et epiſcopari poteſt qui prodeſſe deſiderat. capitu. qui epiſcopatum.

4 Succeſſor epiſcopi mortui non eſt eligendus munerum datione aut amicorum patrocinijs.

5 Succeſſor epiſcopi an poſt electionem teneatur iuramentum præſtare pro indemnitate eccleſiæ.

6 Succeſſus ſeu prouentus denegatur clericis, qui ante ſententiam ſuſpenſionis vel depoſitionis à ſuo epiſcopo diſcedere præſumunt. In tales enim ferenda eſt cenſura.

7 Succeſſus non continget epiſcopo à ſede Apoſtolica vocato, ſi ad propria reuertatur, niſi prius fuerit purgatus, & apoſtolicis literis munitus.

i SOLVE. Solue & ſolui procura teipſum ò prælate excom-
1 municate, alias non poteris ordinare, nec tua ordinatio erit rata.

2 Soluti ſunt clerici vnius prouinciæ à prælato alterius, adeo quod archiepiſcopus, primas, vel patriarcha clericos alterius prouinciæ non poteſt ordinare.

3 Soluere vel damnare ſubditos ſuffraganei non licet archiepiſcopo, illo inconſulto. Soluit Papa ab alijs excommunicatos, & cuiuslibet eccleſiæ clericos poteſt ordinare. Eſt enim ordinarius ordinariorum. capitu. cuncta per mundum.

K REGENDO. Regendo vnamquamque parochiam, & res
1 ipſius diſponendo facit epiſcopus quòd debet. c. regenda, & c.
2 nouerint. Regendi ſunt ſubditi per epiſcopus viſitantes, vt ca. placuit.

3 Regendi officium epiſcopus tranſgreditur, ſi bona eccleſiarum vſurpare nititur, quamuis de illis precarias facere poſſit.

4 Regendi ſunt ſubditi ſine exactionibus. Et ibi de cathedratico quantum nomine ipſius valeat epiſcopus habere.

l CENSVRAM. Cenſuram formidare debent qui clericos ad
1 iudices ſeculares trahunt. c. inolita. & c. placuit. Et ibi de coniuratoribus, & eorum punitione.

2 Cenſura ligatus, id eſt, excõmunicatus vel ſuſpenſus celebrãs eſt depoſitione dignus.

3 Cenſura ſiue iuſta ſiue iniuſta eſt timenda. Cẽſura ligati ſunt vitandi pluſquam pagani. c. ad menſam. Cenſura eccleſiaſtica feriri debet, & ore demonum diſcerpi qui ſuo epiſcopo eſt inobediens. cap. abſit. Cenſuras ex ira proferens grauiter delinquit. c. ira. & c. cum apud. Cenſura ſiue ſententia vel iudicium quatuor modis peruertitur. ca. quatuor modis. Cenſura ferendi ſunt & Iudæ proditori comparandi qui veritatem negant, & occultant, c. quiſquis, & c. abijt Iudas. Cenſura ſiue ſententia iniuſtè prolata, viribus caret. Epiſcoporum præceptis non ſemper obcdiendum eſt. Cenſurę ſeu anathematis forma habetur in c. debent.

m TESTOR. Teſtari ſeu teſtamenta facere cum de proprio li
1 ceat, an permittatur clericis proprium habere. Clericis cauſas agere non licet, c. duo ſunt genera Chriſtianorum.

2 Teſtamenta condentes clerici an poſſint quibus voluerint ea relinquere quæ de bonis eccleſiæ acquiſiuerunt. Teſtatur multiplex canon illos eſſe grauiter puniendos, qui res & prædia eccleſiaſtica inuadunt. De bonis eccleſiæ quatuor ſunt portiones faciendæ. c. quatuor. Et ipſarum rerum alienatio an ſit permiſſa. c. ſine exceptione, & c. terrulas. Liberti eccleſię an poſſint ab ea diſcedere. Res ſacræ ex quibus cauſis alienari valeãt. c. aurum habet eccleſia. Pauperibus eſt prouidendum. ca. gloria epiſcopi.

3 Teſtamentum an facere poſſint illi, qui prius nihil habentes tempore ſuæ adminiſtrationis aliqua acquiſiuerunt, & quid iuris de talibus bonis.

4 Teſtamenta an facere poſſint clerici dc bonis ex ſuis & rebus eccleſiæ quæſitis.

5 Teſtamenta facere de rebus eccleſiæ an ſit permiſſum ſacer-
1 dotibus. Et quis ſuccedat eis ab inteſtato.

n FVNVS. Funera, & exequias ſuas celebrare, & decimas ſoluere vbi debent illi, qui ſe de vna diœceſi, aut parochia ad aliam tranſtulerunt.

2 Funerandi iura an poſſint præſcribi. Funera, id eſt, corpora mortuorum, vbi debent ſepeliri. Et an pro ſepultura aliquid poſſit exigi. Funerum, id eſt, mortuorum animæ quatuor modis ſoluuntur. c. animę. Funera, id eſt, corpora mortuorum deflenda non ſunt, c. quàm prępoſterum.

o FOENVS. Fœnus ſiue vſuram quodammodo committit, &
1 peccat qui vltra debitum exigit. c. quod debetur. Et ibi principaliter tractatur an clerici poſſint ſua repetere, & pro illis litigare.

2 Fœneraria cauſa ſiue criminali aut etiã ciuili an poſſint produci teſtes domeſtici. Et an clerici poſſint pro ſua eccleſia teſtificari.

3 Fęnus ſeu vſura committitur ſi præter ſortem aliquid exigitur.

4 Fœnera ſeu vſuras nec clericis nec laicis licet exercere.

5 Fœnera ſeu vſuræ an ſint aptę vt inde fiant eleemoſynæ.

6 Fœneratores & vſurarij veram pœnitentiam agere non poſſunt, niſi reſtituant quæ rapuerunt.

p FVRIOSOS. Furioſos punire nõ decet ex his quæ faciunt,
1 cum ſint mente alienati, & ibi habetur de Loth & alijs ebrioſis.

2 Furioſis clerici quodammodo comparandi eſſent ſi patrocinijs impenſis munera exigere vellent.

3 Furioſo iudex comparari poſſet, qui ex mulieris confeſſione clericum condemnare veller. Regulariter enim mulieres contra clericos teſtimonium ferre non poſſunt.

4 Furioſi quodammodò ſunt eccleſiæ miniſtri, qui diebus dominicis & feriatis cauſas tractare volunt.

5 Furioſo ſimilis dici poſſet iudex qui neganti purgationem indiceret, niſi infamia laboraret.

6 Furoris quodammodò plena res eſſet, ſi à miniſtris & ſubditis confeſſio cruciatibus extorqueretur. Iuramenta quędam ſunt irritanda, quædam relaxanda. c. auctoritate. & c. alius. in c. habetur quòd ſolus Romanus Pontifex regem Franciæ tanquam inutilem depoſuit. Excommunicatis fidelitas ſeruanda non eſt.

7 Furioſe procederetur ſi diaconus vel presbyter ſine concilij examinatione deijceretur.

8 Furore quodam plenus cenſetur qui carnis fragilitate ante ordinationem lapſus, & in iudicio confeſſus vel conuictus, poſtea præſumit offerre, & in ordine ſuſcepto miniſtrare, quod verum eſt de crimine depoſitionem inducente.

q MONACHVS. Monachus an poſſit licitè officia populis
1 celebrare, & pœnitentiam dare, & baptizare. Decimę de conſenſu epiſcopi ſacerdotibus dari debent. c. reuertimini.

2 Monachi an poſſint in ſuis capellis presbyteros inſtituere.

3 Monachorum & eccleſiarum iura an per præſcriptionem tolli poſſint.

4 Monachi an poſſint præſcribere contra eccleſias & platos ſæculares.

5 Monachi & prælati res eccleſię ſua auctoritate repellere non valent.

6 Monachi epiſcopi, & alij prelati ſi ſua auctoritate vſurpant quæ ad ſe pertinere putant, an cadant cauſa.

7 Monachi & abbates an poſſint retinere eccleſias, decimas, & iura patronatus de manib. laicorum ſibi conceſſa ſine epiſcopi conſenſu. Et ibi habetur quòd epiſcopus habet diſpoſitionem omnium eccleſiarum quæ in ſua diœceſi conſtitutæ ſunt c. omnes baſilicæ. Et etiam ibi plenè de iure patronatus. c. quicunque. c. filijs. c. decernimus.

r OCCIDIT. Occidit ſeipſum ſpiritualiter qui à voto reſilit.

2 Occidit quodammodo temporaliter ſeipſum qui ſuum reſignat beneficium, ſed ſi in infirmitate reſignauit, an ſit ei reſtituendum poſtquam conualuerit. Et ibi habetur quòd ante probationem triennij nullus in monaſterio debet ſuſcipi.

3 Occidit animam ſuam monachus ad propria rediens, poſtquàm ſe & ſua monaſterio tradidit.

4 Occidens vel percutiens clericos diabolo ſuadente, eſt excommunicatus ipſo iure. c. ſi quis ſuadente diabolo. & ibi habetur quòd eccleſiæ conceſſa non ſunt reuocanda, & qui talia aufert, ſacrilegium committit, & eccleſiæ immunitas non eſt violanda.

s ABBATES. Abbates aut monachos & factos epiſcopos ius
1 obligat ad relinquendum quod ante habuerunt, monaſterio, quod poſt, eccleſiæ propriæ. c. ſtatutum.

2 Abbates ſunt à proprijs fratrib. eligendi, & non ab epiſcopis. Abbates expellere non eſt permiſſum monachis, neque cõmatres facere, Abbates & monachos poſſunt epiſcopi viſitare, & conditiones exigere tempore dedicationis conſtitutas. Abbates

bates & monachi cum sanctimonialib. habitare non debent, quia sexuum commistio est periculosa.c.diffinimus.

t CLAVSTRA. Claustra siue religionem intrare volentib.
1 clericis non est à suo episcopo denegandus ingressus.
2 Claustrum ingredi clericis permittitur etiam episcopo inuito.
3 Claustrum vnum petere altero derelicto an sit permissum monachis regularib.canonicis,sine permissione abbatum.

v VOLENTES. Volentes religiosi ad arctius monasterium
1 intrantes pueros,an cogant iura, religionis propositum tenere.Voluntariæ puellæ virginitatis propositum suscipientes, nuptias eligere non possunt.
2 Voluntate patris spreta, si filius religionem ingreditur, an à patre reuocari possit.
3 Voluntariè habitum religionis suscipientes, illū deserere nō possunt,sed qui coactus ingreditur,nullo modo obligatur.
4 Volentes religiosi ad arctius monasterium trāsire non sunt impediendi.

x COMMENDAT. Commendatam vnam ecclesiam potest
1 habere clericus in altera intitulatus. Commendandi sunt clerici qui in vna & non in pluribus ecclesijs volunt conscribi. & ibi habetur quod duobus episcopatibus potest quandoque quis præfici.capit.relatio.
2 Commendandi non sunt clerici qui sine literis dimissorijs de vna ecclesia transeunt ad alteram. Matrimonium spirituale cō trahitur inter curatum & ecclesiam, quæ non debet esse scortum.cap.sicut.
3 Commendatio nulla sed potius vituperium est clericis, qui sæcularium negotiorum procuratores esse volunt.
4 Commendandi sunt clerici,qui vestibus sibi congruentibns vtuntur,vnguenta & fulgida vestimenta fugientes.
5 Commendare non debemus clericum,qui à suo episcopo depositus Imperatorem aut iudicem sæcularem adit.

y IVRANS.Iurans verum non peccat, sed secus si peierat, &
1 per creaturas iurare non licet.
2 Iurans falsum quod putat verum, an sit periurus.Quot comites habeat iuramentum, & quot sunt genera mendacij.
3 Periurum prælatum & criminosum ante sententiam diffinitiuam derelinquere an licet.
4 Iuramenta illicita non sunt seruanda.
5 Peierare & contra iuramentum suum venire qui cogit aliquem licet periurus non fit, tamen mortaliter peccat. In qua ætatæ quis cogatur iurare.Et ibi ponitur forma iuramenti fidelitatis.c.de forma.

z PVGNAS. Pugnas committere seu militare an sit pecca-
1 tum.
2 Pugna siue bellum quod dicatur iustum.
3 Pugna an debeat committi pro repellenda sociorum iniuria.
4 Pugna non semper est exercenda contra malos. Mali enim sunt quandoque à bonis tollerandi, & non abijciendi. Quædam tamen mala sunt repellenda, & punienda, quædam toleranda.Mali sunt medicinali seueritate ad bonum cogendi. vt Nabuchodonosor. Et hæretici etiā inuiti sunt ad salutem trahendi.Pugnis & bellis sunt coercendi ecclesiasticæ religionis inimici.
5 Pugnas seu bella qui Deo auctore gesserunt, præcepta non occidendi minimè transgressi sunt.Et ibi an mali sint occidē di,habens gladij potestatem potest occidere,si hoc faciat amore iustitiæ.
6 Pugna & coactio est exercenda in malos vt teneant bonum iam susceptum.Non autem sunt ipsi mali ad bonum non susceptum cogendi.
7 Pugna si iusta sit,possunt hæretici & omnes hostes licitè suis rebus spoliari.
8 Pugna seu bellum an possit per clericos committi, & an possint clerici arma sumere. Qui sacramenta Dei tractant, iudicium sanguinis agitare non debent.

a HAERESIS.Hæresis quælibet ab ecclesia Romana destrui
1 tur.Hæreticus an possit alium excommunicare,priuare, vel sē tentia notare. Excommunicatus alium excommunicare non potest. Hæreticorum consortia & eorum sacrificia sunt à catholicis fugienda.
2 Hæretici etiam post mortem sunt excommunicandi. Ecclesia viuentes & non mortuos an ligare possit vel soluere.
3 Hæreticus si dominus est, aut alio crimine irretitus, an possit excommunicatio ferri in familiam suam pro delicto ipsius domini,& in filium pro peccato patris. Excōmunicandi sunt qui corrigi nolunt,& etiam illi qui duas vxores habent, testes falsi,homicidæ,& multi alij.Hæreticorum tandem variæ species ponuntur.

b VIOLATAS.Violatas Romanorum Pontificum censuras
1 à nullo decet esse.Violantes sacros canones in spiritum sanctum blasphemant. Violanda non sunt, sed seruanda sanctorum statuta,& eorum regulę in synodo constitutæ.
2 Violari non debent priuilegia ecclesiarum: nec archiepiscoporum.Violans ciuitates & occidens suos prę∫ules, episcopali dignitate priuatur.c.ita nos.

c SORTILEGVS. Sortilegus quid sit,siue qui dicantur sor
1 tilegi.
2 Sortilegum esse an sit peccatum, sortibus an sit credendum.
3 Sortes siue diuinationes à quibus exordium sumpserunt. Et
4 de multiplici genere diuinationis,& quot modis dęmones futura prænoscunt.
5 Sortilegi vel diuinatores an sint excommunicandi,si cessare noluerint.Sortilegia & magicam artem debent episcopi eliminare.Sortilegijs vel maleficiis nullo pacto debent sacerdotes operam dare,aliàs abijciendi sunt.
6 Sortilegus vel alius ab episcopo excommunicatus an per alium ipso inconsulto possit absolui, & an presbyteri possint reconciliare pœnitentes.Pœnitentia morientibus nō est denegan∂a,etiam à simplici sacerdote.
7 Sortilegis & alijs morientibus non est pœnitentia imponenda, sed bene innotescenda. In pœnitentijs imponendis multa sunt consideranda:melius est sacerdotem pęnitentiam imponentem esse nimis misericordem,quàm nimis seuerum.Sortilegi sunt & excommunicati, qui dies, menses, & annos paganorum ritu obseruant.

d SPONSIS. Sponsis Dei se Deo dedicantibus & virginitatē
1 vouentibus nuptias contrahere non licet.Sponsalia de præsenti siue matrimonia per vouentes solemniter contracta non tenent.
2 Sponsa vnius an possit à suo sponso recedere, & alijs nubere. Sponsa sine consensu sponsi & econtrà religiosam vestem suscipere non potest post copulam carnalem, secus ante.Sponsalia vera an fuerint inter Ioseph & Mariam. Sponsam alterius nullus rapiat,& ibi aliquid de raptu.

e INFIDIS.Infidis seu infidelibus coniugium contrahere li-
1 cet, & inter eos dicitur esse matrimonium licet non sit ratum.Infidelis vxor virum cogens ad malum, licitè dimittitur. Infidelium, vt Iudæorum,conuiuia & etiam coniugia sunt à Christicolis vitanda.
2 Infidelium vnus si conuertatur ad fidem altero remanente in infidelitate,an possit ad fidem conuersus alij se copulare.
3 Infidelis qui ante baptismum vnam vxorem habuit, & post baptismum aliam,bigamus est censendus, nec potest esse episcopus.c.acutius.ibi.

f SERVIAT.Seruire adstrictus,vt puta seruus,si contrahat cū
1 libera,quæ per errorem eum putabat liberum, nō est inter eos coniugium,quia error personæ & conditionis,impediunt & dirimunt,secus autem est de errore fortunæ,& qualitatis.
forum rei,vt 11.q.1.experientiæ. tum quia fauorabiliores rei sunt quàm actores.ff.de reg.iur.fauorabiliores. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ si aliqui se sponte subijciant iudicio alicuius, vel sponte petant iudices delegatos, ꝙ semper secundum consuetudinem delegantis iudicandum sit.si autē inuitis datus sit iudex: tunc iudicabitur secundum consuetudinem litigantium,& potius secundum consuetudinem rei,quàm actoris,vt in d.l.fauorabiliores. Melius potest distingui, aut appellatur ad Papam, aut non: si propter appellationem obtinetur iudex, dico tunc delegatum debere sequi consuetudines illius loci à quo est appellatum.quia iudex appellationis tenetur sequi legem prioris sententiæ, vt in Auth.coll. 8.vt cum de ap.cog. in prī.ar.adhoc ext. de test. Rainutius. vbi iudex app.sequitur consuetudinem loci à quo fuit appellatum. Sed si sine app.impetretur iudex: tunc tenetur sequi consuetudinē delegātis.ar. ad hoc ff.de cōdi.& demon. quę cōditio.in fi. Io. " Ego credo, ꝙ iudex iudicabit, secundū consuetudinem rei, cū actor forum rei sequatur: vt ext.de fo.comp. cum sit generale.nisi ratione cōtractus, vel maleficij factus sit de foro alterius: quia tunc seruabitur consuetudo loci vbi cōtraxit, vel vbi delinquit, vt 8.dist. quæ contra mores. & ext.de for.comp.c.vlt.Bar.

1 Iuo p.4.c 212.Pann.l. 2.c.156.

" Consuetudo rei debet à iudice seruari.

2 Iuo p.4.c. 194.Pann.l. 2.c.160.

3 Iuo p.4.c. 201.Pann.l. 2.c.162.

¶ *Contrario more.*] C.de temp.in inte.rest. l.vlti. cōtra, vbi dicitur quòd absurdum est ex locorum differētia aliquod induci discrimē. Sol. verum est, ꝙ propter loca diuersa non debet induci ius diuersum,nisi alia ratio subsit.29.dist. sciendum.

a *Ridiculum est.*] ff. de interd. & rele. l.relegatorum.§. vlt.

b *Diuturni.*] Hoc dicitur Instit.de iu. natu.§. ex non scripto.

c *Consuetudo.*] vbi non est contraria iuri scripto.

d ¶ *Contra longam.*] sed longum est illud quod est x.vel xx. annorum,vt C.de præscr.long.temp.per totum.Non ergo requiritur,ꝙ consuetudo excedat hominum memoriam, vt dicunt quidam,vel etiam,ꝙ sit præscripta.Sed illud verū est, vbi consuetudo non est contra ius, vel quando est vetusta: ita vt excedat memoriam hominum.ff.de aqua plu.arcen.in summa. §.item varus. quia tunc habetur loco constitutionis, vt l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotid.& æsti.vbi autem est iuri contraria,requiruntur ea, quæ no.s̄. 8. dist.frustra.[a]

a Sub.& tūc p fertur, vel qñ est vetusta, ita ꝙ excedit memoriā hominū. ff.de aq.plu. arc. in summa.§. Cassius.tunc autē loco constitutiōis habetur:vt d.l. hoc iure. §. ductº aquæ. L.

Item Nicolaus Hincmaro Archiepiscopo.

¶ Traditiones à Patribus institutæ non sunt infringendæ.

CAP. V.

1 RIdiculum est[a], & satis abominabile dedecus, vt temporibus nostris vel falsò insimulari sanctam Dei ecclesiam permittamus, vel eas traditiones,quas antiquitus à Patribus suscepimus, pro libitu semper errantium infringi patiamur.

¶ *Habetur in epistola scripta Hincmaro,& cæteris Archiepiscopis, & Episcopis in regno Caroli ecclesias regentibus: quæ extat in codice iam memorato Bibliothecæ Dominicanorum, & ex ea caput hoc locupletatum est. Nam anteà breuius erat, vt etiam apud Iuonem, & in Pannormia.*

Item Iustinianus Institutionum libro 1.tit.2.

¶ Diuturni mores pro lege sunt habendi.

CAP. VI.

2 DIuturni[b] mores consensu vtentium approbati legem imitantur.

Item Cod.lib.8.titu.quæ sit longa consuetudo. l.1.

¶ Quidquid contra longam consuetudinem fit,reuocari oportet.

CAP. VII.

3 ¶ COnsuetudo[c] præcedens, & ratio,quæ consuetudinem suasit,tenēda est.Et quidquid A contra longam[d] consuetudinem fiet; ad solicitudinem suā reuocabit præses prouinciæ.

A ¶ Quidquid] *In originali est*, & ne quid contra longam consuetudinem fiat, *sed quoniam rubrica videtur magis conuenire lectioni Gratiani,quæ est etiam apud Iuonem, & in Pannormia: non est mutatum.*

Item Gregorius vniuersis episcopis Numidiæ lib.1.epist. 75.

¶ Immota permaneat consuetudo, quæ contra fidem catholicam nihil vsurpare dignoscitur.

debet: licet in dignitatibus ex dispensatione tolerentur, cum in quibusdam anteà consistebant.

e ¶ *Immotam.*] contra extra de consuet.cum venerabilis. sed ibi de consuetudine circa statuta canonum, vt 22. quæst. 1 & iurabunt.

CAP. VIII.

4 NOs consuetudinem,quæ tamen contra fidem catholicam nihil vsurpare dignoscitur, immotam[e] permanere concedimus; siue de primatibus[f] constituendis,siue de cæteris capitulis, exceptis ijs, qui ex Donatistis ad episcopatum perueniunt: quos prouehi ad primatus dignitatem (etiam cum[g] ordo[h] clericorum B eos ad locum eundem deferat)modis omnibus prohibemus[i].Sufficiat autem illis commissæ sibi plebis†curā gerere:non autem etiā illos antistites,quos catholica fides in ecclesiæ sinu & edocuit, & genuit,ad obtinendum culmē primatus anteire.

B ¶ Ordo clericorum.] *Sic etiam legitur in aliquot vetustis Grat. & in aliquibus B. Gregorij codicibus: sed auctor glossæ non videtur habuisse verbum* clericorum: *quemadmodū neque Iuo,neq; pleraq; Gratiani manuscripta exemplaria, neque aliquæ etiam B.Gregorij operum editiones.*

Idem Gregorius ad Maximum Salonitanum Episcopum libro 7.regul. epist. 81.

¶ Non negantur, quæ consuetudinis sunt.

CAP. IX.

QVemadmodum illicita perpetrari nō patimur: sic[k] quæ sunt consuetudinis non negamus.

Idem Gregorius ad Augustinum Anglorum Episcopum, resp.3.

¶ Non locus consuetudinem, sed consuetudo locum commendat.

CAP. X.

5 NOuit fraternitas tua Romanæ ecclesiæ consuetudinem, in qua se meminit enutritam. Sed mihi placet, vt siue in Romana,siue in Gallicorum †[l], siue in qualibet ecclesia aliquid inuenisti, quod plus omnipotenti Deo possit

f ¶ *De primatibus.*]ar. est hic," ꝙ consuetudo attēditur in electione, vt 24 q.1.pudēda.in fi. & extra de elect. cum inter vniuersas. & c. cū ecclesia. de causa possessio.& prop. Item est hic arg.quòd persona, quæ aliàs est ineligibilis, ratione consuetudinis fit eligibilis. & sic extra de clericis coniugat.cum olim.[b] & ff.de decurion. non tantùm. in fi.argu. contra extra de consuet. cum venerabilis. Item habes hic, quòd dispēsatur in vno ordine cum aliquo,qui tamen non potest promoueri ad superiorem ordinem, vt 34.dist.lector. & 1.q.5. cap. 1. & q.7.saluberrimum. potest enim aliquis habere minorem honorem, qui non potest habere maiorem, vt ff. de interd. & releg.relegatorum.§.vlti. & 15.q.vlt. cap.1.

" Consuetudo ī electione attendit.

4 s̄.di. 11.c consuetudinem. Iuo p. 4.c.204.

g ¶ *Etiam cum.*]id est quamuis.

h ¶ *Ordo.*] licet sint talis ordinis, ꝙ possint esse primates.

i ¶ *Prohibemus.*] 23. quæstio. 4. ipsa pietas.[c] versic.item si contra. 1. q.1. si quis hæreticæ. 1. q.7. cap. 1. & cap. conuenientib.contra.Sol." de iure communi est ꝙ nullus rediens ab hæresi potest ordinari. 1. quæst. 7. cap. 1. sed dispensatur cum eis multipliciter. Dispensatur enim cum eis quandoque semiplenè,quando ad minores ordines promouentur, vt 1.q.1. si quis hęreticæ.plena est, quando potest fieri sacerdos, & non vltra. 1. q 7.conuenientib. plenior quando potest fieri episcopus, sed non primas, vt hic.plenissima quando ad omnes ordines, & dignitates promouetur.23. q.4. ipsa pietas.

b Potest dici id qđ dr̄ in hac decret. plus fieri ꝓpter scandalum vitādū, quàm ꝓpter consuetudinem: vt in hoc cap.nos consuetudinem.

† tantummodo.] Orig.

c Hoc c. potius est concordātia cū hoc,& ibi tales permittantur eṕari, secūdum Hug.

" Rediēs ab hæresi an possit ordinari.

5 Iuo par.2. c.80.

† Gallicanorum] Orig. Gallicana. Iuo.

k ¶ *Quemadmodum.*] Casus huius c. per se patet.

k ¶ *Sic.*] similis comparatio est secunda, quæstione prima. sicut sine.Ioan.

Nouit.] CASVS. Gregorius misit Augustinum monachum suum ad prædicandum Anglicis, qui iuit, & conuertit eos,& factus est ibi episcopus. Vnde quæsiuit à Gregorio, an secundum consuetudinem Romanæ eccleſiæ, quam Aug. bene nouit, deberet Angliam informare? Et respondet Greg. quòd vbicunque inuenerit bonas consuetudines, illas assumat, quibus in vnum collectis Anglicorum mores informet: nec debet propter loci dignitatem consuetudinem approbare quia non res propter loca,sed loca propter res, & cōsuetudines sunt amanda.

l ¶ *Siue in Gallicorum.*] s̄.prox.distin.c.vlt.contra. Sed ibi de

generali

generali consuetudine. Vel ibi de illa quæ consistit in ordine. 54.dist.ex antiquis.hic de illa,quæ consistit in obsequijs.

a ¶ *Res.*] i.consuetudines.q.d.non ideo est cõprobanda consuetudo mala: quia bonus locus est.40.dist. non loca.

ADDITIO. Nec bona cõsuetudo repellenda est,ideo quia locus sit vilis ac ignobilis,secundùm Hug.

placere, solicitè eligas: & in Anglorum ecclesia,quę adhuc in fide noua est, institutione præcipua,quæ de multis ecclesijs colligere poteris †, infundas. Non enim pro locis res [a], sed pro rebus † loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesijs, quæ pia, quæ religiosa,quæ recta sunt,elige: & hæc quasi in fasciculum collecta apud Anglorum mentes in consuetudinem depone.

Item Aug.ad Ianuarium, epistola. 118.*cap.*1.

¶ Quod neque contra fidem,neque contra bonos mores esse conuincitur, indifferẽter est habendum.

CAP. XI.

ILla autem,quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarũ orbe obseruantur; datur intelligi [b] vel ab ipsis Apostolicis,vel plenarijs concilijs,quorum est in ecclesia saluberrima auctoritas, commendata [c], atque statuta retineri [d]: sicuti quòd Domini passio, & resurrectio,& ascẽsio in cœlum, & aduentus de cœlo Spiritus sancti, anniuersaria solemnitate celebrantur: & si quid aliud tale occurrerit, quod seruetur ab vniuersa, quacunque se diffundit,ecclesia. ¶ 1 Alia verò,quæ per loca terrarum, regionesq; variãtur, sicuti est,quòd alij ieiunãt sabbato, alij verò non: alij quotidie communicant corpori, & sanguini dominico, alij certis diebus accipiunt: alibi nullus dies intermittitur,quo non offeratur: alibi sabbato tantùm, & dominico, alibi tantùm dominico: & si quid aliud huiusmodi animaduerti potest, totũ hoc genus rerum liberas [e] habet obseruationes. Nec disciplina vlla est in his melior graui, prudentique Christiano, quã vt eo modo agat,quo agere viderit ecclesiam, ad quamcunq; fortè deuenerit. 2 Quod enim neque cõtra fidem, neq; contra bonos mores iniungitur †, indifferenter est habendum, & pro eorum inter quos viuitur, societate [f] seruandum est. Mater mea [A] Mediolanum me consecuta inuenit ecclesiam sabbato non ieiunantem: cęperat fluctuare quid ageret. Tunc ego consului de hac re beatissimæ memoriæ virũ Ambrosium. At ille ait: cum Romam venio,ieiuno sabbato: cũ Mediolani sum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam fortè ecclesiam veneris [g], eius morem serua: si cuiquam non vis esse scandalo, nec quenquam tibi. Hoc,cum matri renunciassem, libenter amplexa est [h].

† potuisti.] Orig.

† bonis rebus] Orig.

[a] Ibid. c.2.

[b] ¶ *Intelligi.*] arg.“ ꝙ præsumendum est consuetudinẽ esse iustã, & ex iusta cã processisse, nisi ꝓbetur contrariũ. argu.contra,j.ead.dist. oĩa.& 68.dist.corepiscopi.& extr.de cens.peruenit.vbi habes,ꝙ licet ordo episcoporũ diu seruatus ab omnibus fuerit: tamẽ aboletur,quia causa ĩstitutionis ignoratur [a]. Sed illa consuetudo mala fuit & onerosa, & ideo fuit extirpata. Hic autem loquitur de bona consuetudine, & non onerosa,vt in auth.de reser.§.fi.Item est hic arg. ꝙ ex tempore præsumitur aliquid esse debitum, vt 18.q.2.seruitium.

“ Cõsuetudo præsumitur iusta.

2 ferè idem epist. 119. c.18.

a potest dici sin Laur. ꝙ ibi non negat Damasus eos in cõcilijs institutos fuisse, sed causam institutionis dicit se nescire.

c ¶ *Commendata.*] esse.

d ¶ *Retineri.*] id est, vt retineantur.

e ¶ *Liberas.*] Hic dicit Aug. ꝙ liberum est sabbato ieiunare quantum ad extraneos,non quantum ad illos vbi talis consuetudo seruata est.Sed contrarium dicit Inn.j. de consec.dist.3. sabbato.Sed ibi loquitur de consilio.Vel specialiter illud præcipitur Romanis. 76.dist. vtinam.

f ¶ *Societate.*] arg.ꝙ quilibet tenetur viuere secundum consuetudinem illorum, inter quos versatur,vt ꝫ. 8.dist.quæ contra.& 41.dist.quisquis B. Vnde versus.

Si fueris Romæ, Romano viuito more.
Et si sis alibi, viuito sicut ibi.

g ¶ *Veneris.*] argu. ꝙ viatores tenentur sequi consuetudinem loci, ad quem veniunt: vt hic,& suprà distin.8. quæ contra.argu. contra. ff.de iud. hæres absens. Sol.vt in distinct. quæ contra. quia refert an sint moraturi, vel cito recessuri, vel an sit consuetudo apparens, vel latens.

† al.esse conuincitur.

h ¶ *Amplexa est.*] sed fortè non libenter ieiunauit.

HOC AVTEM. Hæc est secũda pars in qua dicitur, quòd licet consuetudo non sit cõtra fidem,si tamen grauat, remouenda est si potest fieri sine scandalo. Io.de Fant.

CASVS. Hic assignat Grat. quòd supradicta cap. loquuntur de generali consuetudine, vel particulari rationabili,quæ omnino seruari debent, & si malæ, vel oneroſę cõsuetudines sint, resecari debẽt opportunitate inuenta. & ad hoc probandum inducit c. sequens.

i ¶ *Hoc autem.*] quod ꝫ. dictum est de consuetudine seruanda.

OMnia.] CASVS. Quædam cõsuetudines onerosæ inueniebantur,quæ nec auctoritatibus scripturarum, nec in concilijs episcoporum,nec consuetudine vniuersali roboratæ erant, & vix ratio poterat inueniri quare essent inuentæ. Vnde Ianuarius ab Augustino quæsiuit,an tolerandæ essent? Et respondet,quòd nõ: imo resecandæ cum se facultas obtulerit: quia Deus voluit religionẽ Christianam liberam esse in paucissimis sacramentis: nec eam voluit seruilibus onerib. premi, quæ hodie in tãtum ecclesiam premũt, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum,quàm nostra: qui licet legem Christi non susceperint :legalibus tamen sacramentis, non præsumptionibus subijciuntur humanis.

3 Iuo p.4.c. 206.Pann.l. 2.c.168.

† vniuersę.] Orig. Iuo, Pann.

k ¶ *Omnia talia.*] Loquitur de consuetudine irrationabili, ne sit contra,ꝫ.eod.illud.

“ Statuti cã est assignanda.

l ¶ *Causæ.*] arg.“ quòd non sufficit dicere ita statutum, nisi causa statuti assignetur, vt extra de censibus, peruenit.j.2.q.3. consuluisti.j.de consecr.dist.1. placuit.j. 68.dist. corepiscopi. arg.contra.ff.de leg. non omnium [b].

b de hoc extra de reser. si qñ.23.qõ 4. Nabuchodonosor. in prin.

m ¶ *Facultas.*] id est, vbi potest fieri sine scandalo, vt 50.dist. vt constitueretur.

a ¶ *Reli-*

a ¶ *Religionem.*] Christianam.
b ¶ *Quam pauciſſimis.*] arg.contra illos, qui nimias fundunt orationes.ff. quod met. cauſ.l. 1. quia gaudent breuitate Moderni, vt not.ff.eod.tit.l. 1.
c ¶ *Manifeſtiſſimis.*] ſupra, diſt.4.erit.

D *Eijs.*] Hæc eſt tertia pars,in qua dicitur, quòd conſuetudo in celebrandis officijs, quam obtinet metropolitana eccleſia debet obſeruari in omnibus eccleſijs, exceptis monaſterijs, in quibus celebrantur officia ſecundum regulam beati Benedicti.Hug.

†al.adeo ſeruilibus operibus.

CASVS.Quidã erant epiſcopi, qui non ſeruabant ordinem in diuinis officijs, quem ſeruabat metropolitana eccleſia : quare ſtatutum fuit in cõcilio Tolet. vt omnes epiſcopi eundem modum in officijs ſeruent, qui in eccleſia metropolitana ſeruatur. Abbates verò officia publica,ideſt veſperas,matutinas,&miſſas celebrent ſicut in eccleſia principali celebrantur: alia verò officia dicant ſicut in eorũ regula continetur. Et hæc in prima parte. In ſecunda parte quæ incip.ibi, *Quiſquis.* dicitur,quòd ſi quis contra hoc fecerit, vj.menſib. excõmunicationi ſubdatur. In tertia parte quæ incip.ibi, *Sub iſta.* dicitur, quòd metropolitani debẽt epiſcopos ſuos prouinciæ cogere ſupradictum modum ſeruare, & epiſcopi ſibi ſubiectos rectores ſupradictam regulam ſeruare compellant.

† farcinis.] Orig.

†al.prouinciales.

†al.eccleſiã

Epheſ.4.

†pontifices.

† al. à

d ¶ *Voluntatem.*] ſcilicet doctrinis varijs nolite abduci, vt ſ.diſtin. prox.nolite.

a ideſt, reſpondent.

e ¶ *Ciues.*] ciues ergo cantant[a] cum clericis. & dicunt amen.38.diſt. ſedulò.

" Monaſteriorum regimen ad quẽ ſpectat.

f ¶ *Sui epiſcopi.*] arg. " q̃ regimen omnium monaſteriorũ ſpectat ad epiſcopum[b], vt 9.q. 3. per ſingulas. & 16.q. 1.qui verè.& 61.diſtin.obitum. Sed nonne monaſteria monachorum potius ſunt ſecundum Abbatem regenda,ad quem tota poteſtas monaſterij ſpectat. 18.quæſt.2.cap.nullam? Sed illud verum eſt de regulis viuendi, non de regulis cantandi. 12.q.1.non dicatis.

b Dicit Hugo q̃ hoc non colligitur hic. & eſt ſenſus ſecundum voluntatem ſui epi: q̃a ep̃s hoc ẽt velle debet. nõ q̃ eis formam huius rei dare debeat. Arg.j̃.16.q. 1.Agapitus.

g ¶ *Publica.*] ſcilicet clericorum ſecularium, quorum officia publica ſunt, cum ipſi populum habeant: ſed monachi non ſemper habent populum, vnde ipſi non faciunt publica officia,vt 16.q.1.interdicimus.

" Metropolitanus ſuffraganeos excõicat.

h ¶ *Adſtringat.*] arg. " metropolitanum poſſe ſuſpendere, & excommunicare ſuum ſuffraganeum,vt j̃.18.diſt. placuit.& c. ſi epiſcopus.j̃.10.q.3.quia cognouimus.11.q.3. ſi quis ep̃s.

c Idẽ dicũt hic Hug. Laur. & Io. de Fan.

P *Lacuit.*] Caſus huius c.planus eſt,qui de eadem materia loquitur cum ſuperiori.

i ¶ *Placuit.*] j̃.de conſe.diſt.5. conuenit. iſtis tamen capitulis derogatur per contrariam conſuetudinem.[c]

hoc inueniri poſſit, quomodo contra fidem ſint: ipſam tamẽ religionem[a], quam pauciſſimis[b], & manifeſtiſſimis[c] celebrationum ſacramentis miſericordia Dei eſſe liberam voluit, ſeruilibus oneribus † premunt,vt tolerabilior ſit conditio Iudæorum, qui etiã ſi tempus libertatis nõ agnouerint; legalibus tamen ſacramẽtis †, non humanis præſumptionibus ſubijciuntur.

Item ex concilio Toletano 11.c.3.

¶ Omnes prouinciæ † eundem in pſallendo modum teneãt, quem metropolitanam ſedem † habere cognouerint.

CAP. XIII.

3 DE ijs,qui cõtra Apoſtoli voluntatem[d] circunferuntur omni vẽto doctrinæ, placuit huic ſancto cõcilio, vt metropolitanæ ſedis auctoritate coacti vniuſcuiuſq; prouinciæ A, ciues †[e], rectoresque eccleſiarum vnum, eundemque in pſallendo teneant modum, quem in † metropolitana ſede cognouerint inſtitutum; nec aliqua diuerſitate cuiuſque ordinis, vel officij à metropolitana ſe patiãtur ſede diſiungi. Sic enim iuſtum eſt, vt inde vnuſquiſq; ſumat regulas magiſterij, vnde honoris cõſecrationem accipit, vt iuxtà maiorum decreta, ſedes, quæ vnicuique ſacerdotalis dignitatis eſt mater, ſit eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Abbatibus ſanè, indultis officijs, quæ iuxta voluntatem ſui epiſcopi[f] regulariter illis implenda ſunt, cætera officia publica[g], id eſt veſperas, matutinũ, ſiue miſſam aliter quàm in principali eccleſia,celebrare nõ liceat.¶Quiſquis autẽ horum decretorum violator extiterit, ſex mẽſibus cõmunione priuatus apud metropolitanum ſub pœnitentiæ cenſura permãneat corrigendus: quatenus apud illum & præteritæ tranſgreſſionis culpam lachrimis diluat,& neceſſariam officiorum doctrinam ſtudiosè addiſcat. ¶Sub iſta ergo regula diſciplinæ, non ſolùm metropolitanus totius ſuę prouinciæ pontifices, vel ſacerdotes adſtringat[h]: ſed etiam cæteri epiſcopi ſubiectos ſibi eccleſiarum rectores obtemperare his inſtitutionibus cogãt.

A ¶ Prouinciæ ciues.] *in codice Lucenſi peruetuſto bibliothecæ Regis catholici, & in concilijs impreſſis,in margine legitur* : prouinciæ pontifices.*quæ dictio in fine huius c. repetita oſtendit hanc eſſe veram lectionem. Verùm in omnibus conciliorum editionib. in textu, & duobus codicibus Vaticanis legitur*, ciues.

[i] *Item ex concil.Bracarenſi* 1.c. 19.

¶ Ordo ſeruetur in matutinis, & veſpertinis officijs vnus & idem.

CAP. XIIII.

PLacuit[i] omnibus communi conſenſu,vt vnus atque idem pſallendi ordo in matutinis, vel veſpertinis officijs teneatur, & non diuerſæ, ac priuatæ, neque B monaſteriorum conſuetudines cum eccleſiaſtica regula ſint permiſtæ.

B ¶ Neque monaſteriorum.] *In concilio ipſo poſtremo Coloniæ excuſſo, abeſt vox*, neque. *In cæteris autem editionibus ſic legitur*, priuatæ monaſteriorum conſuetudines contra eccleſiaſticas regulas ſint permiſtæ.

DISTINCTIO XIII.

1. ps

ITem aduerſus[k] *naturale in nulla diſpẽſatio admittitur ; niſi fortè duo mala ita vrgeant, vt alterum eorum neceſſe ſit eligi.*

Vnde in concil. Tolet.8.c.2.legitur.

ITem *aduerſus.*] Hęc diſt. diuiditur in duas par.2. ibi,*Eſt tamen.* CASVS. Suprà in 5.diſt.oſtendit Grat. ius naturale p̃ferri alijs in origine & dignitate,& ſ.in 8.diſ.oſtendit,q̃ p̃fertur amplitudine. In hac verò 13.diſt.oñdit,q̃ prę̃fertur in ſnĩæ rigore:quia nulla diſpenſatio admittit contra ius naturale in præceptis,& ꝓhibitionibus,niſi duo fortè mala ita vrgeãt, vt neceſſe ſit alterum eligi, & ad hoc probandum inducit ſequentia c.

k ¶ *Item aduerſus.*] Aſſignauit magiſter differentiam iuris naturalis ad alia iura in origine, & dignitate, & amplitudine:nũc aſſignat differentiam eiuſdẽ iuris ad alia iura in ſnĩæ rigore: nã contra alia iura admittitur diſpẽſatio.25. q.1.c.ſi.[d] ſed contra ius naturale, qđ cõſiſtit in præceptis & prohibitionib.nunq̃: magiſter tñ excipit vnum caſum de pplexitate,& malè. Videamus ergo quid iuris ſit de perplexitate. " Dicunt quidam, qđ aliquis põt eſſe perplexus inter duo mortalia, vt Iudæi qui crucifixerũt Chriſtum,peccauerunt mortaliter.de pœ. diſt. 1.periculosè.& ſi nõ occidiſſent, ſimiliter peccaſſent mortaliter:quia feciſſent cõtra cõſcientiã,quæ dictabat eis cõtrarium: quia dictũ erat eis, Quicunq; fecerit ſe filium Dei,morte moriatur, & omne qđ fit contra conſcientiã, ædificat ad gehẽnã.28.q.1. c.1.§.ex his.ext.de p̃ſcr. qm̃.Item vt dicunt,põt aliquis eſſe perplexus † inter mortale,& veniale, vt cũ aliquis quærit aliquem inimicũ ſuũ, quẽ ſcio eſſe in loco aliquo, ſi dico q̃renti illũ eſſe in loco illo; pecco mortaliter[e]: quia ꝓdo eum," ſi nego eum eſſe ibi, pecco ſaltem venialiter, vel etiam mortaliter ſi ſum perfectus, vt 22.qõ.2. ne quis. ſi taceo, ex taciturnitate mea præſumitur eum eſſe in loco illo. Item in alio exemplo: ſi vxor petit debitum à viro,& vir negat,peccat mortaliter. ſi reddit, videtur peccare venialiter: quia delectatio carnis non poteſt eſſe ſine veniali peccato, vt videtur 33.q.4. vir cum propria. & ſic eſt perplexus[f]. Similiter videtur, quòd aliquis poteſt eſſe perplexus inter duo venialia, vt ſi aliquis ſimplici verbo promiſit ſe bibere pluſquàm poſſit: ſi plus bibat peccat venialiter. 25. diſtin. vnum orarium. §. criminis. ſi contra verbum ſuum facit peccat venialiter, vt 22. quæſtio. 2. primum. Sed dicendum eſt, quòd nullus poteſt eſſe perplexus inter duo mala: quia ſecundum hoc ſequeretur, quòd aliquis ex neceſſitate teneretur facere malum: ſed dicit canon,quòd Deus nunquam redderet interitum, niſi ſpontaneum reperiretur homo habere delictum, vt 23. quæſtio.4. Nabuchodonoſor.verſicul. vaſis iræ. Præterea ſi ex neceſſitate teneremur aliquid mali facere, lex quæ illud prohibet eſſet impoſſibilis: cum tamen omnis

d Vtj̃. diſt. prox.§.conſuetudinis, & c.ſeq.

" Perplexitatis varietas.

1 Snĩa habetur etiam in Toletano 4. c.2.

† Vide D. Tho.3.ſent. di.38.q.1.4. quartum.

e 27.q.2.ſi tu.33.q.5.ſi dicat.

" Mendacium ſaluans aliquẽ à morte, an ſit mortale.

f i.neceſſitate adſtrictꝰ ad aliquod malum perpetrandum, ſm Lau.

omnis lex debeat esse possibilis *a*, vt ꝛ. dist. 4. erit. Perplexio ergo quantum ad rem nihil est: sed quantum ad animum, & ad stultam opin. alicuius perplexio aliqua est: vnde Iudæi nō erant perplexi nisi q̄tum ad animum, & ideo debuissent consulere peritiores, vt Apostolos, vel sacras scripturas. In alio exemplo dicitur, q̄ ille q̄ interrogatur debet tacere: nec hoc ei nocet, si alter ex taciturnitate sua aliquid præsumat. Absit enim quòd ea quæ, &c. vt 23. q. 5. de occidendis. præterea non semper sequitur, quòd qui tacet consentit, vt 86. dist. tanta. Quod autem obiicit de vxore, non credo quòd talis delectatio sit aliquod peccatum, vt 32. q. 2. quidquid. "Si tamen vis tenere, quòd sit ibi veniale peccatum, dicas cum H. quòd vir debet mulierem petentem debitum prudenter eludere, promittendo se postea facturum donec ipsa efferueat: & si nec sic illa desisteret, tunc vir det ei copiam corporis sui, vt quàm cito mulier expleuerit libidinem suam, statim vir secedat, nec procedat ad actum.

a Item q ex necessitate peccat, pœnā non meretur, quia volūtarios reos, &c. 15 q. 1. illa.

1 Iuo p. 12. c. 16. Pann. l. 8. c. 119.

†al tētare] al. temperare] al. temerare.

† obligari] Orig. Iuo, Pan. & Gt.

† al. piæ.] al. pio.] al. pietatis acumine.

"Coitus coniugalis, an careat peccato.

†al. illinc.] Gra.

† percutimur] Orig. † al. linc.] Gra.

¶Minus malum de duobus eligendum est. C. I.

DVo mala [a], licet sint oīno cautissimè præcauēda, tamē si periculi necessitas [b] ex his vnum perpetrare † compulerit, id debemus resoluere [c], quod minori [d] nexu noscitur obligare †.

¶Quid aūt ex his leuius, quid vè sit grauius, puræ † rōnis acumine inuestigemus. Etenim dū peierare [e] cōpellimur, creatorem quidē offendimus, sed nos tātummodo maculamus. Cum verò noxia promissa cōplemus, & Dei iussa supbè contemnimus, & proximis impia credulitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. Illic † [f]. n. duplici [g] culpa rum telo perimimur †, hic † [h] tripliciter iugulamur.

¶*In ipso concilij capite multa antecedūt, & sequuntur, q̄ perlegēda sūt. Item Gregorius in moralibus in c.* 40. *Iob, lib.* 32. *c.* 18. 19. *&* 20.

¶De eodem. C. II.

NErui [i] testiculorum [k] Leuiathan [l] pplexi sunt [m], quia suggestionum † illius argumēta implicatis [n] inuētis † [o] illigantur, vt plerosq; ita peccare faciant, quatenus si fortasse fugere peccatum appetant, hoc sine aliquo peccati laqueo non euadant, & culpam faciant, dum vitant, ac nequaquam se ab vna valeant soluere, nisi in alia cōsētiāt se ligari ¶Quod melius ostendimus, si qua ex cōuersione † hominū illigationis huius exēpla proferamus † . *& nōnullis interiectis.* ¶Ecce quidam dum mūdi huius amicitias appetit, cuilibet alteri similem sibi vitam ducēti, quod secreta illius omni silētio contegat, se iureiurando constringit. Sed is, cui iuratū est, adulterium perpetrare cognoscitur, ita vt ēt maritū adulteræ occidere conetur. Is autē qui iusiurandum præbuit, ad mentem reuertitur, & diuersis hincinde cogitationib. impugnatur, atq; hoc silere formidat, ne silētio † adulterij simul & homicidij particeps [p] fiat, & prodere trepidat, ne reatu se p iurij obstringat. Perplexis ergo testiculorum neruis ligatus est, quia in quamlibet partē declinet, metuit, ne à transgressionis cōtagione [q] liber nō sit. ¶Alius cuncta, quæ mūdi sunt deserens, atq; per omnia frangere proprias voluntates quęrens, alieno se subdere regimini appetit, sed eū, qui sibi apud Deum præesse debeat, minus cauta inquisitione discernit: cui fortasse is, qui sine iudicio eligitur, cum præesse iam cęperit, agere † quę Dei sunt, prohibet, quæ mūdi sunt, iubet. Pensans itaq; subditus, vel quæ sit culpa inobediētiæ, vel quod contagium secularis vitæ, & obedire trepidat, & nō obedire formidat [r], ne aut obediens, Deum in suis præceptis deserat, aut rursus nō obediēs, Deū i electo priore cōtemnat.

Iob 40.

†al. per suggestionum.

†al. inuentionibus] Orig.

Ibid. c. 19.

†alias conuersatione

a ¶*Duo mala.*] intellige quantum ad fatuam illius op. qui se credit perplexum, & sic intelligas omnia verba hic posita: nō enim vtrunq; illorum malum est, licet ille opinetur vtrunq; esse malum.

b ¶*Necessitas.*] id est casus, vel refertur ad opin. stultam.

c ¶*Resoluere.*] id est facere.

d ¶*Quod minori.*] secundum q̄ ipse opinatur, cum alterum illorum non obligat ipsum.

e ¶*Peierare.*] secundum quod talis opinatur non. n. peierat, licet non seruet tale iuramentum, vt 22. q. 4. si aliquid.

f ¶*Illic.*] idest in iuramento.

"Homicidium tres, periurium duos offendit.

g ¶*Duplici.*] "Non intelligas, quòd in homicidio tria peccata committantur *b*, & in periurio duo: sed ibi dicit, quod in homicidio tres offenduntur, in periurio duo. Et est hic ar. quòd qui plures offendit, plus peccat, 94. dist. si quis autem legationem. & 11. q. 3. præcipuè. Item est hic ar. quòd pro illo potius est iudicandum pro quo plures rationes faciūt, vt ext. de prob. licet. in fi. & qui potiora iura ostenderit obtinebit. 21. dist. §. 1. & C. de edi. di. Adr. tol. l. vlt. Sic & deterior est causa illius contra quem plura faciunt, vt 28. dist. de Syracusanæ. Item contrarium hic signatur. 22. q. 5. ille qui. vbi dicitur, q̄ periurium sit maius homicidio. Sed ibi soluitur.

b Sub. Sed vnum tātū: sed hoc dī ad exaggerationem, ar. 23. q. 5. relegētes. secundùm Laur.

h ¶*Hic.*] scilicet in homicidio.

NErui testiculorum. CASVS. Hoc c. diuiditur in tres par. In 1. part. ostenditur, q̄ perplexitas prouenit ex suggestione diaboli. In 2. part. que inc. ibi, *Quid melius.* ponuntur tria exempla perplexitatis. vnū est de illo, qui iurat se celare omnia secreta socij sui quem scit velle interficere maritum adulteræ suę, sed timet eum propter iuramentum, quod fecit, manifestare. Secundum de eo, qui malo prælato obedientiam fecit, timens si non obediat ei etiā in malo, propter obedientiam quam ei fecit. Tertium exemplum est de eo, qui per simoniam prælaturam acquisiuit, qui timet peccare si gregem sibi commissum derelinquat. In 3. par. que inc. ibi, *Est tamen.* datur consilium quid in huiusmodi perplexitatib. sit faciendum. Nam dicitur, q̄ de duob. malis, minus malum est eligendum, & hoc probatur exemplo Pauli, qui concessit minima, i. matrimonia, & coitum coniugalem causa incontinē tiæ, vt maiora, & grauiora vitentur, s. fornications.

† conferamus.] Ori.

† al. silēdo.

i ¶*Nerui.*] i. suggestiones diaboli neruosæ, ideſt callidæ, & illaqueantes.

k ¶*Testiculorum.*] testiculi dicuntur suggestiones eius, quia sicut testiculi sunt ministri & instrumenta humanæ generationi, & in se continent omne incētiuum libidinis *c*, ita suggestiones diaboli generant in hoībus vitia, & ad omnia illicita accendunt. ꝛ. 6. di. sed pensandum.

†agi] Orig.

c Ad hoc 44. dist. §. j.

l ¶*Leuiathan.*] id est diaboli.

m ¶*Perplexi sunt.*] i. perplectentes, & sic omnia verba intelligas actiuè.

ADDITIO. Perplectentes dicit, quòd reddunt hominem perplexum, in veritate tamen perplexio nihil est. Arch.

n ¶*Implicatis.*] id est implicantibus.

o ¶*Inuentis.*] id est, inuentionibus.

p ¶*Particeps.*] secundum opinionem eorum stultam semper intelligas.

q ¶*A transgressionis contagione.*] Iste admonebit illum ne faciat, vt 2. q. 1. si peccauerit. Si nolit cessare, faciat quod dicitur 22. q. 5. hoc videtur. & sic liberabit se. "q̄a sacramentū non fuit inuentum; vt esset vinculū iniquitatis. 22. q. 4. inter cætera: vñ si q̄s iurauit aliū non accusare, tñ pōt denuntiare crimē eius: vt ext. de iureiu. quēadmodū. in fi. cum aūt non pōt probare, debet tacere, vt 2. q. 7. pleriq;. si aūt pōt probare, faciat q̄d dicitur. 2. q. 1. si peccauerit. vel dicat alij sic: frater scias, q̄d q̄dā te vult occidere, non tñ nominādo aliquem. ext. de of. iud. ord. si sacerdos. Contra tñ est ext. de fur. qui cum fure. sed nō est cōtra, quia fur non manifestauerat furtum indicanti.

"Iusiū non est iniquitatis vinculū.

r ¶*Formidat.*] Quid si subditus credit, q̄d præceptū prælati sit cōtra Deum? securè non obediat: "q̄a licet gn̄aliter iurauerit ei obedire in oīb̄us, non tñ est intelligendū nisi de licitis & iustis, & honestis *d*, vt 11. q. 3. non semper. & c. si dñs. & c. Iulianus. & ext. de iureiu. ad nostram. 2. & c. venientes. ff. de pi. obligatione generali. Sed si dubitet an sit cōtra Deū, obedire debet,

"Subditus an semp teneatur obedire p̄lato.

d Ad hoc ext. lib. 6. d̄ iureiu. contingit.

debet,vt 23.q.1.quid culpatur.in fi:Vtrum aũt teneatur reci pere ordines ab eo quem ſcit ſimoniacum eſſe.no.1.q.1.ſi qs à ſimoniacis.

a ¶ *Suſcepti.*]Iſte ſi vult ſaluari, dimittat locũ, & ſit in ppetua pœnitentia,vt 1.q.1.ſi quis neq;.& q.7.requiris. & ext. de ſi. Matthæus.nõ tamẽ dimittat ſine auctorita te Papæ *a*, vt 7. q.1. mutationes.& c. fugge ſtum.Sed credo, vt Io. de Fan. dicit qđ bene põt dimittere ſine licẽ tia Papæ: quia rem hẽt furtiuam:vñ ipſam tenetur ſtatim reſtituere aliter non pœnitet. 14. q.6.ſi res aliena. & fur ſemper eſt in mora, vt ff.de cond.fur.ſi ꝓp furẽ. §. vl. Sed ar.contra ext.de ren.c.niſi. & ca. poſt tranſlationẽ. Sed illa intelligũtur in his, qui non per oſtium in trauerunt,vt 1.q.1.ordinationes.

a Iſta etiã fuit ſententia Hug. q̃ ſequitur Lau.ad hoc 6.q.3.denique. Arch.

† Fructus.] Orig.

EST TAMEN. Hæc eſt ſecunda pars diſtin. in qua cõſulit quid in prædictis perplexitatibus faciẽdũ ſit.Archi. b ¶ *Præcipitat.*]"quid ſi percipitet ſe in fugã, & moritur, vtrum pec cet mortaliter, quærit? Et diſtinguendũ eſt *b*, quòd ſi non ita eſſet al tus murus, quòd bene præſumebat ſe euadere,non peccat mortali ter:aliter ſic. Argu.pro primo.23.q.5. de occi dendis. pro ſecũdo ar. 23.q.5.ſi nõ licet. & c. non eſt noſtrum.& ma ximè ſi ex honeſta cau ſa ſe ꝓcipitaſſet,vt ext. de ſepult.ex parte 2.

† al. gregis.

" Præcipitans ſe, an mortaliter peccet.

b Hæc fuit diſt. Hug.

c ¶ *Conceſſit.*]id eſt,cõceſſum oſtendit: ſicut alibi exponitur da, id eſt datum pronuntia, vt 23.q.5.c. remittuntur.§.hinc notandum.

Ibid. c. 10. † tiliter] Orig.vt j.

d ¶ *Minima.*] id eſt, matrimonia *c*.

c Sub. quæ dicuntur minima reſpectu continẽtiæ.27. q.1. nuptiarum.

e ¶ *Maiora.*]id eſt fornicationem.Vel minima appellat immoderatam exactionem debiti coniugalis.& illud potius permiſit Apoſtolus, quàm fornicationẽ,vt 22.q.2. quicquid.& ſecundum hoc proprie ponitur cõceſſit.ſecundum priorem intellectũ ponitur conceſſit, id eſt cõceſsum oſtendit.

1.Cor.7.

f ¶ *Et quia.*]Arg.contra H. qui dicit, ꝙ vir nũquam poteſt cognoſcere vxorem ſine peccato,vt no.33.q.4. vir cum propria.

g ¶ *Sed pro ſuſcipienda.*] Et cauſa reddendi debitum,vt not. 32. q.2.quidquid.

h ¶ *Minimis.*]quoties.n.ſine captione nihil fieri poteſt,id faciendum eſt quod minus captioſum eſt,vt ff.de reg.iur. quotiens.& l.ſemper.

i ¶ *Sine venia.*]ſimile dicitur alibi.Quod permittimus, nolentes præcipimus,vt 31.q.1.hac ratione.

& infrà. ¶Alius penſare pondus honoris eccleſiaſtici negligens, ad locum regiminis præmijs aſcendit. Sed quia oẽ quod hic eminet, plus mœroribus afficitur, quam honorib. gaudet, dum cor tribulationibus premitur, ad memoriã culpa reuocatur, doletq; ſe ad laborem cum culpa peruenisſe, & quàm ſit iniquum qđ admiſerit,ex ipſa fractus † difficulta te cognoſcit. Reũ igitur ſe cũ impenſis præmijs agnoſcens, vult adeptæ ſublimitatis locũ deſerere,ſed timet,ne grauius delictum ſit ſuſcepti gregis cuſtodiam reliquiſſe: vult ſuſcepti [a] gregis curam gerere, ſed formidat,ne deterior culpa ſit, regimina paſtoralis gratię †empta poſſidere. Per honoris ergo ambitũ,ligatum culpa hinc inde ſe conſpicit. Eſſe quippe ſine reatu criminis neutrũ videt,ſi aut ſuſceptus ſemel grex relinquatur, aut rurſum ſacra actio ſeculariter empta teneatur. Vndique metuit,& ſuſpectus latus oẽ ptimeſcit, ne aut ſtans in empto regimine nõ dignè,lugeat, ꝙ non etiam deſerẽs A emendat,aut certè regimen deſerens, dum aliud flere nititur,rurſus aliud de ipſa gregis deſtitutione committat.

& infra.

2 ¶Eſt tñ ꝙ ad deſtruẽdas Beemoth verſutias ſubtiliter† fiat, vt dum mens inter minora, & maxima peccata conſtringitur ſi omnino nullus ſine peccato euadẽdi aditus patet, minora ſemper eligantur: quia, & qui murorũ vndiq; ambitu, ne fugiat,clauditur, ibi ſe in fugam præcipitat [b], vbi breuior murus inuenitur. Hinc Paulus, cum quoſdam in eccleſia incontinentes aſpiceret, conceſſit [c] minima [d], vt maiora [e] declinarent, dicens [Propter fornicationem autem vnuſquiſque vxorem ſuam habeat.]Et quia [f] tunc ſolùm coniuges in admiſtione ſine culpa ſunt, cum non pro explenda libidine, ſed pro ſuſcipienda [g] prole miſcentur, vt hoc etiam,quod conceſſerat, ſine culpa(quamuis minima)non eſſe monſtraret, illico adiunxit[Hoc autem dico ſecundũ indulgentiam, non ſecundum imperium.]Non enim eſt ſine vitio:quod ignoſcitur,non præcipitur.Peccatum profectò vidit,quod poſſe indulgeri præuidit.Sed cum in dubiis conſtringimur, vtiliter minimis [h] ſubdimur,ne in magnis ſine venia [i] peccemus. ¶Itaque plerunque neruorum Beemoth iſtius perplexitas ſoluitur,dũ ad virtutes maximas per commiſſa minora tranſitur.

A ¶Emendat.] *Hoc loco in originali videtur conſtructio verborum perturbata, & reſtituenda ex Gratiano.*

DISTINCTIO XIIII.

Verùm.] Hęc diſt.diuiditur in duas part.in quarũ prima probat, ꝙ nullus debet peccare minus,vt maius ſiue grauius alius non peccet.Secũda ibi. *conſuetudinis.*

Minus malũ de duob. eſt faciẽdũ

Casvs. hic dicit Grat. ꝙ illud quod dictum eſt in ſuperiori diſ.de minori malo eligendo, intelligendum eſt cum duo mala circa eandem pſonã contingunt. ſed ſi circa diuerſas contingant,vtrũ minus malum ſit eligẽdum,& faciendum, vt alius vitet maius,quæritur in hac diſt. & probatur ꝙ non,per capitulum ſequens.dicitur ẽt qđ ius conſuetudinis, vel conſtitutionis relaxatur quandoq;.

Ibidem 6.

k ¶ *Verùm.*]in hac diſ. 14.quęritur,an aliquis debeat minus malum cõmittere vt alter euitet grauius malum? Et dicendũ eſt quod non, vt j.c.prox.& cõtinuatur iſte §. ad id quod dixerat in ſuperiori diſtin.ſ.ꝙ cùm duo mala nobis inſtant,minus eſt eligendum: ſed hoc non eſt verum circa diuerſas perſonas.

Verum k *hoc in vna eaque perſona intelligitur. Cęterùm an in diuerſis eadem diſpenſatio locũ habeat, videlicet,vt committamus minora, ne alij grauioribus implicentur, meritò quæritur.*

*De his ita ſcribit Auguſtinus lib. Quęſt.ſuper Gen.c.*42.

¶Non ſunt à nobis aliqua cõmittenda delicta,ne alij grauiora committant. C.I.

2 QVod ait [l] Sodomitis Loth [Sunt mihi duæ filię quæ nondum nouerunt viros: producam illas ad vos,vtimini illis quomodo placuerit vobis tãtũ in viros iſtos ne faciatis iniquum:quoniã proſtituere volebat filias ſuas hac compenſatione, vt viri hoſpites eĩ nihil à Sodomitis tale paterentur,vtrum admittẽda ſit compenſatio flagitiorũm,vel quorumcunq; peccatorum, vt nos faciamus mali aliquid, ne alĩ grauius malũ faciat, an potius perturbationi Loth,non conſilio tribuendum ſit,quia hoc dixerit, meritò quæritur. Et nimirum periculoſiſſimè [m], tale committere,vt alius euitet maius mortale, " ſed veniale dẽt cõmittere,vt alter euitet mortale. nam ẽt aĩam quis dẽt ponere pro proximo *d*, & ſic mortẽ tpalem põt aliquis ſubire,ne alter incurrat pœnã æternã.de pœ.diſt.2.charitas. & §. prox.ſed pro veniali debetur tm̃ pœna tpalis *e*, pro mortali æterna.11.q.3.nemo ergo aliquis põt peccare venialiter, ne alter peccet mortaliter.Itẽ qa Apoſtolus dicit: Orabam eſſe anatema ꝙp fratrib.meis.ſed nemo anathematizatur niſi pro mor-

1 Iuo p. 9. c.117. † Gene.19.

1 ¶ *Quod ait.*] verba ſunt Aug.& incipit ibi meritò quæritur.

m ¶ *Periculoſiſſimè.*] Hic dicit Aug. qđ nemo debet minus malũ cõmittere, vt alter euitet maius malum:& intelligũt hoc quidã qđ nemo dẽt minus mortale committere,vt alius euitet maius mortale, " ſed veniale ꝑt ne qs cõmittere vt alter euitet mortale.

d De pę.di. 2.qui vult. & c.ſeq.

e 25.diſt.§. peccata. ad Rom.9

mortali,vt 11.q.3.nemo. Itē cùm virtus & vitiū sint cōtraria nec se compatiantur,vt 32.q.1.cum renuntiatur,sed venialia simul cum virtutibus insunt homini.nō ergo propriè dīr vitia,vt de pœ.dist.3.septies. Alij dīt, quòd nullum peccatum debet hō facere,vel pro suo bono,vel alterius,vt 23.q.5.cum hō. ver.qđ si alius.non n. Deus vult tale damnum cū tali lucro cōpensari,vt 33.q.5.si dicat.non.n. debet quis crimē suum alienis cō modis impendere, vt 46.dist. sicut non suo. Præterea neq; pro salute alterius ꝑpali, vel æternali debet qs peccare venialiter: quia nullus ꝑducendus est ad salutem *a* opitulante mendacio,vt 22.q.2.c. faciat.& c.primū. Ioā. Sed quare redarguitur hic Loth ab Aug.cum alibi cōmendetur ab Ambrosio, vt 32.q.7. offerebat? Sed Ambrosius considerauit pietatem quam habuit ad hospites.Aug. verò de lictum filiarum.26. distin.c.1.& 2.

a de hac materia no.ex. ne cleri. vel mon.c.3. in glo. argu. ꝙ &c. Arch.

1 Pan.in ꝑlo.c.12. Ordo verborum non restitutus ob gl.

† conditione]Orig.

a ¶ *Hæc compensatio.*] Arg. quod non est admittenda compensatio in malis, vt 24.q.5.fortè. & 23.qu.5.c.1.& 32.q.8. non solùm.& 1.qu.1.non est putanda.admittitur tamen compensatio in criminibus, vel excipiendo, vel replicando,vt 32.q.6. nihil. & ff. sol. mat. viro.“ verum est in iudiciis admittitur compensatio, non in foro pœnitentiali.34.q.5.qđ Deo.

“ cōpēsatio in pœnitentiali foro nō admittit.

CONSVETVDINIS. Hæc est secunda pars huius distinctionis:in qua dicitur quando rigor est relaxandus, & quando non.Ioan.de Fan.

2 Pann.lib. 2.c.104.

Casvs.Iste §. continuatur ad illud quod dictum fuit supra in principio 13. dist. vbi dictum fuit, quòd aduersus ius naturale non admittitur dispensatio:sed hic dicitur,quòd consuetudinis vel constitutionis rigor relaxatur quandoque etiam. hoc probatur in seq.c.

Sicut. Casvs. Quęsitum fuit à Leone Papa,vtrum contra consuetudinem,& constitutiones possit dispensari. qui respondit,dicens quod sicut sunt quædam contra quæ dispensari non potest,vt ius naturale: sic quædā sunt vt cōsuetudines & constitutiones contra quas ratione temporū, & ætatum potest dispensari:hac habita discretione, vt in dubijs nihil contra Euangelium,vel decreta fiat patrum.

b ¶ *Sicut quędam sunt.*] vt præcepta decalogi, & forma baptismi:& forma conficiendi *c* corpus Christi.de conse.dist. 4.propriè.& dist.2.accipite.

b Ext.de baptis.c.1.

c ¶ *Temporum.*]vt 1.q.7. quod pro remedio.& 81.dist. presbyter.& 34.dist.fraternitatis.

c De cōsec. dist.2.c.2.

d ¶ *Ætatum.*] vt j. 33.q.2.in adolescentia. *d* & 86.distinctio.tanta.

d Hoc c.loqtur de iuuenili ætate, sed seq. concord. loqui-

e ¶ *Consideratione.*]j.29.dist.sciendum.

f ¶ *Vel dubia.*]ext.de sponsi.iuuenis.

admittitur hæc cōpensatio [a]. Si aūt perturbationi humanæ tribuit, & menti tāto malo pmotę,nullo modo imitāda est.

2 *Consuetudinis aūt, vel constitutionis rigor nonnunquam relaxatur.*

Vnde Leo Papa ait ad Rusticum Narbonensem Episcopum,epist.90. ante caput 1.

¶Quæ constitutiones valeant temperari,vel quę non. C. II.

1 SIcut quædam sunt [b] quæ nulla pūt rōne conuelli, ita multa sunt, quæ aut pro necessitate temporum [c], aut pro cōsideratione ætatum [d], oportet temperari: illa cōsideratione † [e] semper seruata, vt in ijs, quæ vel dubia [f] fuerint,aut obscura,id nouerimus sequendū qđ nec præceptis Euangelicis contrariū nec decretis sanctorūPatrū inueniatur aduersum.

DISTINCTIO XV.

Quoniam de iure naturali g *& constitutione,vel cōsuetudine hactenꝰ diſſeruimus, differentiam, qua inuicem discernuntur,assignantes, nunc ad ecclesiasticas constitutiones stylū vertamus,earum originem, & auctoritatem,prout ex libris sanctorū Patrum colligere possumus, breuiter assignantes.*

¶Quo tempore cœperint canones generalium conciliorum. C.I.

2 CAnones generaliū conciliorum(vt Isidorus ait lib.6.etymol.c.16.) à tꝑoribus Constantini [h] cęperunt.In prę cedentibus namq; annis persecutione feruente, docendarū plebiū minimè dabatur facultas.Inde Christianitas in diuersas hæreses scissa est: quia non erat licentia ep̄is in vnū cōueniendi, nisi tpe supradicti Imperatoris. Ipse.n.dedit facultatem Christianis liberè congregari. Sub hoc ēt sancti patres in cōcilio Nicæno de oī orbe terrarū cōueniētes iuxta fidē Euangelicā & Apostolicā, secundū post Apostolos [i] symbolum tradiderūt. ¶Inter cætera aūt concilia, quatuor esse scimus venerabiles synodos,q̄ totā principaliter fidē cōplectunt̄, quasi quatuor Euangelia, vel totidem paradisi flumina. ¶Harū prima Nicęna synodus 318. [k] ep̄orū Constantino Augusto imperāte peracta est: in qua Arianæ ꝑfidiæ condemnata blasphemia, quā de inæqualitate [l] S.Trinitatis idē Arius asserebat, cōsubstantialē Deo p̄ri Deū filium eadē sancta synodus ꝑ symbolum definiuit. ¶Scđa synodus cl.Patrum sub Theodosio seniore Constantinopoli [m] cōgregata est,q̄ Macedoniū [n] Spiritū sanctū Deū esse negātē condemnans,consubstātialem patri,& filio Spiritū sanctū demonstrauit,dans symboli formam, quam tota [o] Græcorū,& Latinorū cōfessio in ecclesijs prædicat. ¶Tertia synodus Ephesina [p] prima cc. æp̄orum sub iuniore Theodosio Augusto edita est, quæ Nestoriū duas ꝑsonas [q] in Christo asserētē, iusto anathemate cōdemnauit,ostēdēs manere [r] in duab.naturis vnā Dñi N. Iesu Christi ꝑsonam.¶Quarta synod' Chalcedonēsis DCXXX. sacerdotū sub Martiano principe habita est, in qua Eutyhoc verbum generaliter,soluit contrarium.

g Sub ei⁹ diuisiones & differentias ad cætera iura multiplices assignans, vt cō petētius ad tractandum de iure can. descēderet. nūc ad, &c. Hug.

i ¶ *Apostolos.*] Apostoli.n.fecerunt primum symbolum, sc. Credo in Deum p̄rem: sꝫ Nicæna synodus fecit, Credo in vnum Deum *g*.& dicitur à syn,quod est cum: & bolos,quod est morsellus: quia quilibet Apostolorum de suo morsello aliquid apposuit.

k ¶ *Cccxviij.*]Alibi dicitur de ccc.episcopis, vt 10.q.1.hanc. Sed dic ꝙ minor numerus non excludit maiorem.ff. de in lit. iur.cum furti.

l ¶ *Quam de inęqualitate.*]dicebat.n.patrem maiorem filio, & filiū maiorē spiritu sancto.24. q.3.quidā.ver.Ariani.Hug.

m ¶ *Constantinopoli.*]s̄.e.sicut.

n ¶ *Macedonium.*] qui dixit spiritum sanctum seruum patris & filij.vt 1.q.1.eos qui.24.q.vlt. quidam. ver. Macedoniani.

o ¶ *Quam tota.*]Hoc non hēmus:quia non hēmus nisi Apostolorum,& Nicænum,& athanasij.Quicunque vult.

p ¶ *Ephesina.*] hoc dicit ad differentiam secundæ, quæ fuit reprobata,vt j.16.dis.quoniam sanctæ.

q ¶ *Personas.*]verbi & hominis.

r ¶ *Vnam.*] Vna est persona, sed habet duas naturas, scilicet diuinam

tur de senili. ad hoc 26.q.7. tpa. & c. hoc fit.

Casvs.Supra de naturali iure, consuetudine & constitutione dixit Gratianus, inter ista differentiam assignando.In hac verò dist. reuertitur ad constitutiones ecclesiasticas, & earū originem & auctoritatem breuiter ostendit.

g ¶ *Quoniam de iure naturali.*] Hactenus tractauit magister de naturali *e* iure:hic incipit tractare de iure canonico. assignat itaque rationem & originem ipsius. & ostendit quę opuscula recipiantur ab ecclesia, & quæ non.

e Sub. ei⁹ diuisiones & differentias ad cætera iura multiplices assignans, vt cō petētius ad tractandum de iure can. descēderet. nūc ad, &c. Hug.

Canones.]Casvs. hoc c. diuiditur in tres par.In 1.p.ostenditur,ꝙ à tpe Constantini canones gñalium conciliorum incœperunt. Ipse.n. primò dedit auctoritatem Christianis liberè congregandi: cum ecclesia antea fuisset passa persecutionem. In 2.par.quę inc.ibi, *Inter cętera.* dicitur ꝙ sub quatuor Imperatorib. sunt quatuor concilia vniuersalia celebrata, s.subCōstantino,Theodosio seniore,Theodosio iuniore, & Martiano:& ostenditur quod in eis fuerit reprobatum: & ꝙ ista quatuor concilia & his similia debent inuiolata seruari.In 3.par.q̄ inc.ibi, *Synodus.* ponit etymologias istorum nominum scilicet synodus,concilium,& cœtus.

h ¶ *Constantini.*]j.16. di. Isidorus. contra ibi dicitur à tpe Clementis fuerunt celebrata concilia. ref. ꝙ añ.fuerunt celebrata: sꝫ non ita gñaliter *f*: & ita

f Qđ dicit litera generaliter, innuit solutionem Hug.&Lau. & Arch.

g Not.ꝙ Damasus Papa cōstituit vt symbolum cantaret̄ in Missa ex decreto sāctæ synodi vniuersalis apud Constātinopolim celebratæ. Arch.

diuinam & humanam.j.c.ſicut.ver.quintum.

a ¶ *Eutychen.*] qui poſt reſurrectionẽ Chriſtum habere vnã naturam dixit,ſcilicet diuinam.16.diſt.c.6.ver.4.

ADDITIO.Habet.n.vtranq;,ext.de hær.cum Chriſtus.vbi notat Ala.q̃ ante illam definitionẽ,de qua loquitur ipſa decre. eõtrariũ dicere licebat cum prohibitum nõ eſſet:ſed poſt,nequaq̃:ergo qđ prius nõ fuit fidei articulus,poſt conſecrationem factus eſt fidei articulus. Arch.

† alias, Neſtoriũ eſpm.

b ¶ *Defenſorem.*] Peccabat ergo in fide, ex quo erat defenſor hæreticorum,vt 24.q.1.c.1.& q.3.qui aliorũ. & ext.de hæ.vergentis *a*. ſicut dicit lex de latrone.C.de his qui la.oc.l.1.Sed contra.21.diſ.in tm̃.& 24.q.2. ſane profertur.ver.item Romanorum.ibi.n.dicitur,q̃ Dioſcorus non peccauit in fide,ſed expone, non peccauit in fide,i. nõ peccauit in fide tm̃ qa in hoc peccauit, q̃ auſus fuit Papã Leonẽ excommunicare. 21. diſt.in tantum.

a Parũ aut nihil facit, ſed melius c.ti. ſicut.& ca.excõicamus.§. credentes Pet.

c ¶ *Fidei.*] articulos.

d ¶ *In hoc opere.*] Iſidne ſit cõtra 19.di.ſiRomanorũ.ver. p̃ſertim.

S *Icut ſancti Euangelij.* CASVS. In 1. p.huius ca. dicit Greg. qđ ita vult ſeruare quatuor cõcilia ſicut quatuor Eũangelij libros: & oñdit in vtroq; illorũ qd fuit reprobatũ. In 2.p. q̃ inc.ibi, *quintum.*dicit Greg. q̃ qntũ cõciliũ vult venerari,in quo tria ſunt re p̃bata, ſ. epiſtola erroris plena.q̃ Ibę dicebatur, & opinio Theodori, q̃ p̃ſonã Chriſti mediatoris Dei, & hominũ in duab. ſubſtãtijs ſeparabat.i.p̃ſonis,dicẽs Chriſtũ duas habere p̃ſonas & ſcripta Theodori, q̃ vitã B.Cyrilli,& fidem repræhendebat:& q̃ ſupradicta cõcilia nõ obſeruat, ſeipsũ deſtruit.

e ¶ *Ibæ dicitur.*] ab inuentore.

f ¶ *Mediatoris.*] id eſt Chriſti.Ioan.

g ¶ *Subſtantijs.*]ſcilicet perſonis.

h *Præſumit.*] Videtur ergo,q̃ Papa non poſſit deſtruere ſtatuta cõcilij: quia orbis maior eſt vrbe.93.diſtin.legimus. circa medi. vnde requirit Papa conſenſum cõcilij.19.di. Anaſtaſius.Arg. contra 17. diſt.§.hinc ẽt.& extr.de ele.ſignificaſti.vbi dicitur quòd conciliũ non poteſt Papæ legem imponere.& 35.q.9. veniam. Sed intellige.quod hic dicitur,circa articulos fidei. 25. q.1.ſunt quidam.

S *Ancta Romana Eccleſia.*] CASVS. In hoc c. ponuntur ferè eadem,quæ dicta ſunt in illo c.canones. & in c. ſicut. Dicit enim Gelaſius, q̃ ſupradicta quatuor concilia vult venerari:& ſi qua alia fuerunt à ſanctis Patribus inſtituta: & oſtẽdit quę opuſcula ſanctorũ Patrum in Eccleſia recipiantur.

Iſidori, editioni Pariſienſi cõciliorũ præpoſita,quę cum aliquot vetuſtis codicibus collata eſt,ſic legitur: Cõcilij verò nomen tractum ex cõi intentione, eo q̃ in vnum dirigãt oẽs mentis obtutum.Cilia.n.oculorum ſunt.vñ & qui ſibimet diſſentiunt,non agunt concilium,quia non ſentiunt vnum. Cœtus verò conuentus eſt, vel congregatio à coẽundo.i.conueniendo in vnum: vnde & conuentus eſt nuncupatus,q̃ ibi homines conueniant.Sicut conuentus, cœtus,vel concilium à ſocietate dicitur multorum in vnum. *In Gratiani codicibus ſunt multæ varietates,ex quibus ea lectio retenta eſt,quæ viſa eſt melior,quamuis adhuc aliquid fortaſſe deſideretur.*

De quatuor verò † concilijs ſcribit B.Greg.ita dicens,lib.1. Regeſti,epiſt.24.

† al. quoq;

¶ De auctoritate quatuor conciliorum. Cap. II.

SIcut ſancti Euangelij quatuor libros,ſic quatuor concilia ſuſcipere,& venerari me fateor,Nicęnũ .ſ.in quo peruerſum Arij dogma deſtruitur, Conſtãtinopolitanũ quoq;, in quo Eunomij, & Macedonij error cõuincitur,Epheſinum etiam primum, in quo Neſtorij impietas iudicatur, Chalcedonenſe verò, in quo Eutychis,Dioſcoriq; prauitas reprobatur, tota deuotione complector, & integerrima approbatione cuſtodio:quia in his velut in quadrato lapide, ſanctæ fidei ſtructura conſurgit, & cuiuslibet A vitæ atq; actionis norma conſiſtit. ¶ Quintum quoq; concilium pariter veneror,in quo epiſtola, quæ Ibæ dicitur e, erroris plena reprobatur, in quo Theodorus p̃ſonam mediatoris f Dei,& hominũ in duab. ſubſtãtijs g ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe cõuincitur; & in quo ſcripta quoq; Theodoriti, p̃ quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, auſu demẽtiæ prolata refutantur. Cunctas verò,quas præfata veneranda concilia p̃ſonas reſpuunt,reſpuo,quas venerãtur amplector,quia,dum vniuerſali ſunt conſenſu cõſtituta,ſe,& non illa deſtruit, quiſquis p̃ſumit h aut ſoluere,quos religant †, aut ligare †, quos ſoluunt.

† al.ligant. † al.religare

A ¶ Cuiuſlibet.] *Apud B.Gregorium legitur:* Et cuiuſlibet vitæ,atq; actionis exiſtat,quiſquis eorum ſoliditatem non tenet,etiam ſi lapis eſſe cernitur,tamen extra ædificiũ iacet. Quintum,&c. *& in ſequentibus ſignificantur tria illa capitula, quorum occaſione nonnulli quintam ſynodum non recipiebant.*

De ijſdem etiam Gelaſius in concilio habito Romæ cum 70. Epiſcopis ſcribit dicens.

¶ Quæ † concilia ſancta Romana Eccleſia ſuſcipiat.

† alias quas ſcripturas. 1 Burc. lib. 3. cap. 220. Iuo par.4.c. 64. Pan.l. 2. ca. 91. Pol.l.3. tit.20.

CAP. III.

1 SAncta Romana Eccleſia poſt illas veteris teſtamenti,& noui ſcripturas, quas regulariter ſuſcipimus,ẽt has ſuſcipi non prohibet: Sanctam ſynodũ Nicænam cccxviij. patrum mediante Conſtantino Maximo Auguſto,in qua Arius hæreticus cõdemnatus eſt:Sãctam ſynodum Conſtãtinopolitanam,mediante Theodoſio ſeniore Auguſto,in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit: Sanctam ſynodum Epheſinam,in qua Neſtorius damnatus eſt conſenſu beatiſſimi Papæ Cæleſtini, mediante Cyrillo Alexandrinæ ſedis antiſtite, & Arcadio epo ab Italia deſtinato:Sãctam ſynodum Chalcedonẽſem,mediãte Martiano Auguſto,& Anatolio Cõſtãtinopolitano epo,in qua Neſtoriana,& Eutychiana hæreſes ſimul cum Dioſcoro,eiuſq; complicibus damnatæ ſunt:ſed & ſi qua ſunt cõcilia à ſanctis patrib.hactenus inſtituta,poſt † iſtorũ quatuor auctoritatem & cuſtodiẽda,& recipienda decernimus, &

† al.præter.

manda-

mandamus. ¶Iam nunc subijciendum est de opuscu lis sanctorum Patrum, quę in ecclesia catholica recipiuntur. ¶Opuscula B. Cypriani martyris, & Carthaginensis episcopi. ¶Item opuscula B. Athanasij Alexandrini episcopi. ¶Item opuscula B. Gregorij Nazianzeni episcopi. ¶Item opuscula B. Basilij Cappadocię episcopi. ¶Item opuscula B. Ioannis Constantinopolitani episcopi. ¶Item opuscula Theophili Alexandrini episcopi. ¶Item opuscula B. Cyrilli Alexandrini episcopi. ¶Item opuscula B. Hilarij Pictauiensis episcopi. ¶Item opuscula B. Ambrosiij Mediolanensis episcopi. ¶Item opuscula B. Augustini Hipponensis episcopi. ¶Item opuscula B. Hieronymi presbyteri. ¶Item opuscula B. Prosperi viri religiosissimi. 1 ¶Item epistolam B. Leonis Papæ ad Flauianum Constantinopolitanum episcopum destinatam: cuius textum quispiam si vsq; ad vnum iota disputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. ¶Item opuscula, atq; tractatus omnium patrum orthodoxorum, qui in nullo à sanctæ Romanę Ecclesię consortio deuiauerunt, nec ab eius fideli † prædicatione seiuncti sunt, sed communionis ipsius, gratia Dei, vsque ad vltimum diem vitæ suæ participes fuerunt, legenda decernimus. ¶Item decretales epistolæ, quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Romana pro diuersorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendæ sunt. 2 ¶Item gesta sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant. Quis † ita esse catholicorum dubitet, & maiora eos in agonib. fuisse perpessos, nec suis viribus, sed gratia Dei, & adiutorio vniuersa toleraſſe? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur: quia & eorum, qui conscripsere, nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut idiotis † superflua, aut minus apta, quàm rei ordo fuerit, scripta esse putantur: sicut cuiusdam Quirici, † & Iulitæ: sicut Georgij, aliorumq; huiusmodi passiones, quæ ab hæreticis perhibentur conscriptæ. Propter quod, vt dictum est, ne vel leuis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta ecclesia omnes martyres, & eorum glorioſos agones, qui Deo magis quàm hominibus noti sunt, omni deuotione veneramur. ¶Item vitas Patrum, Pauli, Antonij, Hilarionis, & omnium eremitarum, quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. ¶Item Actus B. Siluestri Apostolicæ sedis præsulis, licet eius, qui conscripsit, nomen ignoremus, à multis tamen in vrbe Roma catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vsu multæ hoc imitantur ecclesiæ. ¶Item scripta de inuentione sanctæ Crucis Dominicæ, & alia scripta de inuentione capitis B. Ioannis Baptistæ, nouellæ quidem † reuelationes sunt, & nõnulli eas catholici legunt: Sed cum hæc ad catholicorum manus peruenerint, B. Pauli Apostoli sententia præcedat, [Omnia probate, quod bonum est, tenete.] ¶ Item Ruffinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros: nõnullas etiam scripturas interpretatus est: sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus cum de arbitrij libertate notauit, illa sentimus, quæ prædictum beatum Hierony. sentire cognoscimus: & non solũ de Ruffino, sed etiam de vniuersis, † quos vir sæpius memoratus zelo Dei, & fidei religione † reprehendit. ¶Item origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda. ¶ Item Chronicum † Eusebij Cæsarienſis, atque eiusdem historiæ ecclesiasticæ libros, quamuis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & postea in laudibus, atque excusatione Origenis schismatici vnum conscripserit librum: propter rerum tamen notitiam singularem, quæ ad instructionem pertinent, vsquequaque non dicimus renuendos. ¶ Item Orosium virum eruditissimum collaudamus, quia valdè nobis necessariam aduersus Paganorum calumnias ordinauit historiam, miraque breuitate contexuit. ¶ Item venerabilis viri Sedulij Paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude proferimus. † Item Iuuenci c nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur. Cæterùm, quæ ab hæreticis, siue schismaticis conscripta, vel prædicata sunt, nullatenus recipit Catholica, & Apostolica ecclesia Romana.

¶E quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & à catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda. 3 In primis Ariminensem synodum à Constantino Cæsare Constantini filio congregatam mediante Tauro præfecto, ex tunc, & nunc, & vsque in æternum confitemur esse damnatam. Item itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis lib. 8. † apocryphum. Actus nomine Andreæ Apostoli, apocryphi. Actus nomine Philippi Apostoli, apocryphi. Actus nomine Petri Apostoli, apocryphi. Actus nomine Thomæ Apostoli apocryphi. Euangelium nomine Thaddæi, apocryphum. Euangelium nomine Thomę Apostoli, quo vtuntur Manichęi, apocryphum. Euangelium nomine Barnabę, apocryphum. Euangelium nomine Bartholomęi Apostoli, apocryphum. Euangelium nomine Andreę Apostoli, apocryphum, Euangelia, quæ falsauit Lucianus, apocrypha. Euangelia quæ falsauit Hyrcius, † apocrypha. Liber de infantia Saluatoris, apocryphus. Liber de natiuitate Saluatoris, & de sancta D Maria, & de obstetrice Saluatoris, apocryphus: Liber, qui appellatur Pastoris, apocryphus. Libri omnes, quos fecit Lenticius † discipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur, fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur thesaurus, apocryphus. Liber, qui appellatur de filiabus Adę, vel † Geneseos, apocryphus. Centimetrum de Christo virgilianis compaginatum versibus apocryphum. Liber, qui appellatur, Actus Teclę, & Pauli apostoli, apocryphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber prouerbiorum, qui ab hæreticis conscriptus, & S. Xysti † nomine signatus est, apocryphus. Reuelatio, quæ appellatur Pauli apostoli, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Thomæ apostoli, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur transitus † sanctæ Mariæ, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Adę, apocryphus. Liber Ogiæ nomine gigantis, qui ab hęreticis cum dracone post diluuiũ pugnasse perhibetur, apocryphus. Liber, qui appellatur testamentum Iacob, † apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia S. Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Iannis, † & Mambrę, apocryphus. Liber, qui appellatur, sortes Apostolorum, apocryphus. Liber Lusanæ, † apocryphus. Liber canonum Apostolorum, apocryphus. Liber Physiologus, qui ab hæreticis conscriptus est, & B. Ambro-

† fide, vel prædicatione] Orig. & Burc. Decretales epistolæ Sãctorum Põtificum suscipiendæ.

2 Nicol. in epist. impſſa ad eposGallir, cuiº initium, [Quamuis] † al. ista.

† al. dictis.

† al. Cyrici.

† quædam relatiões.] Orig.

1. Thes. 5.

† al. diuersis] Orig. † al. religiosè.

1 Anſ. lib. 6. c. 193.

† al. Chronica] Orig.

† al. præsentiº.] Orig.

3 Burc. l. 3. ca. 221. Iuo p. 4. cap. 65. Pan. l. 2. ca. 123.

† decem] Orig.

† abest ab Orig.

† al. Sixti.

† transitus, idest, assumptio] Orig.

† al. Iob] Orig.

† aliàs, iãnę. † qui appellatur, Iaus Apostolorum] Orig.

† al. Esitius] al. Hesychiº

† al. Lẽtius. al. Leutius.

a ¶ *Cyrici.*]al.Quirici.

† Tertullia ni apocryp. Opuscul. Lactantij apocrypha. Opuscula Africani apocrypha] Orig.

† Opuscula Commodia ni apocrypha]Orig.

† Opuscula Tatij, Cypriani, apocriph.

Opusc. Arnobij, apocryph.

Opusc. Tyconij, apocrypha.] Orig.

† al.Pitabionensis.

† al. Frumẽ ri ꝯci]Ori.

† African⁹] Orig.

†al.Calist⁹. † Iulianus Celanensis, Cęlestinus, &c.]Orig.

† Orig. Priscillian⁹ ab Hispania, Nestorius Cõstantinopolitanus, Maximus, Vnicus, Lãpetius.

† hæretici, eorumq; discipuli.] Orig.

1 Burc. l. 3. c. 222. Iuo p.4.c.63. Pann. l.2.c. 90.

Tren.1.

1.Cor.11.

1.Cor.10.

Hebr.4.

Heb.5.

Heb.9.

Hebr. 10.

† al.octaua.

† al.octauã.

† Iudith, Hester.] Iuo.

† libros] Iuo.

† al. in natalem. † al.i.vigilia natalis Domini] Burc. & Iuo, & ordo Romanus. Esa.9. 40.& 52.

Esa.55.

Esa.60.

Esa.61.

ſij nomine præſignatus, apocryphus. Hiſtoria Euſebij Pãphili, apocrypha. Opuſcula Tertulliani, † ſiue Africani, apocrypha. Opuſcula Poſthumiani,& Galli,apocrypha. Opuſcula Montani, Priſcillæ, & Maximillæ apocrypha. Opuſcula omnia Fauſti Manichæi, apocrypha. † Opuſcula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha. † Opuſcula Caſſiani presbyteri Galliarum, apocrypha. Opuſcula Victorini Pictauienſis †apocrypha. Opuſcula Frumentij, † apocrypha. Epiſtola Ieſu ad Agbarum regem,apocrypha. Paſſio Georgij,apocrypha. Paſſio Cyrici, [a] & Iulitæ, apocrypha. Scriptura quæ appellatur, cõtradictio Salomonis,apocrypha. Philacteria omnia, quæ non Angelorum, vt illi confingunt, ſed dæmonum magis arte conſcripta ſunt,apocrypha. ¶Hæc,& omnia his ſimilia,quæ Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Baſilides, Ebion, Paulus etiam Samoſatenus, Photinus & Bonoſus, & qui ſimili errore defecerunt, Montanus quoq; cum ſuis obſcœniſſimis ſequacibus, Apollinaris, Valentinus, ſiue Manichæus, Fauſtus, † Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Notatus, Sabbatius, Cæleſtius † Donatus, Euſtathius, Iouinianus, Pelagius, Iulianus, & † Latienſis, Cæleſtinus, Maximinus, Priſcianus † ab Hiſpania, Lampedius, Dioſcorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus: èquib. vnus Alexandriam, alius Antiochiam maculauit; Acacius Conſtantinopolitanus cum cõ ſortib. ſuis, nec nõ & oẽs hęreſes † quas ipſi, eorumq; diſcipuli, ſiue ſchiſmatici docuerũt, vel conſcripſerũt: quorum nomina minimè retinentur, non ſolùm repudiata, verumetiã ab omni Romana, & Apoſtolica eccleſia eliminata, atq; cum ſuis auctoribus, auctorumq; ſequacib. ſub anathematis indiſſolubili vinculo in æternum confitemur eſſe dãnata. ¶Ceterũ, [B] qui libri in eccleſiaſticis officijs per anni circulum à nonnullis legantur (ꝙ ritum illum Apoſtolica non reprobat, ſed ſequitur eccleſia) pro fidelium ædificatione adnotandũ cenſuimus. 1 Quidã, ꝙ in Septuageſima ponunt Pẽtateuchum [F] vſq; in xv. diem ante Paſcha, xv. die ponunt Hieremiam vſq; in cęnam Domini. In cęna Domini legunt tres lectiones de lamentatione Hierem. [Qũo ſedet ſola ciuitas, &c.] & tres de tractatu S. Aug. in pſal. 54. [G] [Exaudi De⁹ orationem meam, & ne deſpexeris.] & tres de Apoſtolo, vbi ait in epiſtola ad Corinth. [Conuenientib. vobis in vnum.] Secunda lectio ſic incipit, [ſimiliter & calicem poſtquàm cœnauit.] Tertia, [De ſpiritualibus autem nolumus vos ignorare fratres.] In Paraſceue tres lectiones de lamẽtatione Hierem. & tres de tractatu S. Aug. in pſal. 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.] & tres de Apoſtolo, vbi ait in epiſt. ad Heb. [Feſtinemus ingredi in illam requiem, &c.] Secunda lectio, [Omnis namque pontifex.] Tertia, [De quo grandis nobis ſermo.] In ſabbato Sancto tres lectiones de lamentatione Hierem. prophetæ, & tres de tractatu S. Aug. in eundem pſal. 63. [Exaudi Deus orationem meam, cũ deprecor.] & tres de Apoſtolo, vbi ait in epiſt. ad Hæb. [Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum.] Secunda lectio, [Vbi enim teſtamentum eſt.] Tertia, [Vmbram enim habens lex futurorum bonorum.] In Paſcha Domini homilias ad ipſum diem pertinentes, infra hebdomadam homilias. In octauis [H] † Paſchæ ponunt actus Apoſtolorum, & epiſtolas canonicas, & Apocalypſim vſque in octauas † Pentecoſtes. In octauis Pentecoſtes ponunt Libros Regum, & Paralip. vſque in Kal. Auguſti. In Dominica prima menſis Auguſti ponunt Salomonem vſque in Kalend. Septemb. In Dominica prima Septemb. ponunt Iob, Tobiam, † Heſter, Eſdram vſque in Kalend. Octob. In Dominica prima menſis Octob. ponunt librum † Machabæorum vſque in Kalend. Nouembr. In Dominica prima menſis Nouemb. ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores prophetas vſque in Kalen. Decemb. In Dominica prima menſis Decemb. ponunt Eſaiam prophetam vſque ad † Natiuitatem Domini. In Natali 1 † Domini legunt primùm de Eſaia tres lectiones. Prima lectio, [Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon, &c.] Secunda, [Conſolamini, conſolamini.] Tertia, [Conſurge, conſurge.] Deinde leguntur ſermones, vel homiliæ ad ipſum diem pertinentes. In natali S. Stephani homilia de ipſo die. In natali S. Ioannis ſimiliter. In natali Innocentium ſimiliter. In natali S. Silueſtri ſimiliter. In octaua natalis Domini homilia de ipſo die. In Dominica prima poſt Natiuitatem Domini ponunt epiſtolas Pauli vſque in Septuageſimam. In Epiphania lectiones tres de Eſaia. Prima lectio incipit, [Omnes ſitientes.] Secunda, [Surge, illuminare Hieruſalem.] Tertia, [Gaudens gaudebo in Domino.] Deinde leguntur ſermones, vel homiliæ ad ipſum diem pertinentes.

A ¶Mandamus.] *Poſt hoc verbum in Decreto Gelaſij ſequitur continenter:* Item opuſcula beati Cypriani, &c. *Sed Burchardus, & Iuo, & Pannormia habent vt Gratianus. Ac certè in toto hoc capite tot modis diſcrepant collectiones ab originali, vt ſatis certò ſtatui non poſſit, quę vera, & pura ſit Gelaſij lectio: nec magnopere ſit mirandum, ſi nonnulla ſint, quæ difficultatem faciunt. Quamobrem, quæ auxilio codicum tutò emendari poterant, ea ſunt emendata: cæteris locis partim indicatæ varietates, partim, quoniam omnes indicare infinitum fuiſſet, labor hic ad libros adeundi accurato lectori eſt relictus.*

B ¶Item geſta.] *Hinc vſque ad fi. c. omnia abſunt à pleriſque vetuſtis Gratiani codicibus: quod etiam Archid. adnotauit. Sunt tamen eiuſdem Gelaſij vſq; ad verſ.* Cęterùm qui libri, *et apud Burchard. & Iuonem referuntur proximè poſt ſuperiora.*

C ¶Iuuenci.] *Antea legebatur,* Item Vincentij. *reſtituta eſt vera lectio ex Gelaſ. Burch. & Iuone. De quo Iuuenco meminit B. Hieronymus in catalogo.*

D ¶De ſancta Maria.] *in collectione Iſidori legitur,* & de Maria & obſtetrice. *Apud Burch.* & de Maria vel obſtetrice. *Apud Iuo. verò,* & de ſancta Maria, vel de obſtetrice Saluatoris.

E ¶Cęterùm.] *Hinc vſque ad fi. neq; in collectione Iſid. neq; in vllo veteri codice Gratiani eorum, quæ collata ſunt, inueniuntur. A verbo tamen,* in Septuageſima ponunt. *referuntur à Burchar. & Iuone ſine auctoris nomine, in Pannormia ex Gelaſio ipſo cum lxx. epiſcopis. Ferè autem omnia habentur ſparſim in lib. qui ordo Romanus nuncupatur.*

F ¶Pentateuchum.] *Apud Iuonem legitur.* Heptateuchum, *vt vltra quinq; libros comprehendat librum Ioſue, & Iudicum, qua voce, ac librorum coniunctione beatus Hieronym. ad Lucinium ſcribens vtitur. Alij verò Heptaticum appellant, vt ſanctus Greg. lib. 7. ind. 2. epiſt. 48. & lib. 10. epiſt. 22. & alibi, & Rabanus in præfatione in Hieremiam, & ordo Romanus, c. de Septuageſima.*

G ¶In Pſalmum 54.] *ſic etiam apud Iuonem. In ordine Romano, c. de officijs diuinis à cęna Domini vſque in octauas Pentecoſtes, & apud Burcar. legitur,* in Pſalmum. 63. *ideſt,* Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. *Itemque in c. de ordine in nocte Paraſceues.* Tres de tractatu ſancti Auguſtini de Pſalmo 63.

H ¶In octauis.

Postolorum.]Hæc dist.diuiditur in duas partes.secunda ibi, *Et soluta.*

Casvs. In hac 16.dist. ostendit Gratianus canones Apostolorum esse recipiendos. primò tñ ponit quandam cõtrarietatem de canonib.apostolorum: primò de non recipiendis, & postea de recipiendis, & eam soluit.

a ¶*Apostolorum.*]hic intitulatur 16.distin.in qua probat, q̃ canones apostolorum sunt recipiendi: postea ostẽdit quo tẽpore & quo residente in Papatu,vel Imperio quodlibet cõcilium est celebratum. Et notat q̃ Gratia.ponit quandam contrarietatem de canonibus Apostolorum, & eam non soluit. probat eñ auctoritate Isidori, q̃ canones apostolorum non sunt recipiendi, quia sunt apochryphi: postea probat auctoritate Zepherini & Leonis,quòd sunt recipiendi,& non sunt apocryphi.Scl.breuis est,quia illi canones sunt recipiendi, qui à veris Apostolis sunt editi:sed illi non,qui à pseudo apostolis sunt editi.s̃.prox. di.ver.item gesta.

Canones.]Casvs. Quærebatur ab Isidoro, an canones qui dicũtur Apostolorum, sint approbandi:& respondet quoniam ab hæreticis sub nomine Apostolorum sunt cõpositi,nec Rom. eccle. nec sancti Patres eos approbauerunt, quamuis in eis multa vtilia inueniantur, tamen apocryphi reputantur.

a Ad idem 3.q.9.pura. Archi.

b ¶*Canones.*] Sic construe : quamuis in eis canonib. qui canones dicuntur Apostolorũ.

† Quinimo libri illi non apocryphi, sed canonici sunt, q̃uis olim qdã ẽt catholici de illis dubitauerint. Cõc. Trid.sess.24. de can.scri.

c ¶*Utilia.*]Arg. q̃ vtile vitiat̃ p̃ iutile,[a]vt no. s̃.dis.9. si ad scripturas.

b Vel dic, q̃ ideo itinerariũ appellatur, quia ibi agitur de itinere.i. actione h° mundi.i.de nobis in hoc mundo remanentib.quid.s.facere debeamus. Io. de Fan.& Hug.

d ¶*Atque inter apocrypha.*]id est,sine certo auctore,† vt sapientia Salomonis: liber Iesu filij Sirach,qui dicitur ecclesiasticus: & liber Iudicum, & Thobiæ,& liber Machabęorum : hi apocryphi dicũtur,& tñ legunt: sed fortè non generaliter.

1 Iuo p. 4. c. 107. Pan. l.2. ca. 105. Polyc. l. 3. tit.20.

† al. præfixerunt] Orig.

S*Exaginta.*] Casvs. tria seq.c.plana sũt.

e C*Lementis.*] i.qui sub nomine Clementis compositus est ab hæreticis.

f ¶ *Itinerarium.*] qui actus Petri continet, quos per orbem itinerando peregit. [b]

g ¶*Exceptis.*]impropria videt̃ hęc exceptio: quia hoc excipitur à veris canonibus aut à falsis. non de falsis,quia nullus ex illis obseruatur.Item non de veris:quia nullus eorum est apocryphus. Vel dic, q̃ hoc nomen, canones, sumitur largè,tam pro veris,quam pro falsis canonibus,vt ponitur inf.32.dist.§.verùm.

h ¶*Orthodoxæ.*]id est, rectæ. orthos, rectum, doxa, gloria.Inde dicitur fides orthodoxa,id est, catholica recta, s.in qua rectè gloriamur. Ioan.de Fant.

i P*Lacuit.*] Ex his tribus capit.surgit cõtrarietas,quam Gratianus non soluit, nec ponit. sexta synodus dicit lxxxv. capitula canonum Apostolorum esse seruanda: Zepherinus lx.& Leo quinquaginta.Quidam [c] ita soluunt, q̃ sexta synodus fuit ante Zepherinum, & Zepherinus añ Leonem,& obseruabantur lxxxv. canones, prout dicit sexta synodus.sed postea in desuetudinẽ abierunt xxv.& remanserunt lx. vt dicit Zepherinus. procedente verò tpe decem ex illis perierũt,& sic remanserunt tm̃ qnquaginta,vt dicit Leo. Sed hæc solutio stare non põt: nã Zepherinus pręcessit vj.synodum. nam vj.synodus fuit celebrata tpe Agathonis,vt j̃.eadem distinctione,ca. 6. qui longo tpe fuit post Zepherinũ,vt ex chronicis apparet. Omissis alijs solutionibus, dic, q̃ non contradicunt sibi : quia dicebat synodus octuaginta quinq; fuisse capitula: Leo dicebat qnquaginta fuisse capitula:Zepherinus non dicit de capitulis, sed de sententijs: & potest esse, q̃ in vno capitulo sunt snię plures.

c Vt Goffr.

2 Iuo p.4.c. 105.Pann.l. 2.c.124.

† al.regulis orthodoxis] al.regulis orthodoxiæ.

3 Iuo p. 4. c. 106. Pan. l.2. c. 125.

4 Iuo p. 4. c. 107. Pan. l.2.c.225.

Isidvs. Casvs: Probat Isidorus in hoc c.canones Apostolorũ esse recipiendos trib.rationibus. Primò, quia plures eos receperunt. Secdò, qa sancti Patres eorũ snias cõfirmauerunt,& eas inter canonicas cõstitutiones posuerunt. Tertiò, quia positi sunt & inserti in Breuiario, in quo decreta diuersorum conciliorum posita sunt: quod factũ fuit à Clemente vsque ad Siluestrum. Quæ autem sequuntur,plana sunt.

k ¶*Præponim°.*] Arg. q̃ illi qui sunt maioris auctoritatis, debent habere priorem vocem in elect. 19. dist. in canonicis. [d] vñ licet

d Ad idẽ ff. de pact.maiorem. Arc

DISTINC. XVI.

1. ps A*Postolorum* [a] *verò canones, qui per Clementem Pontificem Romanum, sicut quidam asserunt, dicuntur esse translati,* A *sunt quinquaginta.*

A ¶Translati.] *in titulo qui præponitur canonib. Apostolorum in collectione Isidori, & in concilio Stephani Papæ iiij.(cuius magnam partem Deusdedit Cardinalis in sua canonum collectione refert) pro voce,* translati,*habetur,*prolati.*Dionysius certè Exiguus nullam huius versionis mentionem facit, & aliqui scriptores solent epistolas Clementis hoc modo citare,*ex dictis Petri Apostoli per Clementem prolàtis, *vt auctor Polycarpi,& alij.*

Hos non recipiendos, sed inter apocrypha deputatos Isidorus scribit dicens.

¶Apostolorum canones Apostolica reijciuntur auctoritate.

CAP. I.

C*Anones* [b] qui dicuntur Apostolorũ, seu quia eosdem nec sedes Apostolica recepit,nec sancti Patres illis assensum præbuerunt, pro eo q̃ ab hæreticis sub nomine Apostolorum compositi, dignoscũtur, quamuis in eis vtilia [c] inueniantur: tamen ab auctoritate canonica, atque Apostolica eorum gesta constat esse remota,atque inter apocrypha [d] deputata.

¶ *Caput hoc est in prefatione Isidori ad collectionem conciliorum, quæ ex bibliotheca ecclesiæ Toletanę descripta Romam missa est. Nam in illa, quæ vulgata Isidori collectioni, de qua initio dictum est,præponitur, contrarium potius videtur dici, & refertur* j̃.c.placuit. *hac ead. dist. si modo idem est Isidorus.*

Zepherinus autem econtra scribit episcopis per Siciliam constitutis, epist.1.

¶Apostolorum canones sunt recipiendi.

CAP. II.

1 S*Exaginta* B *sententias Apostoli præscripserũt* † *cũ alijs plurimis episcopis,& seruandas censuerunt.*

B ¶Sexaginta.] *Iuo etiam, & auctor Pannormiæ habent,* Sexaginta. *Itemque originale in margine. sed in textu,* Septuaginta. *Polycarpus,* Quinquaginta.

Item Leo C *Papa nonus contra epistolam Niceta abbatis.*

¶Exceptis quinquaginta capitulis, canones Apostolorum inter apocripha deputantur.

CAP. III.

2 C*Lementis* [e] *librum,idest* Petri Apostoli itinerarium, [f] & Apostolorum canones numerant Patres inter apocrypha,exceptis [g] quinquaginta capitulis, quæ decreuerunt orthodoxæ † [h] fidei adiungenda.

C ¶Item Leo.] *Hoc c.sumptum est ex responsione Humberti legati Leonis noni ad libellum Niceta presbyteri,& Monachi contra Latinos editum,quæ Romæ in Monasterio sanctæ Mariæ nouæ, & in multis priuatis bibliothecis extat manuscripta. Meritò autem potuit citari Leo ix. quòd eius auctoritate, & iussione Humbertus legatus sedis Apostolicæ eam scripserit.*

Item 6. synodus,c.2.

CAP. IIII.

3 P*Lacuit* [i] *huic sanctæ synodo,vt amodo confirmata & rata sint canonum Apostolorum lxxxv.capitula.*

Epistola D *Isidori in capite canonum.*

4 Isidorus E *seruus Christi lectori suo conseruo.* ¶*Propter eorum auctoritatem cæteris concilijs præponimus* [k] *canones,qui dicuntur Apostolorũ, licet à quibusdam apocryphi dicantur,quoniam plures eos recipiũt, & sancti Patres eorũ sententias synodali auctoritate roborauerunt,& inter canonicas posuerunt constitutiones.* *Item infrà.*¶Primò quidem ordo,vt prædictum est,de celebrando concilio insertus habetur : & postmodum canonũ Apostolorum, ac primorum apostolicorum (id est à sancto Clemente vsque ad Sanctum Siluestrum) decretorum,atq; diuersorum conciliorum breuiarium interpolatur sequens ordinem suum.

Ancyrana synodus fuerit prior Nicæna, tamen propter maiorem auctoritatem Nicæna præponitur, vt j.e.di.c. 6. ibi, *Prima adnotatio, &c.* arg. extra de re scri. ab excõmunicato.

S *Extam.*] sed dubitatur. CASVS. Probat Gratianus, ꝙ sexta synodus canones fecit, & hoc probat per seq. c.

a ¶ *Sextæ synodi.*] Falsa est litera, & debet ibi esse septimæ *a* synodi. qualiter enim dubitaret sexta synodus, de eo quod ipse fecerat.

† al. fideli.

a Tu dic, ꝙ in c. sextam synodum facit mentionem de sexta synodo cõgregata, quæ debet septima dici: sed ppter eos patres q in vtraque fuerunt, nõ mutat nomẽ, & ꝑ hoc patet ꝙ illa litera septimæ, &c. est falsa, & illa sextæ est vera, secundũ Io. de Fant. Arch.

† al. septima synodo, siue concilio] al. sexta synodo, siue in sexto concilio.

H *Abeo.*] CASVS. dicitur in hoc ca. ꝙ sexta synodus canones fecit, quæ congregata fuit sub Constantino Imperatore, reprobans perfidiam hæreticorum quorũdam dicentium, Christum fuisse tantùm operatum secundum opera humanitatis, vt comedere & ambulare: alia verò virtutis opera, vt resuscitare mortuos, & ambulare super aquas, phantastica fuerunt, & non vera. & hoc in 1.part. In 2. part. quæ incipit ibi, Et soluta. dicitur, quòd hæc sexta synodus fuit postea congregata sub Iustiniano filio Constantini: in qua iidem plures patres eosdem canones condiderunt, q primò fuerant conditi in eadem sexta synodo. In 3. parte quæ incipit ibi, *Eadem sancta.* repetit ferè ea, quæ dicta erant in secunda parte.

1 Iuo p. 4. c. 122.

¶ Casus §. planus est.

b ¶ *Voluntatem.*] quidam dicebant tantùm vnam fuisse voluntatem in Christo. " Sed dicendum est, ꝙ duæ fuerunt voluntates in eo ꝙ homo fuit, vna sensualitatis, secũdum quam ipse dixit: Pater si fieri potest, transeat à me, & c. alia rationis, secundum quam ipse dixit: verumtamen non sicut ego volo: sed sicut tu vis.

" Volũtates duę fuerunt in Christo.

c ¶ *Constantini.*] non illius magni Constantini, qui fuit tempore Siluestri: sub eo. n. fuit Nicænum concilium tempore Siluestri.

c ¶ *Constantini.*] contra Inst. de do. §. est & aliud. Insti. qui. non est per. fa. te. §. secus. vbi Iustinianus vocat patrem suum Iustinum. Sed loquitur hic de alio Iustiniano, sub quo sexta synodus celebrata fuit tempore Agathonis Papæ, vt j.e. ca. sexta. Sub Iustiniano autem, cuius leges leguntur, celebrata est quinta synodus, vt j.e. c. sexta.

3 Iuo p. 4. c. 121.

d ¶ *Sub Iustiniano.*] Sed certè nec sic cessat contrarietas: quia tam Leo quàm synodus loquitur de c. Tu distingue tempora, & cõcordabis scripturas. 2.q.1. multi.

e ¶ *Eadem.*] No. quòd eadem dicit synodus, quia iidem patres illic conuenerunt. simile 7. q. 1. deniq;. & ff. de iud. proponebatur. Et est hic argum. ꝙ eadem sit causa *b* appellationis, cum cã principali. 2.q. 6. si quis in quacunq;.

b Idẽ Spec. & Io. An. in ti. de iur. ca. §. sequitur. ver. quod de cã. & plenè per Cyn. & Sal. in l. inuitus. C. de proc. & per Alexan. de Imo. in l. ita demum. col. 3. e. tit.

2 ex actione quarta septimæ synodi.

2 ex actione quarta septimæ synodi.

a ¶ *Sextam.*] *Hoc habetur in secunda actione septimæ synodi in epistola Hadriani ad Tharasium. Sed eo in loco Hadrianus refert verba synodicæ epistolæ à Tharasio ad se missæ. Et hic Gratianus non refert propria eius epistolæ verba. In versione enim Anastasii bibliothecarij sic legitur*, Inuenimus autem in prædicta synodica epistola sanctitatis vestræ, post plenitudinem fidei, & confessionem sacri symboli, & omniũ sanctarum sex synodorum, & de sacris & venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione dignissimum contineri. Quare & easdem sanctas sex synodos suscipio cum omnibus regulis, quę iure, ac diuinitus ab ipsis promulgatæ sunt. *Et hæc quidem postrema verba sunt etiam in illa ipsa Tharasii epistola: quod ex concilio Græco, & noua interpretatione clarè apparet.*

Sed dubitatur de ea, an canones conscripserit: quod ex quarta actione sextæ b *synodi facilè absoluitur.*

b ¶ Sextæ.] *In secundo & xij. Vaticanis est*, sextæ, aliàs septimæ, *& verè septimæ est, sed ob glossam nihil est mutatum.*

Ait enim Petrus episcopus Nicomediæ.

¶ Sexta synodus canones conscripsit.

CAP. VI.

2 HAbeo c librum continẽtem canones sanctæ sextæ synodi. Patriarcha dixit.

¶ 3 Quidam scandalizantur per ignorantiam pro canonibus istis, dicentes, nunquid sexta synodus canones fecit? Sciant ergo, quoniam sancta synodus sexta sub Constantino congregata est contra eos, qui dicebant vnam operationem, & vnam voluntatem b esse in Christo: in qua sancti Patres illos, vt hæreticos anathematizauerunt, & orthodoxam fidem explanauerunt. 2

¶ Et soluta synodus est Constantini c xiij. anno. Post quatuor verò, aut quinque annos iidem sancti Patres congregati sunt sub Iustiniano d filio Constantini, & prędictos canones promulgauerunt: de quibus nullus dubitet. Qui enim sub Constantino in synodo fuerunt, iidem ipsi episcopi sub Iustiniano istis canonibus subscripseruut. Oportebat enim vt synodus vniuersalis canones ecclesiasticos promulgaret. *Item.* 4

¶ Sancta sexta synodus post promulgatam ab ea definitionem contra Monothelitas, Constantino Imperatore, qui eam congregauerat, non multò post defuncto, & Iustiniano eius filio regnante pro eo.

¶ Eadem e sancta synodus diuinitus inspirata, iterum Constantinopoli quarto, aut quinto anno congregata est, & canones numero cij. ad correctionem ecclesiæ promulgauit.

c ¶ Habeo librum.] *Verba sunt Petri episcopi Nicomedię, ac Tharasij patriarchæ Constantinopolitani actione quarta septimæ synodi: quod quidem ipsi de centum, ac duobus canonib. dixerunt, qui in Trullo tempore Iustiniani Rhinotmeti secundo anno suæ reuocationis ad Imperium, editi sunt. Verùm ex his ipsis verbis Tharasii apparet, eos canones non esse proprios sextæ synodi, quia fatetur post annos quatuor, aut quinque, quàm ea synodus fuerat absoluta, canones illos fuisse editos, quo tempore certissimum est neque eundem Romanum Pontificem, neque eosdem episcopos fuisse. Quanquàm in hac ratione temporis potius credendum est diligentissimis chronologis Theophani, (cuius etiam verba qua ad hunc locum pertinent ex originali Græco, quod in bibliotheca Vaticana extat, satis fiaeliter tralata leguntur apud Franciscum Turrianum libro de vi. & 7. & octaua synodo) & Anastasio, & Georgio Cedreno, quàm Tharasio. Illi enim non quatuor, aut quinque, vt Tharasius, sed viginti septem annos a fine sextæ synodi tẽpore Agathonis habitæ, vsque ad hanc huiusmodi Decretorum editionem aßerunt interceßißæ. Episcopos verò, qui hos ediderunt, noluißè ipsos edere tanquam canones sextæ synodi sed voluißse supplere, quod videbatur in quinta, ac sexta synodo deesse, ipsamet illorum ad Imperatorem allocutio teßatur. Itaq; noua dicenda est hęc episcoporum coitio, ideoque Græci illam, vt scribit Balsamon πενθέκτην, ideßt quintam sextam synodum appellant. Cęterùm non fuißæ omnes illos canones à Romana ecclesia receptos, duo viri rerum ecclesiasticarum peritißimi, Anastasius Bibliothecarius, & Humbertus Leonis ix. Legatus apertè teßantur. Humbertus quidem his verbis.* Non autem miror, si Agathoni Papæ, & sanctis Patribus sextæ synodi vestra imputetis deliramenta, & quæ aut corrupistis, aut finxistis capitula: cum & ipsi Domino Iesu, & Apostolis eius imputetis figmenta. Vnde nos scientes sextam synodum ad destruendam hæresim Græcorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis nouas constitutiones congregatum, capitula, quæ nobis sub eius auctoritate apponitis, omni no refutamus: quia prima & Apostolica sedes nec aliquando ea accepit, nec obseruat hactenus. *Anastasius verò in præfatione*

fatione in septimam synodum ad Ioannem viij. Romanum Pontificem ita scripsit: Ergo regulas,quas Græci in sexta synodo perhibent editas, ita in hac septima synodo principalis sedes admittit,vt nullatenus ex his illæ recipiantur,quę prioribus canonibus, vel decretis sanctorum sedis huius Pontificum,aut certè bonis moribus inueniuntur aduersæ: quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ. Sed nec in cęterarum Patriarchalium sedium,licet Græca vtantur lingua, repęriuntur archiuis:nimirum, quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut consentiens,aut saltem præsens inuenta est. Quanquam eosdem Patres illas Græci promulgasse perhibeant, qui in sexta synodo sunt inuenti: sed nullis certè probare possunt indicijs.

Ex his ergo colligitur, quòd sexta synodus bis congregata est,primò sub Constantino,& nullos canones constituit: secundò sub Iustiniano filio eius, & prefatos canones promulgauit.

a Iuo septimam vocat. 1 *Vnde sancti Patres in eadem synodo secundò congregati dixerunt.*

¶ Constitutiones synodi sextæ.

CAP. VII.

2 Iuo p.4.c. 123. In oratione allocutoria Patrum,qui i Trullo cōuenerāt, ad Iustinianū Imperatorem.

a *Quoniam sanctę.*] CASVS. Dicitur in hoc c. q̄ quinta, & sexta synodus non ita plenè canones fecerunt,sicut ceterę synodi,& ideo sancti patres eiusdem sextæ synodi conuenerunt apud Cōstantinopolim, vt canones conderent in eadē sexta synodo sub Iustiniano congregata, super quo iā primo fuerant congregati, & dicitur quinta primo cōgregata sub Iustiniano propter maiorem auctoritatem, quia in ea confirmati fuerunt canones facti sub Constantino,quæ etiam sexta fuit. Sequentia capitula plana sunt vsque ad c.quod dicitis.

3 ca.2.eius synodi.s.ea.c.placuit.

4 Iuo 4. 106. Iuo p. 4.cap. 114. Pann. l. 2.c. 119.

b *Sancta.*] viij. hæc concilia dicuntur, octo, quia octies sunt celebrata,vt hic dicuntur, quatuor, quia in quatuor locis celebrata, vt s. dist. prox. sicut.

† Aliàs, Trimegisti.

c *Sexta synodus. &c.*]

2 QVoniam A sanctæ,a & vniuersales synodi,quinta sub Iustiniano Augusto, sexta sub Constantino patre tuo Augusto de mysterio B fidei plenissimè disputantes, canones non fecerunt, sicut cęterę quatuor vniuersales synodi, propterea nos conuenientes in hanc Imperialem vrbem sacros canones conscripsimus. *Item.* ¶ 3 Placuit huic sanctæ synodo,vt amodo confirmata, & rata sint canonum Apostolorum lxxxv.c. *Item.* ¶ 4 Confirmamus c & cæteros sanctorum canones,& synodos,id est Nicænam, Ancyranam, Neocæsariensem, Gangrensem, Antiochenam, Laodicensem, Constātinopolitanam,Ephesinam primam, Chalcedonensem,Sardicensem, & Carthaginensem, D & opuscula Theophili Alexandrini episcopi,& Dionysij E Alexandrini episcopi,& Petri Alexandrini episcopi & martyris, Gregorij Thaumaturgi † Neocæsariensis episcopi, Athanasij episcopi Alexandrini,Basilij Cęsareę Cappadociæ episcopi, Gregorij Nyseni episcopi, Gregorij Theologi, Amphilochij Iconiensis episcopi,Timothei Alexādrini episcopi,Gennadij † Constantinopolitani episcopi, Cyrilli Alexandrini episcopi, Cypriani Carthaginensis episcopi,& synodum F suam.

† al.Germani.

A ¶Quoniam.] *Emendata sunt multa in hoc capite ex canone secundo eorum qui sextę synodo tribuuntur,in quo indicantur concilia,& auctores canonum, quibus Graci vtebantur. Sunt autem verba illius canonis apud Gratianum, & Iuonem in summam redacta.*

B ¶De mysterio.] *Græcè est,* τὸ περὶ τῆς πίστεως πατρικῶς διατρανώσαι μυστήριον, id est fidei mysterium paternę declarantes.

c ¶Confirmamus.] *Iuo habet,*confirmamus sanctorum patrum canones,& synodos,&c. *Græcè est,* ἐπισφραγιζόμεθα καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἱεροὺς κανόνας τοὺς ἀπὸ τῶν ἁγίων, καὶ μακαρίων πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας, τοὺς ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων, &c. ideſt, obsignando autem confirmamus, & cęteros oēs sacros canones, qui à sanctis, & beatis Patribus nostris sunt editi,ideſt abiis,qui Nicææ conuenerunt, &c.

D ¶Carthaginensem.] *Apud Iuonem sequitur*, Constantinopolitanam sub Nectario,& opuscula Theodosij,al. Theophili, &c. *Græcè autem est,* καὶ τῶν ἁγίων ἐν ταυτῇ τῇ θεοφυλάκτῳ, καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως προέδρου, καὶ Θεοφίλου τοῦ γενομένου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου. *ideſt,* & eorum, qui rursus in hac à Deo custodita,& imperiali vrbe conuenerunt sub Nectario imperialis huius ciuitatis prędside, & Theophilo, qui Alexandriæ fuit archiepiscopus.

E ¶Et Dionysij.] *In canone Gręco vulgato ferè est,quemadmodum antea apud Gratianum,* Dionysij Alexandrini episcopi, & martyris. *Sed apud Balsamonem, & Iuonem legitur, quemadmodum restitutum est*, Dionysij archiepiscopi Alexandrinorum megalopolis,& Petri Alexandriæ archiepiscopi, & martyris. *Reliquas varietates per se accuratus lector notabit.*

F ¶Et synodum.] *In isto canonis loco est error: quia illa synodus Cypriani probatur,in qua ipse cum multis aliis Africę episcopis putauit baptizatos ab hęreticis verum baptisma non recepisse:cum tamen B. Augustinus asserat aliam extitisse traditionem Apostolorum, & ipsam Cypriani sententiam plenario totius orbis concilio exclusam fuisse testetur.*

Item ex diurno G *libro professio Romani Pontificis.*

¶Auctoritate Romani pontificis sancta octo concilia roborantur.

CAP. VIII.

5 Iuo p. 4. c. 132. Pan. l. 2. c. 103.

5 SAncta b octo vniuersalia concilia, id est, primū Nicænum,secundum Constantinopolitanum, tertium Ephesinum,quartum Chalcedonense,item V. Constantinopolitanum, & VI. Item Nicænum VII. Octauum quoque Constantinopolitanum vsque ad vnum apicem immutilata seruare,& pari honore,& veneratione digna habere, & quæ prædicauerunt & statuerunt modis † omnibus sequi & prædicare,quæque condemnauerunt, ore & corde condemnare profiteor.

† al. omnimodis.] Iuo.

G ¶Item ex diurno.] *Integram professionem fidei, quando quis in Romanum Pontificem promouebatur, refert Deusdedit Cardinalis in collectione canonum, quę seruatur in bibliotheca Vaticana.*

Quo autem tempore sexta synodus,& prima, secunda,tertia,quarta,& quinta congregatę sint, Bed. in lib.de temporib. cap.65.scripsit dicens.

¶De temporibus conciliorum.

CAP. IX.

6 Iuo p.4.c. 125.Pann.l. 2.c.113.

6 SExta synodus c vniuersalis Constantinopoli celebrata est,& græco sermone conscripta temporibus Papæ Agathonis,exequente,ac residente pijssimo principe Constantino intra palatium suum, simulq; legatis Apostolicæ sedis, & episcopis cl. residentibus. ¶Prima enim vniuersalis synodus in Nicæa congregata est contra Arium cccxviij. Patrum, temporibus Iulij H Papæ sub Constantino principe. ¶Secunda in Constantinopoli cl. Patrū contra Macedonium, & Eudoxium temporib. Damasij Papæ, & Gratiani principis,quando Nectarius eidem vrbi est ordinatus episcopus. ¶Tertia in Epheso ducentorum Patrum contra Nestorium Augustæ vrbis episcopum sub Theodosio magno principe,& Papa Cęlestino. ¶Quarta in Chalcedone DCXXX. Patrū sub Leone Papa. temporibus. Martiani principis contra Eutychem nefandissimorum præsulem monachorū.

7 Pann.l.2. c.113.

¶ 7 Quinta item Constantinopoli temporib. Vigilij Papæ sub Iustiniano principe contra Theodorum & omnes hæreticos.

H ¶Iulij.] *Certum est synodum Nicenam primam celebratam esse tempore Siluestri. Sed in illa temporum obscuritate mirandum non est Bedam,& alios errasse.*

CAP. X.

8 Anſ. in ꝓ legom. in pricipio collectionis cōciliorum.

8 PRima I autem synodus in Nicena cccxviij. Patrum contra Arium Alexandrinum presbyterum, qui tres gradus in Trinitate asserebat,

patrem ſcilicet maiorem, filium minorem, Spiritum ſanctum creaturam temporibus Conſtantini principis, & Silueſtri Papæ Romani, Macharij Hieroſolymitani, Alexandri k Alexandrini, qui condemnata eadem hæreſi ſtatuerunt canones viginti: quorum auctor maximè præfatus † Alexander epiſcopus fuit.

† Sanctus Alexãder] Orig.

¶Secunda in Conſtantinopoli contra Macedonium, Conſtantinopolitanum epiſcopum, qui negabat Spiritum ſanctum Deum eſſe, temporibus Gratiani, & Theodoſij principum, Damaſi Papæ Romani, Cyrilli Hieroſolymitani, Nectarij l † Conſtantinopolitani, qui condemnata præfata hæreſi ſtatuerunt canones tres: quorum maximè auctor Nectarius Conſtantinopolitanus fuit. ¶Tertia in Epheſo ducentorum Patrum contra Neſtorium Conſtantinopolitanum epiſcopum, qui dicebat beatam Virginem Mariam non Dei, ſed hominis tantummodo genitricem, vt aliam perſonam carnis, aliam faceret deitatis, temporibus Theodoſij principis † iunioris, Cæleſtini Papę Romani, Iuuenalis Cõſtantinopolitani epiſcopi, Cyrilli epiſcopi Alexandrini: qui duodecim † capitula contra Neſtorij blaſphemiarum totidem capitula, auctore eodem ſancto Cyrillo anathematizando conſcripſerunt. ¶Quarta in Chalcedone ſexcentorum triginta Patrum, contra Eutychem Conſtantinopolitanum abbatem, qui aſſerebat Chriſtum poſt humanam aſſumptionem nõ ex duabus naturis exiſtere, ſed ſolam in eo diuinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis Papę Romani, Iuuenalis Hieroſolymitani, Anatolij Conſtantinopolitani, qui condemnata prę ſcripta hæreſi ſtatuerũt canones vigintiſeptem, quorum auctor maximè idem ſanctus Anatolius Conſtantinopolitanus epiſcopus fuit. ¶Quinta in Conſtantinopoli contra Theodorum Mopſueſtenum, & omnes hæreticos, qui Theodorus dicebat aliud † eſſe Dei verbum, & aliud Chriſtum, & ſacram Virginem Mariam negabat Dei genitricem fuiſſe, temporibus Iuſtiniani principis, Vigilij Papæ Romani Domnini † Antiocheni, Eutychij Conſtantinopolitani; qui quatuordecim capitula anathematizando ſcripſerunt contra Theodori, & ſociorum eius blaſphemias. ¶ Sexta in Conſtantinopoli c l. Patrum contra Macharium Antiochenum epiſcopum, & ſocios eius. qui vnam voluntatem, & operationem in Chriſto falſa ſuſpicione † aſſerebãt, temporib. Conſtantini principis, Agathonis Papæ Romani, Georgij Conſtantinopolitani: qui condemnata hæreſi præfata, anathematizando ſcripſerunt nouem m capitula inferius annexa.

† magni principis] Orig.

† Aliàs, xv.

† al. alium Deum eſſe verbum, & alium Chriſtum.

† al. Domni.

† aliàs, opinione.

1 ¶Prima.] *Caput hoc inuenitur & in recentioribus editionibus conciliorum, & in vetuſtiore Colonienſi An. MDXXX. & in manuſcripta collectione, quam dictum eſt aſſeruari in bibliotheca Vaticana: ſed non in collectione, quæ eſt in bibliotheca monaſterij Dominicanorum. Ponitur autem ante præfationem, quæ nomen Iſidori, mercatoris, quidem in manuſcriptis, peccatoris autem in impreſſis præfert. Et ſanè in illa præfatione tantùm quatuor generalium synodorum mentio fit, ſexta verò poſt Iſidori Hiſpalenſis ætatem eſt habita.*

k ¶Alexandri.] *Apud Anſelmũ eſt vt apud Gratianum. In originali*, Alexandri Conſtantinopolitani. *Sed integra videtur lectio, ſi vtraque coniungatur. Nam & epiſcopus Conſtantinopolis, & epiſcopus Alexandrię, tempore illius synodi, Alexandri nomine vocabantur.*

l ¶Nectarij.] *Antea legebatur quemadmodum etiam apud Anſelmum*, Nectarij Alexandrini. *Emendatum eſt ex originali. Sed fortaſſe & hoc loco integra lectio hęc eſt*, Nectarij Conſtantinopolitani, & Timothei Alexandrini.

m ¶Nouem.] *In loco citato ex collectione Iſidori legitur*, ſcripſerunt octo capitula, *& verba illa*, inferius annexa, *ibi non habentur. In concilijs deinde Colonię impreſſis poſt actionem ſextę synodi ex vetuſto codice monaſterij S. Bauonis reperiuntur nouem capitula, & ante primum capitulum ſunt hę verba*, ſcripſerunt nouem capitula inferius annexa, *quę apud Anſelmum quoque habentur.*

CAP. XI.

1 PRima a adnotatio Ancyranę ſynodi, quę ante Nicænam fertur fuiſſe, ſed propter auctoritatem maiorem [a] poſtponitur; in qua Patres 18. ſtatuerũt canones xxiiij. † quorum auctor maximè Vitalis Antiochenus epiſcopus extitit. ¶Secunda Neocæſarienſis, quæ poſt Ancyranam, & ante Nicænam b legitur fuiſſe, in qua patres ſexdecim ſtatuerũt canones xiiij. † quorũ auctor maximè Vitalis epiſcopus Salaminius † extitit. ¶Tertia Gangrenſis, quæ poſt Nicænam legitur fuiſſe, in qua patres xvj. ſtatuerunt canones xx. propter quaſdam neceſſitates eccleſiaſticas: maximè contra Euſtathium, qui dicebat, quòd nullus in coniugali ordine poſitus, nec vllus fidelis, qui non omnibus renuntiaret, quæ poſſideret, ſpem apud Dominum haberet; & multa alia veneno ſa, quæ enumerare longum eſt. ¶Quarta Sardicenſis, in qua patres ſexaginta c ſtatuerũt canones xxj. quorum auctor maximè Oſius Cordubenſis epiſcopus, & Vincentius Capuanus epiſcopus, & Ianuarius d Beneuentanus, & Calepodius Neapolitanus ſanctæ Romanæ eccleſiæ legati extiterunt. ¶Quinta Antiochena, in qua Patres xxix. † ſtatuerunt canones xxv. quorum maximè auctor Euſebius Palęſtinenſis epiſcopus extitit. ¶Sexta Laodicenſis, in qua Patres xxxij. ſtatuerunt canones lix. quorum auctor maximè Theodoſius epiſcopus extitit. ¶Septima Carthaginenſis, in qua patres ccxvij. † ſtatuerunt canones xxxiij. quorum auctor maximè Aurelius Carthaginenſis epiſcopus extitit. Etiam S. Auguſtinus Hyponenſis epiſcopus in eadem ſynodo legitur fuiſſe, temporib. Honorij Auguſti. ¶Octaua Africana ſub Theodoſio minore Auguſto: ĩ qua Patres ccvij. † recitauerũt, & firmauerunt canones cv. q p diuerſa concilia Africanę prouincię tporib. Aurelij Carthaginenſis epi leguntur eſſe conſcripti. ¶Nona Arelatenſis, in qua patres cc. † ſtatuerunt canones quatuor: quorum auctores maximè Silueſter vrbis Romę epus, & S. Marinus Arelatenſis epus extiterũt, tporib. Conſtantini Auguſti, ſicut quidam aſſerunt. ¶Decima itẽ Arelatẽſis, in qua Patres xix. † ſtatuerũt canones: quorũ auctor maximè S. Cęſarius Arelatenſis epus extitit. ¶Vndecima itẽ Arelatenſis, ĩ qua Patres xvi. † ſtatuerunt canones. ¶Duodecima item Arelatẽſis in Vico Hortẽſii, † in qua patres xi. ſtatuerunt canones: quorum maximè auctor S. Cæſarius Arelatenſis epus extitit. ¶Tertiadecima item Arelatenſis, in qua Patres xix. ſtatuerũt canones: quorum auctor maximè Sarpidius † Arelatenſis epus extitit. ¶Quartadecima Arauſicẽſis, in qua patres xvi. † ſtatuerũt canones: quorũ auctor maximè Hilarius epus extitit. ¶Quintadecima Epaunenſis, f in qua patres xxvi. ſtatuerunt cauones xxxix. † quorũ auctor maximè Cęſarius epus extitit. ¶Sextadecima Agathẽſis, in qua patres xxix. † ſtatuerũt canones: quorũ auctor maximè Cęſarius epus extitit. ¶ Septimadecima g

Aurelia-

[a] *Prima adnotatio.* ¶ *Maiorem.*] arg. quòd nõ qui prior eſt tempore potior eſt iure: ſed melior præferẽdus eſt: *a* quia non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio cõ probatur: vt 23. q. 4. ſicut. & 40. diſt. non loca. & cap. multi. in fin. Auth. de monachis. §. ordinatione. honeſtiorib. enim honores debentur. arg. ĩ. 25. diſt. c. 1. in fi. & ff. de mu. & hon. honores. Arg. contra. C. de offi. mag. officiorum. nemo agentiũ. & 41. diſt. miramur. & arg. contra. 65. diſt. capen. & vlt. vbi de hoc ĩ fin. & not. de hoc 67. diſt. epiſcopus. Arch.

1 Deus dedit Cardinalis Anſelmus in proleg. Ante eandem Iſidori collectionem. † In Græco vulgato, & apud Balſamonẽ ſunt 25. † Ibid. ſunt 15. † al. zelamitanus.

a De hoc ẽt no. ĩ. 74. diſt. eporũ. & facit ad hoc qđ dixi ſ. eod. qm. verſ. ſexta. ibi videas Archid.

† al. 30.

† al. 218.

† aliàs, 229.

† abeſt numerus à collectione ẽt Vaticana.

† aliàs, 18.

† aliàs, 18. † al. Hortẽſico.

† al. Saparidus] al. Sapidius.

† al. 26.

† aliàs, 9.

† al. 34.

Aurelianenſis, in qua patres lxxij. ſtatuerunt canones: quorum auctor maximè Aurelius † Arelatenſis epiſcopus extitit, temporibus Clodouei Regis.

¶ Octauadecima item Aurelianenſis, in qua patres xxxi. ſtatuerũt canones. quorum auctor maximè Melanius Rhedonenſis epiſcopus extitit. ¶ 1 Nonadecima item Aurelianenſis, in qua patres xxx. ſtatuerunt canones: quorũ auctor maximè S. Albinus Andegauenſis epiſcopus extitit. ¶ Vigeſima Aruernenſis, in qua patres xv. ſtatuerunt canones: quorum auctor maximè Honoratus Breutenſis † Epiſcopus extitit. ¶ 2 Vigeſimaprima Maticenſis, † in qua patres xxi. ſtatuerũt canones: quorum auctor maximè Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit. ¶ Vigeſimaſecũda item Maticenſis, in qua patres lxxxvi. † ſtatuerũt canones: quorum auctor maximè idem Priſcus Lugdunẽſis epiſcopus extitit. ¶ Vigeſimatertia Lugdunenſis, in qua patres xviij. ſtatuerunt canones: quorum auctor maximè Philippus Viennẽſis epiſcopus extitit. ¶ Vigeſimaquarta item Lugdunenſis, in qua patres xx. conſtituerũt canones: quorum auctor maximè idem Priſcus Lugdunen. epiſcopus extitit.

† Aliàs, Aurelianus.

1 Hactenus in collectione Iſidori impreſſa.

† al. Briuatenſis] al. Bituricenſis.
† al. Matiſcenſis.
2 Hactenus in collectione Vaticana.
† Aliàs, 76.

A ¶ Prima.] *Maior pars huius capitis, ideſt vſque ad fi. verſiculi,* Nonadecima, *habetur in collectione Iſidori impreſſa, ante prefationem ipſius Iſidori: In Vaticana autem vſqae ad finem verſ.* Vigeſimaprima. *Deus dedit, & Anſelmus integrum ante ſuas collectiones habent. Neque verò ſummula hęc eiuſdem Iſidori eſſe poteſt: nam neque prefationi ipſius, neque collectioni reſpondet, in qua vt cętera mittantur varietates, multa referuntur concilia Hiſpanię, quorum hic nulla mentio.*

B ¶ Ante Nicænam.] *Sic eſt emendatum ex Anſelmo, & Deus dedit, & Vaticana collectione. Nam ante legebatur.* Antiochenam. *In collectione autem Iſidori impreſſa legitur quidem,* Nicænam. *ſed deeſt vox,* ante. *Sic autem legendum eſſe, quemadmodum eſt emendatum, oſtendunt verba, quæ ipſum Neocęſarienſe concilium antecedunt,* οἱ τίνες δεύτεροι μὲν εἰσι τῶν ἐν ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ προγενέστεροι, *id eſt* qui canones poſteriores quidem Ancyranis, anteriores autem Nicænis ſunt, *quo loco in collectione Iſidori impreſſa menaosè eſt,* Et hic qui dem canones ſecundi ſunt eorum, qui in Ancyra, & Cæſarea expoſiti ſunt. *redundat enim illud, & Cæſarea, quare in recentioribus editionibus conciliorum omiſſum eſt. Similis error eſt in codice canonum Moguntino.*

C ¶ Sexaginta.] *In codice canonum lx. epiſcopi reperiuntur ſubſcripſiſſe: ſed poſtea additur,* & cæteri, & ſubſcripſerunt omnes epiſcopi diuerſarum prouinciarum, vel ciuitatum, nu. 121. *Socrates lib. 2. c. 16. in eo concilio ex occidentis partib. epiſcopos circiter ccc. conueniſſe, dicit, ex orientis verò lxxvi. qui etiam ſucceſſionem fecerunt. Idem Nicephorus lib. 9. c. 12. & Tripertita. Theodoritus autem lib. 2. c. 7. docet ex antiquis narrationibus, epiſcopos ccl. conueniſſe. Omnino & in his, & Patrum, & canonum numeris multa ſunt emendata. Sed in multis etiam ſatis viſum eſt indicare varietates: nonnulla autem lectoris diligentię ſunt reſeruata.*

D ¶ Et Ianuarius.] *Anſelmus habet vt Gratianus. In collectione indicata eſt,* & Vincentius Capuanus epiſcopus, & S. R. E. Legatus extiterũt. *In concilio ipſo c. 18. nominatur Ianuarius epiſcopus. In ſubſcriptione verò in codice canonum, non nominatur, ſed tantùm Vincentius Capuanus* S. R. E. *Legatus, & Calipodius Depolitanus legatus* S. R. E.

E ¶ Septima.] *hic numeratur tantummodo vnica ſynodus Carthaginenſis, quę habetur in codice canonum, de qua inferius xx. diſt. c. de libellis. dicetur.*

F ¶ E Paunenſis.] *Ita emendatum eſt ex aliquot manuſcriptis, & collectione Iſidori Vaticana. Nam ante legebatur,* Empanenſis. *Verumtamen in concilio Epauncnſi impreſſo nullus Cęſarius nominatur: ſed Auiti primùm eſt mentio.*

G ¶ Septimadecima.] *Hic numerantur tria concilia Aurelianenſia, quorum hoc in concilys impreſſis indicia inueniuntur. In quinto Aurelianenſi, ſubſcribit primo loco Aurelius Arelatenſis. In primo inter alios legitur nomen Melanij Rhedonenſis. In tertio ſubſcribit quarto loco Albinus epiſcopus Andegauenſis.*

Sed quòd Nycęna ſynodus xx. canones ſupra ſtatuiſſe dicitur, contrarium videtur ei, quod in epiſtola Athanaſij inuenitur. 3 *ſcribit enim Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus Marco Papæ ita dicens.*

3 In epiſtola Athanaſij, & vniuerſorum Aegypti eporũ ad Marcum Papam ſed copioſius quàm hic.

¶ Epiſtola Athanaſij poſtulantis capitula Nicæni concilij.

CAP. XII.

4 SEptuaginta A [a] Nicæni concilij capitula, quæ de præfata ſynodo, iubente domino meo Alexandro, decreto omnium epiſcoporum attuli, quæ ſunt igne combuſta, optamus, vt à veſtræ ſanctæ ſedis auctoritate percipere per prę-ſentes legatos mereamur. *Itẽ.* ¶ Præſentibus nobis octoginta † capitula in memorata ſynodo tractata ſunt; quadraginta à Græcis, græca edita lingua, & quadraginta à latinis ſimiliter latina edita lingua. Sed viſum eſt cccxviij. epiſcopis † Spiritu ſancto repletis, & maximè iam dicto Alexandro, & Apoſtolicæ ſedis Apocryſarijs, vt decem capitula adunarentur alijs, atque congruis locis inſererentur, & ad formam ſeptuaginta diſcipulorum, vel totius orbis terræ linguarum, ſeptuaginta tanti, & tam excellentis concilij fierent capitula; quæ omnem Chriſtianorum informarent orbem.

a *Septuaginta.*] Sed contra. 21. diſt. in nouo. 68. diſt. cor epiſcopi. ibi enim dicitur, quòd diſcipuli fuerunt lxxij. ſecundum Hug. dic, ꝙ minor numerus non excludit maiorem. arg. 10. q. 1. hanc. ſic not. ẽ. 15. diſt. ca. 1. ver. harum.

4 Iuo p. 4. c. 108. Pan. l. 2. ca. 196. Anſil. 1. ca. 59. Polyc. l. 3. titu. 20. Ibid. paulò ſuperius.

† Aliàs, 70. & paulò poſt ꝑ 40. 30.
† patribus] Orig.

A ¶ Septuaginta.] *Ex his Athanaſii verbis conſtat, non omnes Nicænæ ſynodi canones aut grece, aut latine nunc haberi. Et Iulius Papa ad orientales, & Innocentius Victricio, & alij multos ex illa canones citant, qui non ſunt in his viginti, qui in manibus omnium verſantur. De qua reſcribit Iſidorus in prefatione conciliorum tomis inſerta. Et ex epiſtola quadam Gregorij decimi ad Regem Armeniorum, cum concilium Lugdunenſe indixiſſet (quam manuſcriptam habet Cardinalis Sirletus) intelligitur integrum Nicęnum concilium in lingua Armeniorum eo tempore extitiſſe. Sic enim ſcribit:* Quia verò multipliciter expedit, vt in eiuſdem celebratione concilij, antiquorum conciliorum copiam habeamus, celſitudinem regiam rogamus, & hortamur attentè, quatenus integrum Nicænum concilium, & alia concilia, quæ habere diceris in Armenica litera, cum aliquibus peritis interpretibus, nobis cum ea, qua poteris, celeritate tranſmittas. *Tuneti quoque, & Alexandria inuenti ſunt lxxx. canones Arabice ſcripti ſub nomine huius concilij, qui Romæ in Arabica, & Armenia lingua ſcripti penes eundem Cardinalem Sirletum ſunt, & nuper etiã in latinam linguam conuerſi ſunt, & impreſſi.*

Quomodo ergo viginti tantùm capitula in Nicęna ſynodo ſtatuta dicuntur, cum ſeptuaginta capitula (vt Athanaſius ſcribit) in ea ſtatuta monſtrentur? ¶ *His ita reſpondetur; Capitulorum Nicænæ ſynodi quædam in deſuetudinem abierũt: viginti tantùm in Romana eccleſia habentur.*

Vnde Stephanus Papa ſcribit dicens Luythobio Epiſcopo Moguntino.

¶ Niceni concilij viginti tantùm capitula habentur.

CAP. XIII.

5 VIginti [b] tantùm capitula Nicænæ ſynodi in ſãcta Romana eccleſia habentur, ſed quo neglectu alia defecerint, ambiguum eſt. Plurimi arbitrantur ea Antiocheno concilio eſſe inſerta.

b ¶ *Viginti.*] A Sardicenſi.

5 Iuo p. 4. c. 232. Pan. l. 2. c. 107.

¶ *Apud Iuonem parte 4. c. 232. habetur magis integrum hoc caput,* Capitula Niceni concilij teſtimonio Athanaſij ſeptuaginta in figuram ſeptuaginta diſcipulorum ſcripta non dubitamus, è quibus viginti tantùm in eccleſia ſancta Romana, & quæ ſequuntur.

Sardicenſe quoque concilium auctoritate Nicolai Papę recipitur.

6 *Vnde idem ſcribit Clero* † *Conſtantinopolitano.*

¶ Auctoritate Apoſtolica Sardicenſe concilium recipitur.

6 Hĩ epiſt. 6. q̃ prima ad Photiũ eſt.
† al. electo

Quod dicitis.] CASVS. Clerici Constantinopolitani dicebant se non habere statuta concilij Sardicẽsis, vel sanctorũ Patrum, nec recipere, sed Papa redarguit eos dicens, non esse facilè credendum eos non habere statuta illa, cum publicè penes eos facta fuerunt, & cum tota ecclesia ea recipiat, Constantinopolitana ea recipere debet.

1 Iuo p. 4. c.135. Pan. l.2. ca.117. vers. quod dicitis.]

a ¶*Regionibus.*] hic est duplex arg. vnum tale, ex quo omnes alij hoc faciunt, ergo & tu obseruabis hoc, vt no. ſ. 12. distin. illud. & ca. quemadmodum. item arg. "quòd nulli licet ignorare ea, quæ publicè facta sunt. 12. q. 2. qui & humanis. 8. q. 1. licet. 11. q. 3. curæ. 20. dist. si decreta. 87. dist. c. vlt. 33. q. 1. paratus. ff. de insti. act. sed & si. §. proscribere. C. de liber. cau. si filia. ext. de post. præla. ad hanc. *a* arg. contra. 82. distin. proposuisti. & 1. q. 1. si qui à simoniacis. & 24. q. 1. si quis dederit. primũ regulare, secũdum casuale propter casum ignorantis. ext. qui ma. ac c. pos cum in tua.

" Facta publica debẽt ab omnib. scīri.

† *al. cõuenerat.*

2 Ibi d hoc & extra de constit. cognoscẽtes. in glo. vlt. Arch.

Generalia.] Hæc dist. diuiditur ī tres partes. In quarum prima magister intendit probare, quòd nullum robur habet concilium generale sine licentia Papæ celebratum. Secunda ibi, *Quapropter.* Tertia ibi, *Hinc etiam.* CASVS. Supra dist. 15. c. 1. & 16. ca. sexta. ostensum est quo tempore generalia concilia celebrata fuerunt, & quorum auctoritas cæteris præeminebat est similiter ostensum. In hac verò. 17. distin. ostendit, quòd tantùm auctoritate sedis Apostolicæ possint congregari, & hoc probat per cap. seq.

2 Anſ. l.2. c.60. Iuo p. 4. c.240. Poly. l. 1. c. al. tit. 13.

b ¶*Generalia quoque concilia.*] In hac distin. ostenditur qui possunt facere concilia. Sunt autem conciliorũ quędam vniuersalia, quædam particularia siue prouincialia, quædam episcopalia. Vniuersale est quod à Papa, vel eius legato cum omnib. episcopis statuitur: *b* particulare, siue prouinciale est, quod metropolitanus, vel primas facit cum suffraganeis suis, vt 18. dist. c. 1. 92. dist. si quis episcopus. Sed vniuersale non dẽt fieri sine auctoritate Papę, vt hic, nec particulare sine auctoritate metropolitani, vel primatis, nec ep̃ale sine auctoritate ep̃i, metropolitanus tamen pōt facere conciliũ sine auctoritate primatis, vt 92. dist. si quis ep̃us. similiter ep̃us sine auctoritate metropolitani, vt 38. dist. qn̄. & 12. q. 2. placuit. Nec obst. quod legitur j̄. dist. prox. c. propter. in fi. & c. pe. quia illud est intelligendum de prouincialib. concilijs, vel intellige illud de canonibus constituendis. Ioan.

b Vniuersale. n. concilĩ sine auctoritate Papæ, vel eius legati celebrari n̄ pōt. j̄. ca. 1. & 2. ſ. dist. 3. §. porrò. Arch.

Synodum.] CASVS. Maxentius episcopus volebat generalem synodum ad condendũ canones congregare: sed Marcellus dicit, quòd non potest sine licentia Papę: quamuis possit particularem synodum facere.

c ¶*Synodum.*] ſ. generalem.

ADDITIO. Vel etiam prouincialem ad aliquid generaliter statuendum Archidiac.

CAP. XIIII.

1 QVod dicitis neq; Sardicense concilium, neq; decreta † alia vos habere sanctorum Pontificum, non facile nobis facultas credendi tribuitur, maximè cum Sardicense concilium, quod penes vos in vestris regionib. [a] actum est, & omnis ecclesia recipit, quaratione conuenerit, † vt hoc sancta Constantinopolitana ecclesia abijceret, & vt dignũ est, non retineret?

1 Iuo p. 4. c.135. Pan. l.2. ca.117. vers. quod dicitis.]

† *decreta lia vos.*

DISTINC. XVII.

1. ps *Generalia* [b] *concilia quorum tempore celebrata sint, vel quorum auctoritas cęteris prę̨emineat, sanctorum auctoritatibus supra monstratum est. Auctoritas verò congregandorum conciliorum penes Apostolicam sedem est.*

Vnde Marcellus Papa scribit Maxentio. [B]

B ¶Maxentio.] *Antea legebatur*, Maxentio episcopo. *In tomis autẽ conciliorum in epistolę inscriptione est*, ad Maxentium tyrannum; *sed in principio epistolę ipsius est*, Marcellus Maxentio, *quę lectio visa est retinenda.*

¶Absque Romani Pontificis auctoritate synodus congregari non debet.

CAP. I.

2 SYnodum [c] episcoporum absque huius sanctæ sedis auctoritate (quanquam quosdam episcopos positis cõgregare [d]) non potestis regulariter facere. Neq; [A] vllum episcopum, qui hãc appellauerit Apostolicam sedem, damnare: antequam hinc sententia definitiua procedat. Nam si seculares in publicis iudicijs libellis vtuntur appellatorijs, quanto magis sacerdotib. hæc eadem agere licet, qui super illos sunt? De quib. dictum est [Ego dixi, Dij estis.]

A ¶Neq; vllum episcopum.] *hinc vsque ad finem non habentur in aliquot manuscriptis Gratiani exemplaribus.*

Item Iulius Papa primus in rescripto contra orientales pro Athanasio cap. xxix.

¶Non est ratum concilium, quod auctoritate Romanæ ecclesię fultum non fuerit.

CAP. II.

3 REgula vestra nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc concilium actum est, nec Romanæ ecclesiæ Legatus † [e] interfuit: canonibus præcipientibus sine eius auctoritate concilia fieri non debere. Nec vllum ratum est, [f] aut erit vnquam concilium, quod non fultum fuerit eius auctoritate.

3 Anſ. l.2. c. 47. Poly. l. 1. c. 13.

† *al. legatio.*

Item Damasus Papa I. ad Stephanum, epist. 3.

¶Nullus vsurpet concessa Romanę ecclesiæ.

CAP. III.

4 HVic soli † sedi concessa [g] nullus vsurpare sine eius consultu præsumat, qui non vult honore ecclesiastico indignus, vt contemptor, iudicari.

Pſal. 81.

Item Gregorius. † [B]

¶Absque Apostolicæ sedis auctoritate synodum particularem contra vniuersalem aliquibus congregare non licet.

CAP. IIII.

5 NEc licuit alicui aliquando, nec licebit particularem [h] synodum congregare: sed quoties aliqua de vniuersali synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam [i] de eo, quod non incens, qđ si aliqua dubitatio emerserit de statutis in eodẽ concilio, mittere dẽbant ad sedẽ Apostolicam. Si verò fuerint cõtumaces, ab ecclesia sunt coërcendi, & si per ecclesiam non possunt, per secularem debent comprimi potestatem.

5 Iuo p. 4. c.239. Anſ. l.12. ca. 43. Polyc. l. 1. c.14.

h ¶*Particularem.*] Ad aliquid gn̄aliter statuẽdum, *c* vel ad reuocandũ illud, qđ in vniuersalib. concilijs est statutũ, vt isti ep̃i, qui volebant retractare statuta Constantinopolitanæ synodi. vī hic, ꝙ ad solum Papā spectat interpretari statuta vniuersalis concilij, vt ext. de concef. p̄b. & eccl. non vac. dilectus. Arg. cõtra, " ꝙ ab omnib. ep̃is, vel à saniori parte eorũ qui interfuerunt, potest fieri interpretatio: quia ab eo iudice prodire debet interpretatio, qui ius statuit. extra de senten. excom. inter. de iudic. cum venisset.

c Vel dic ꝙ particularem dicit pp illos, q partem faciunt, ſ. hæreticos, qb. nullo modo licet cõcilium celebrare, secũdùm Laur. " Statuta vniuersalis cõcilij per quem p̄nt interp̄tari.

i ¶*Ad recipiendam.*] Eo ipso ꝙ quis errat, non dī hæreticus, si paratus

d ¶*Congregare.*] Cum conueniũt episcopi ad examinandam causam criminalẽ alicuius clerici in sacris; & secundum hoc est arg. ꝙ talis congregatio episcoporum non dicitur synodus generalis.

" Papæ soli competens, generali mandato non trāsfertur.

Regula.] CASVS. Orientales episcopi facti hęretici multas fecerunt facto cõcilio constitutiones: cui concilio, nec Papa, nec eī legatus interfuit. Et iõ Iulius Papa dicit illud nullas vires habere, vel quod in eo est statutum. & hoc probat auctoritate canonum dicentium, concilia sine auctoritate sedis Apos. fieri non debere. CASVS. seq. ca. patet. e ¶*Legatus.*] ad hoc specialiter destinatus, aliàs non posset legatus facere concilium, vt no. ſ. dist. 3. c. regula. §. porrò. & ext. de offic. leg. ꝙ translationem. f ¶*Ratum est.*] arg. ꝙ id quod nullum est, nõ potest ratum haberi, vt no. 9. q. 2. c. nullus alterius. ext. de cle. auditis. g ¶*Vic soli sedi concessa.*] " Hic expressè habetur, ꝙ illud quod soli Papæ competit, non transfertur generali mãdato, nisi specialiter mandetur, vt extra de offi. leg. quod translationem. quę autem illa sint, dixi 12. distin. præceptis. & alia habes extra de offi. leg. quod translationem.

4 Anſ. l. 1. ca. 55. Polyc. l. 1. c. 17. † *sanctæ.* † al. Pelagius Papa Valeriano Patritio.

Nec licuit.] CASVS. Celebrato concilio quinto apud Cõstantinopolim, episcopi Venetię, Histriæ & Liguriæ volentes recipere statuta illius cõcilij, conuenerunt ad examinandum, an illa statuta essent bona, vel mala, contra quos inuehitur Gregorius, di-

5 Iuo p. 4. c.239. Anſ. l.12. ca. 43. Polyc. l. 1. c.14.

si paratus est corrigi,vt 24.q.1.hæc est fides. sed si dubitat de fide,hæreticus dicitur,vt extra de hæret.c.1.

a ¶*Per seculares.*] " Pñt ergo laici coërcere *a* clericos etiã non depositos in casibus,vt no.23. q. 5.principes.aliàs aũt ẽt depositum non põt laicus punire,nisi incorrigibilis sit, vt ext. de iud.cũ non ab homine.nunquã. n. clericus quantumcunq; sit criminosus tradendus est curiæ seculari,dummodo possit corrigi per ecclesiasticam ptãtem,vt 81.dist.dictum. ext. de iudi. at si clerici. nisi in crimine falsi literarum Apostolicarum. vt ext. de cri.fal.ad falsariorũ. Item habes hic,q vbicunq; deficit ecclesiastica potestas,semp recurrit ad brachium seculare,11.quæst.1.petimus. & 23.q. 5. de Ligurib. ADDITIO. Ad idẽ eadem quæst. administratores.

" Laici vtrũ possint aliqñ clericos punire.

a Hic videas quod leg. & not. 17. q. 4. de presbyterorum. Arch.

† *Apostolicas sedes*] Iuo. † *al. percipienda.* † *al. quibusdam.*

† *al. opprimi.*

Vltis.]CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes: In prima parte dr̃, q Constãtinopolitani epi celebrauerunt concilium ad vocationem Ioãnis, qui tunc erat patriarcha: quod factum fuit absq; sedis Apostolicæ licentia:quare Papa cõ cilium illud euacuat & & cassat, & quidquid ĩ eo fuit constitutum, & prohibet ne decætero talia fiant. In secunda parte,quę incipit ibi,*Si verò.* dicitur, q si episcopi cœperunt super aliquo discrepare negotio, referatur qõ ad sedem archiepiscopi, vel patriarchæ, & si ibi non põt terminari, reseruetur ad synodum eporum: difficiliores verò quæstiones ad sedem Apostolicam reseruentur.

b ¶*Hortatu.*] Arg. q auctoritas superioris non excusat, vt 12.q.2. quicunq; militum. arg. contra. 12. q. 2. de reb. 63.dist. Salonitanæ. *b* Tu dic, q in leuib.excusat,aliàs non.

b Vbi de hoc. & 86. dist. an putabis, Arc.

c ¶*Ad maiorẽ.*]idest. ad metropolitanum: " & ita cum appellatur ab omnib. epis prouinciæ ad metropolitanũ, vr̃, q metropolitanus solus maior sit omnib. epis prouinciæ:quia de pari ad parem non licet appellare. 2.q.6.ca. anteriorum. vers. illo videlicet. Item hic appellatur à metropolitano ad concilium metropolitanum.j.2.q.6. omnis.& sic cõcilium est maius ꝫ ipso metropolitano.& sic appellat̃ ab aliquo ad seipsum cum alijs,& est simile ff.quan.ap.sit.l.1.§.solẽt.Sed quid est,quod hic dr̃,q si dissentiunt epi,recurratur ad superiorem? quare non statur hic sniæ plurium.65.dis.sanè?Intelligunt quidam, q hoc dr̃ in cã criminali epi, vbi oportet oẽs epos consentire,vt 6.q.4.c.1.& 2.Sed potest intelligi in eo casu, qñ in prouincia dubitatur de negotio aliquo inter epos: tunc recurritur ad sedem superiorem. Vel intelligas in eo casu etiam,qñ dissentiũt episcopi in snia, non q snìam aliquam proferant, sed quia videtur quibusdam vno modo sententiandum, alijs alio modo.

" Appellatur de epis prouinciæ ad metropolitanum.

c Ex hoc dicto vr̃, q concilium posset cognoscere d causis delictorum metropolitani. de hoc dicam 11. q.1. si clericus. vbi videas. Arch.

d ¶*Maiores.*] vt de fide, vt 24. quæst. 1. quoties.

¶Non est concilium,sed conuenticulum, quod sine sedis Apostolicæ auctoritate celebratur.

CAP. V.

1 MVltis denuo Apostolicis,& canonicis,atque ecclesiasticis instruimur regulis,nõ debere absq; snia Romani Pontificis cõcilia celebrari. ¶Quapropter, vt iã dictũ est, rectè non concilium, sed vestrum quenticulũ vel concilia bulum cassatur, & quidquid in eo actum est,irritum habetur,& vacuum. Vos quoq; deinceps videte, vt nullius hortatu [b] talia præsumatis, si Apostolicę sedis communione carere non vultis.& *infrà*. ¶ Si verò in qualibet prouincia ortæ fuerint quæstiones, & inter ipsius prouinciæ episcopos discrepare cęperit ratio,atq; inter ipsos dissidentes non conueniat:ad maiorem tunc sedem referantur. Et si illic facilè, & iustè non discernũtur,vbi fuerit synodus regulariter congregata,canonicè, & iustè iudicẽtur. Maiores [d] verò & difficiliores † quæstiones (vt sancta synodus statuit, & beata consuetudo exigit) ad sedem Apostolicam semper referantur.

1 Anst. l. 2. c. 36. Poly. l. 1. c. 14.

d Vbi de hoc. Arch.

† al. difficiles.

Item Symmachus Papa. 2

¶Prouincialia concilia sine Romani Põtificis præsentia pondere carent.

CAP. VI.

3 CConcilia sacerdotum [e] ecclesiasticis legib.quotannis decreta per prouincias, quia præsentiam Papę non habent, valitudinem pęrdiderunt. A [f] Legistis † insaniissimi, aliquando in illis pręter Apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum, & non de maiorib.negotijs ad consultationem, † si quid occurrerit, præfatæ sedis arbitrio fuisse seruatum?

Orig.

2 In lib. Enno. pro defensiõe. 4. & 5. syn. sub Sym. Pap.

3 Iuo p. 4. capit. 242. Anst. l. 2. ca. 56. Poly. l. 1. tit. 7.

† al. Legite.

† *collationem.*]

a ¶Perdiderunt.]*Hic in libello Ennodij in recentioribus editionibus est nota interrogationis. Sunt enim verba inimicorum Symmachi hoc tanquam absurdum quidpiam obijcientium. Quibus Ennodius in sequentibus verbis respondet*, Legite, &c.

Item Pelagius Papa II.episcopis, qui conuenerant ad illicitam vocationem Ioannis Constantinopolitani,epist.1.c.1.

B ¶Gregorius.] *Hoc proculdubio est Pelagij, sicut ab Anselmo & Iuone citatur. Sunt autem apud Gratianum multa capita ex Pelagio huius argumenti, ad Apostolicas sedes recurrendum esse, cum inferiores episcopi, aut quiuis alij cognoscere desiderarent quid in aliqua vniuersali synodo esset constitutum, & valdè illos condemnandos, qui Apostolicis sedibus non communicant,vt 23.q. 5.cap. non vos, & c. de Liguribus. Ex hoc autem capit. nec licuit.& c.istud. 11. q. 1. habetur integra epistola Pelagij, quemadmodum ab Anselmo refertur. Verùm in Polycarpo citatur ex Gregorio, & in margine est additum,* ad episcopos Mauritaniæ. *Atque in summarijs capitum dictatus ipsius Papæ, qui habetur libro.2.Regesti Gregorij septimi inter cætera hoc est,* quòd nulla synodus absque præcepto summi Pontificis debet generalis vocari.

c ¶Synodum.] *apud Anselmum, Iuonem, & in Polycarpo adduntur hæc,*ad iudicandum vniuersalem synodum.*Hoc enim est, quod prohibetur hic à Pelagio. Multi enim eo tẽpore aut ignorantia, aut animi peruersitate adducti nolebant quintum concilium recipere,* (*Qua de re B. Gregorius,lib.7. epist. 53.& alibi sæpe*)*& particularem synodum vniuersali, ac sedium apostolicarum auctoritati præferebant. Itaque hoc capite non prohibet Pelagius, siue Gregorius, ne episcopi possint diœcesanas, & Metropolitæ prouinciales synodos conuocare,sed ne ipsas ad iudicandum vniuersalem synodum congregent, atque ita est in rubrica emendatum.*

a ¶ *Præcepisset.*] Isti episcopi venerunt ad citationem Regis, non ꝙ venire tenerentur, sed vt reuocarent eum ab errore suo. Simile ad hoc extra de except. olim.

b ¶ *Iußione Domini.*] Habet ergo Romana ecclesia auctoritatem à concilijs, sed Imp. à populo, vt 93. dist. legitimus. in fi. Contrarium huic signatur 21. dist. quãuis. & 22. distin. omnes. vbi dr, ꝙ Romana ecclesia habet primatum à Domino, & non à concilijs. Sed dic principaliter habuit à Domino, sedario † à concilijs.

c ¶ *Reuerentiam*] Debet Imp. reuerentiam ecclesiæ: sed de reb. ecclesię nihil põt disponere, vt 96. dist. bene. vñ nec dignitates, nec præbendas dare potest, *a* vt 16. q. 7. si quis deinceps. arg. contra, ext. de consuet. cum inter. in parte decisa. vbi dr rex conferre decanatum: sed hoc fortè ex cõsuetudine, & ex priuilegio 16. q. 1. hinc etiam.

d ¶ *Immunis.*] j. 2. q. 7. §. item cum Balaam. in fi. cõtra, ibi dr, ꝙ simoniacus post restitutionem tenetur rñdere ac cusatorib. Sed dic, ꝙ primò fuit accusatus de hærcsi, sed cum appareret calumnia accusantis, postea fuit absolutus, vt hic dicitur.

e ¶ *Ante tempus.*] qd fieri non debuit, vt 8. q. 4. nonne. §. illud.

f ¶ *Synodo.*] vt 96. dist. bene.

g ¶ *Episcopos.*] *Tempus* [" Generale est, ꝙ qui prius dignitatem receperunt, præferendi sunt alijs, *b* vt 74. dist. episcoporum. & 75. dist. c. vlt. & extra de ma. & obed. c. 1. qñ ille gradu cæteros antecedit, quem labor prolixior & stipendia longiora fecerunt anteire, vt C. de off. ma. off. l. nemo. nisi aliquis receperit dignitatem à principe: ille enim præponitur alijs, vt ext. de ma. & obe. per tuas, & ff. de alb. scri. l. 2. & nisi sint loco metropolitani, vel alicuius maioris dignitatis, qui licet sint posterius ordinati, tñ præponunt alijs, vt hic ĩ Palea, placuit. dis. px.

¶ *Episcoporũ.*] Hæc distinctio diuiditur in tres partes: In prima probat, ꝙ concilia eporũ debent fieri bis in anno, & hoc probat per sex canones: quod tñ correctum est. Secũda

† Verba oĩa sumpta sũt ex quarta synodo Romana sub Symmac.

† Concilia propriè non dederũt primatũ Rom. eccl. sed explicarunt datũ à Domino.

† iussionẽ] Vatic. cod. & Nicol. ad Michaelem Imp. p. 501. a Cõtra no. 10. dist. imperium. ibi dixi. Arch.

† Christianis omnib. redderet] Orig.

a Ibid. j. † al. propositionibus.] Orig.

" Ordo inter beneficiatos.

† Vt eos satisfacientes episcopo suo misericordia subsequatur] Orig.

b Contra 16. dist. 6. synodus. ver. prima adnotatio. vbi de hoc. Arch.

3 Ansel. l. 6. c. 134.

21 [*Hinc etiam cum auctoritas Theodorici Regis ex diuersis prouinciis ad vrbem Romam sacerdotes conuenire præcepisset*, a *vt sanctum concilium iudicaret de iis, quę venerabili Papę Symmacho præsuli Apostolicę sedis ab aduersariis ipsius dicebantur impingi, Ligurię, & Æmilię, seu Venetiarum episcopi suggesserunt ipsum, qui dicebatur, impetitus, debere synodum conuocare, scientes, quia eius sedi, primum Petri Apostoli meritum, deinde secuta iußione † b Domini, conciliorum venerãdarum auctoritas singularem in ecclesiis tradidit potestatem, nec antedictę sedis antistitem minorũ subiacuisse iudicio.*] *& infrà.*

¶ [*Ad hęc serenissimus Rex, Deo adspirante, respondit synodalis esse arbitrij in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se præter reuerentiam* c *de ecclesiasticis negotijs pertinere; committens etiam potestati Pontificum, vt siue propositum vellent audire negotium, siue nollent, quod magis putarent vtile deliberarent, dummodo venerandi prouisione concilij pax in ciuitate Romana daretur:* † *episcopi verò in synodo residentes congregata auctoritate eiusdem Symmachi dixerunt:* 2 *Symmachus Papa sedis Apostolicę præsul ab huiusmodi oppositionibus* † *impetitus, quantum ad homines respicit, sit immunis,* d *& liber, cuius causam totam Dei iudicio reseruamus.*] *& infrà.* ¶] *De clericis verò memorati Papę, qui ab episcopo suo ante tempus* e *contra regulas discesserunt, & schisma fecerunt: hoc fieri decernimus, vt* † *illi satisfacientes episcopo suo misericordiam consequantur, & officijs ecclesiasticis se gaudeant restitui,*] *Ibidem infrà.*

¶ [*Laurentius ecclesię Mediolanensis episcopus huic statuto nostro, in quo totam causam Dei iudicio commisimus, subscripsit. Petrus ecclesię Rauennatis episcopus sub eisdem verbis subscripsit, & post eum septuaginta quinque episcopi.*] *Illud de clericis pro pace in vrbe reformanda misericorditer, & dispensatiuè factum dignoscitur.*

¶ *Hoc quoque notandum est, quòd in hoc concilio, & in alia synodo* f *Symmachi Papę, ante Rauennatem episcopum Mediolanensis subscripsisse, & respondisse legitur, ex quo & sedis prærogatiuam ante eum habere colligitur.*

Ait enim Gregorius primus lib. 7. reg. epistol. 112. Syagrio episcopo Augustudunensi.

CAP. VII.

3 EPiscopos secundum ordinationis suæ tempus, g siue ad consedendum in concilio, siue ad subscribendum, vel in qualibet alia re, sua attende

ibi, *Quoniam quidem.* Tertia ibi, *Singuli.*

Casvs. Dictum est supra & ostensum, ꝙ episcopi non pñt celebrare concilia sine licentia Romanæ sedis, in quibus aliquid gñaliter definiant, vel statuant: ad correctionem tamen concilia celebrare, & indicere quæ iam statuta sunt gñaliter, vel specialiter, possunt.

re loca decernimus, & suorum sibi prærogatiuam ordinum vindicare.

Verum tempus ordinationis non ad ecclesias, sed ad personas refertur, sicut ex consuetudine Cardinalium sanctę Romanę ecclesię, & episcoporum vniuscuiusque prouincię euidenter apparet.

DISTIN. XVIII.

1. p. *Piscoporum* h *igitur concilia, vt ex præmißis apparet, sunt ĩualida ad definiendum, & cõstituendum,* i *non autem ad corrigendum. Sunt enim necessaria episcoporum concilia ad exhortationem, et correctionem, quę etsi non habent vim constitutionis,* † *habent tamen auctoritatem imponendi, & indicendi, quod aliàs statutum est, et generaliter, seu specialiter obseruari præceptum.* †

[*Ex Cabilonensi concilio, c. 6.*]

¶ *In peruetusto Gratiani codice palea hęc est in extremo præcedentis distinctionis, conuenitque cum vltimo illius capite,* episcopos. *Ex Cabilonensi autem citant etiam cęteri collectores. extat verò in Bracarensi primo, c. 24. & concordat cum cap. 13. concilij Miletuitani, & capit. 53. concilij Africani.*

PALEA. C. I.

4 PLacuit, vt cõseruato Metropolitani primatu, cęteri episcopi secundum suæ ordinationis tempus alius alij deferat † locum.

Vnde Leo primus, epist. 82. ca. 7. Anastasio Thessalonicensi Episcopo.

¶ Bini conuentus per singulos annos ab episcopis celebrentur.

CAP. II.

5 DE concilijs autem episcopalib. non aliud indicimus, quàm sancti Patres salubriter ordinarunt; vt ſ. bini k conuentus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus l querelis, quæ inter diuersos ecclesię ordines m nasci assolent, iudicetur. 6 At si fortè inter ipsos, qui præsunt, de maiorib. (quod absit) peccatis cã nascatur, quæ prouinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotij qualitate Metropolitanus n curabit instruere; o & si coram positis partibus nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionem quidquid illud est, transferatur.

c ſ. dist. pr. ead. cõcilia. secundùm Hug.

d Vtj. e. c. l. 2. & 3. c. p uenit. & ca. quoniam.

† al. constituendi. † aliàs, & ꝙ generaliter, seu specialiter obseruari præceptũ est.

" Ecclesia q̃libet pt sibi ius statuer.

4 Burc. l. 1. c. 55 Iuo p. 5. cap. 165. Pann. l. 4. cap. 20.

† al. sedendi deferat.

5 Burc. l. 1. c. 43. Iuo p. 4. capi. 241. Pann. l. 4. c. 13. Polyc. l. 3. tit. 19.

6 Polyc. l. 1. tit. 15.

" Primas in concilio archiepi non debet interesse.

De concilijs.] Casvs. In hoc c. statuit Lo, vt cõcilia eporum fiant bis in anno, & ibi clericorũ quęstiones dirimantur: & si ibi dirimi non possunt, referantur ad primatem, & si nec ibi poterunt terminari, ad sedem Apostolicam referantur.

k ¶ *Bini.*] Hoc corrigitur. j. eod. quoniam. & ext. de acc. sicut olim.

l ¶ *De omnibus.*] ad eos spectantibus.

m ¶ *Ordines.*] i. laicos, vel clericos. loquit. Primati, vel Patriarchę.

n ¶ *Metropolitanus.*] No. ꝙ in magnis negotijs semper cõsulet archiepiscopus suum Primatẽ, vt hic, & 65. dist. de persona. & 6. q. 4. si inter epos. " Item habes hic, ꝙ Primas non debet interesse concilio metropolitani. & 92. dist. c. pen. & 11. q. 1. si clericus aduersus.

o ¶ *Instruere.*] Ergo iudex à quo appellatur, potest instruere iudicem ad quem appellatur, & eius causam

quare

quare non recipit eius appellationem, & exemplũ sibi redde re debet,vt ff.de app.reci.l. sciendum. non tamen tanquam te stis,vt 2.q.6.statuendum.

H*Abeatur.*] Casvs trium seq.c.plani sunt.

¶ *Dies quadrageſimæ.*] In seq.c. dicitur, ꝙ post tertiã hebdomadam Paschæ, sed iste canon præiudicat illi: quia iste canon est Nicæni concilij *a*, vel loquit secundũ diuersas consuetudines. 16.distin.c.sexta.ver. 1. Additio. arg. 76. dist.vtinam.Archi.

a Sub. ꝙ inter alia primatum obtinet. 15. dis.c.1.&2. 1 Polyc. l. 3.tit.19.

b ¶ *Simultatibus.*] Simultas est odium priuatum.65.dist.c.3.

c ¶ *Circa tempora.*] Idibus Octobris,vt j.c.se.

d *Propter.*] ¶ *Admoneant.*] id est, conuocent, vel propriè,& sic est argu.quòd mora p̃t purgari, licet certus dies sit appositus *b*, aliàs quare admonerẽtur? sic j.ead.dist.qm̃.& extr.de concess.p̃b.& ecclę.non vac. quia diuersitatem. & ff. de per. & com.rei ven.l.1. §.licet autem. Arg.contra extra de elect. cũ in cunctis. arg. contra.7. q.1. p̃sentiũ.& 20.q.2.puella.& C. de cõtrah. stip. magnã.& extra de dol. & cont.cũ dilecti.Solu. vbi dies præfigit à canone, mora pót purgari:secus si ab homine p̃figit dies.arg.ff.de arbi. si cũ dies.§. vlt.& l.Celsus.Io.Sed hoc non est verum,vt extra de supl. negli.præl.licet.ibi dici videt, ꝙ mora purgari non possit.sed certè noua decret.dicit quòd in solutione pẽsionis mora intra breue tempus possit purgari, vt extra de loc.c.vlt. sed illa loquitur in alio casu quã decr.licet. Vel dic, ꝙ illa corrigit decr.licet.B.

b i.adiectio diei non facit aliquem esse in mora.Laur.

2 Burc.l.1. c.44.Iuo p. 5.c.154. Pann.l.4.c. 15.Polyc.l. 3.tit.19.

e ¶ *Idibus.*] Hoc falsum videtur: quia idus semper est in 13. die, vel 15. secũdum quod nonæ præcedunt: si.n. mensis habet 4. nonas, sunt idus in 13. die. si vero sex nonas, sunt in 15.die. Et ita idus nunquam sunt in 10.die,verum est apud nos, sed apud Græcos bene est in 10. die. Dicunt quidam *c*, quòd idus quandoque dicitur largè, vt hic, scilicet totũ illud tempus ex quo post nonas statim incipiunt computari, vt cum dicitur 8. idus. 7. idus. & sic deinceps: nam in principio mensis dicitur Kalendæ,deinde 4. vel 6. nonas, deinde terminatis nonis dicitur 8.idus. 7. idus.quare ergo dicitur,quòd sit decimus. Sed dicas quòd hic vocat hoc nomine idus quemlibet diem qui est inter illos dies qui dicuntur idus, non vltimum diem illorum, qui propriè & absolutè dicitur idus. Alia expositio quæ fit hic,non valet.

3 Vide in hunc locũ Ioan. Bapt. Pium adnota. posterio rum.ca.66. Kalẽdę nonæ,& id.

c Vt Laur.

Item ex Nicæno concilio,c. 5.

¶ Quo tempore concilia episcoporum sint celebranda.

Cap. III.

1 HAbeatur semel concilium ante dies quadrageſimę, [a] vt omnibus, si quæ sunt, simultatib. [b] amputatis, mundum [A] ieiunium,& solemne Deo possit offerri: secundum verò agatur circa tempora [c] autumni.

A ¶Mundum.] *Caput hoc est ex versione,qua vsus est Isidorus. In ea tamen hoc loco est,* mundum solemne Deo munus, *quemadmodum & in Polycarpo, & in aliquibus Gratiani codicibus est,* mundum, & solemne Deo munus. Græcè est. ἵνα πάσης μικροψυχίας ἀναιρεμένης τὸ δῶρον καθαρὸν προσφέρηται τῷ θεῷ, ideſt, vt omni sublata animi angustia munus purum Deo offeratur.

Item ex Antiocheno concilio, cap. 20.

¶Ad morum correctionem,& controuersiarum dissolutionem bis in anno episcopale concilium fiat.

Cap. IIII.

2 PRopter ecclesiasticas causas,& quæ existunt, controuersias dissoluendas, sufficere visum est bis in anno per singulas prouincias episcoporum concilium fieri;semel quidem post tertiam hebdomadã Paschalis festiuitatis, ita vt in quarta hebdomada, quæ consequitur,id est A media Pentecoste, cõcilium compleatur. B Admoneant [d] autem comprouinciales episcopos ij, qui in amplioribus, id est in metropolitanis ciuitatibus degunt. ¶ Secundum verò concilium Idib. [e] Octobris habeatur, qui dies apud Græcos hyperberetæi 3 mensis, [f] decimus c inuenitur. In ipsis autem concilijs, & præsbyteros, & diaconos præsentes esse oportet, & omnes [g] quotquot se læsos existimant,& synodicam expectare sententiam. Nec liceat aliquibus apud semetipsos cõcilia [h] sine Metropolitanorum episcoporum conscientia facere, quibus de omnib. causis constat [i] permissum esse iudicium.

A ¶Id est media.] *Antea legebatur,* & in medio temporis inter Paschа & Pentecosten, *nec multo aliter apud Iuonem,* id est medio,temporis,&c. *Sed reposita est hæc lectio, ex plerisq; Gratiani exemplaribus, & collectione Isidori, in qua est hæc eadem versio. Nam cæteri collectores secuti potius videntur versionem Dionysii,quæ est in codice canonum: quamuis & Burchardus, & Pannormia hoc loco habeant,* ideſt medio Pentecostes, vel in medio Pentecoste. *vbi in versione Dionysii est,* ita vt quarta septimana Pentecostes, *verbum plane è verbo. Græcè enim est:* ὡς ἐπὶ τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντεκοστῆς.

B ¶Compleatur.] *vocem,* ἐπιτελεῖσθαι, *Dionysius vertit,* cõueniat.

C ¶Decimus.] *prorsus ex Græco. Dionysius autem,quem Burchardus, & Iuo sequuntur,habet,* Idibus Octobris, id est, quintodecimo die mensis Octobris, quem hyperberetæum Græci cognominant. *In canone autem Apostolorum 37. legitur secundam anni synodum celebrandam esse,* ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ, *id est,* duodecimo die hyperbereteĩ. *Non conuenire autem omnino Latinorum menses cum græcorum satis constat. Suidas quidem scribit apud Macedonas hyperberetęum eundem esse qui October; Galenus autem Pergami eundem qui September.*

Item ex concilio Laodicem. c.40.

¶Semetipsos accusant, qui vocati ad synodum venire contemnunt.

Cap. V.

4 NOn oportet vocatos episcopos ad synodum,cõtemnere:sed adire † debere, & aut docere, aut doceri, [k] quæ sunt ad ecclesiæ cæterorumq; correctionem vtilia: ꝙ si contempserint, seipsos videntur accusare, [l] nisi fortè pro infirmitate ire non possint.

Item ex concilio Chalcedonensi, cap. 19.

¶Corripiantur episcopi, qui ad concilium vocati, venire contemnunt.

Cap. VI.

5 PEruenit ad nostras aures, ꝙ in prouincijs cõstituta episcoporum concilia minimè celebrentur. Hoc [D] ex eo probatur, ꝙ multæ, [m] quæ correctione opus habent, ecclesiasticæ res negligantur. Statuit ergo hęc sancta synodus,scđm regulas Patrum bis in anno in vnum conuenire per singulas prouincias episcopos, vbi singula, [E] quæ emerserint, corrigantur. Qui verò noluerint cõuenire epi constituti in suis ciuitatibus,& hoc maximè,cũ sui corporis sanitate cõsistentes,etiam ab omnib. alijs vrgẽtib.necessitatib. † [n] & in excusabilibus negotijs liberi sunt, licere eos fraternæ charitatis admonitionibus corripi.

d De hoc j.eo. c. pen. Laur.

e Ad idem 36.distin.§. ecce.

4 Burc.l.1. c.47.Iuo p. 5.c.157. † al. abire.

5 Anſ.l.6. c.199. Iuo. p.4. c.243. "præcedentia per sequentia ꝓsumuntur.

† abest à collectione Isid.& Iuone.

f ¶ *Hyperberetbæi mẽsis.*] id est Octobris.

g ¶ *Et omnes.*] Et ꝓ, id est:aliàs si omnes debent conuenire de prouincia, quare episcopus referaret eis omnia ea quæ fierent *d* in synodo,vt j.cap.decernimus.

h ¶ *Concilia.*] Prouincialia, quia quilibet episcopus irrequisito metropolitano potest facere concilia episcopalia, vt 38. distinctio. quando.

Additio. Sic legitur & not.j.ea.d.c.pen. in fi.Arch.

i ¶ *Causis constat.*] quæ ad statum prouinciæ spectant.

k *Non oportet.*] ¶ *Doceri.*] Licet enim non debeant indigere doctrina, vt 1.q. 7. cõuenientibus *e*. tamen discere debent. 24.quæstio. 3. si habes. Laur.

l ¶ *Accusare.*] id est, debent excõicari, vt 2. q. 6. quisquis probatus.

Peruenit.] Casvs. Quidam erant episcopi, qui concilia non celebrabant, quod apparebat ex eo,quòd correctione egebant multæ res ecclesiasticæ,quę iam neglectæ fuerant: Quare statutum fuit in synodo,vt bis in anno eporum cõcilia celebrentur ad correctionẽ eorum quæ fuerunt emendanda. Statuit etiam ꝙ omnes episcopi prouinciæ interfint, nisi necessitate aliqua excusentur, alioquin corripiantur.

m ¶ *Multę.*] Argu. "ꝙ per sequentia intelliguntur, & præsumuntur præcedentia: nam si quis ab hæreticis per violentiã tractus fuerit, & per mensem steterit cum eis, præsumitur non tractus:vt 1.q.1.cõstat.Item argu. contra prælatos ex vitijs subditorum,& contra magistros ex vitijs discipulorum, vt 28.dist. priusquam.& 22. q.2. quod aũt ait.53.dist. legẽ.12. q.2.quatuor.44. distin. multis.34. q.1.cum per bellicam. & C.de adul. si qui.

n ¶ *Necessitatibus.*] Quæ necessitas excusset, habes de consecra. dist.4.

a Et 23. di. cum omnis filius. vbi de hoc in glo. not. qđ Arc. " citati multis cauſis excuſantur.

diſt.4. hi qui. *a* " Item ſi quis propter tempeſtatem, vel flumen, vel quia vocatus eſt ad teſtimonium, vel ad dignitatẽ, vel ſi incipit abeſſe cauſa reipublicæ, vel ſi domeſtico funere impeditur, vel ſi maius negotium ipſum trahit, excuſatur, vt ff. ſi quis cau. l. 2. §. 1. & 2. & l. 4. & ff. ex qui. cauſ. ma. item hi. vel ſi ad maius tribunal vocatus eſt, vt ff. de re iud. contra pupillum. §. is qui. Item timor hoſtiũ. extra de app. ex parte.

Quoniam quidem.] Hęc eſt ij. pars huius diſt. in qua probat, ꝙ ſufficit ꝙ ſemel in anno fiat prouinciale conciliũ. Io. de Fan. & ꝙ ſingulis annis concilium prouinciale debeat celebrari, ponitur ſub præcepto. Arch.

CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes: In prima parte dr̃, ꝙ anti qua regula pręcipiebat ſynodũ bis in anno celebrari: Sed qa hoc difficile erat, ideo ſexta ſynod⁹ ſtatuit ſemel ī anno fieri. Princeps verò qui hoc prohibuerit, excõicetur, & metropolitanus qui concilium neglexerit celebrare, canonicè punietur. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, *Dum autem.* dr̃ ꝙ donec ſynodus agitur, epi debent eſſe intenti diuinis mandatis: & ꝙ metropolitan⁹ non heat licentiam petendi aliquid ab epiſcopis venientib. ad ſynodum: & ſi cõuictus fuerit aliquid exegiſſe, in quadruplum reſtituet.

1 Ex verſione Anaſtaſij.

2 In concil. Nicęno. c. 5. & Antiocheno. c. 20. Iuop. 5. c. 373. §. ea. c. habeatur. & ca. pp Cap. 9.

a ¶ *Quoniam quidem regula.*] Illud. no. ꝙ cũ hęc ſynodus *b* velit corrigere antiquam cõſtitutionẽ, facit mentionem, de ipſa: & ſic eſt arg. " ꝙ vna conſtitutio non reuocetur per aliam, niſi faciat mentionẽ illius: ſic eſt in reſcriptis: quia aliter non videtur Papa ex certa ſcientia contrarium cõſtituere. Sed hoc non dico verum: & licet in reſcriptis & priuilegijs requiratur ꝙ fiat mentio priorum, ad hoc vt priora reuocentur, *c* non tamen eſt ita in cõſtitutionibus: & hoc ideo quia cõſtitutio procedit ex libero motu domini Papę: & quia omnia iura habet in ſcrinio ſui pectoris, vt C. de teſtam. omniũ. Item & eſt arg. ad hoc ext. de cog. ſpi. c. 1. ſimiliter in teſtamẽtis non requiritur ꝙ fiat mẽtio prioris: quia teſtm̃ ꝓ lege ſeruatur. 13. q. 2. c. vlt. niſi in duob. caſibus, vt ſi ſit teſtm̃ factum inter liberos, *d* vt C. de teſt. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. & auth. hoc inter liberos. & niſi ipſe teſtator legem ſibi teſtandi dixerit, cum dixerit, ſi fecero aliud teſtm̃, non valeat: quia tunc faciendo ſecundum, oportet ꝙ faciat mentionem de primo: vt ff. de leg. 3. ſi quis in prin. in conciciliis autem antiquius obtinet, ſi eſt potioris auctoritatis, vt 50. diſt. domino ſancto. in fi. Io. Verum eſt ꝙ in reſcriptis continetur: ſed omnium factorum habere memoriam, potius eſt diuinitatis quã humanitatis. C. de ve. iu. enu. l. 2. §. ſi quis. nec præſumitur Papa ex certa ſcientia indulgere per ſecundum reſcriptum poſt primum ſuper eodẽ: ſed præſumitur ꝙ hoc faciat immemor prioris. ext. de off. deleg. ex parte. 1. Ipſum enim fallit obliuio. 23. diſt. præterea. ſed vt tangitur in glo. Ioan. ipſe habet vel præſumitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui. In legib. & conſtitutionib. continẽtur iura: & poſterior tollit priorem, licet non faciat mentionem de ipſa. ff. de legi. non eſt nouum. " In teſtamentis autem alia eſt ratio, ne libertas ſu-

b ſ. ſeptima ſcđm Hug. Io. de Fan.

" cõſtitutio ſecunda an reuocet priorem de illa mentione nõ facta.

c Ext. de p̃ſcri. veniẽs. & de reſcri. cum ordinẽ. Arch.

d Item & ſi primum derogatorium eſt ſecnndo. ff. de le. 1. ſi mihi & tibi. §. vlt. Arch.

" Teſtm̃ ſecũdũ an reuocet primum.

premi iudicij infringatur: quod eſſe non debet. ff. pro ſoc. cum duob. §. idem reſpondit. quia nihil eſt quod magis hominib. debeatur, q̃ quod ſupremę voluntatis liber ſit ſtylus: & liberum quod iterum non redit arbitrium. C. de ſacroſ. eccl. l. 1. in fi. ſed in duob. caſib. s̃. no. in gl. Io. eſt ſpeciale. Bar.

ADDITIO. Et 33. q. 2. hoc ipſum. in fi. Arch.

b ¶ *Excuſatione.*] friuola: nam rationabiles exceptiones ſemp admittuntur, *e* vt extra de of. deleg. ex parte.

e ſ. e. c. pxi. j. e. ſi epiſcopus. Arc.

c ¶ *Communione.*] Not. principes poſſe excõicari, quod verum eſt ẽt à ſacerdotib. vt j. diſt. 96. duo ſunt. 11. q. 3. ſi autem vobis. & C. vbi de crim. agi opor. auth. qua in prouincia.

d ¶ *Vel vi.*] " Vĩ ergo ꝙ ſi aliquis per vim detineatur ab aliquo, & aliqd interim fiat cõtra ipſum, ꝙ retractari poſſit illud. Idem eſt ſi per dolum alterius nõ veniat: vt ext. de in inte. reſt. ex literis. Sed cõtrarium legitur ff. ſi qs caut. l. 2. §. vlt. & ff. đ eo per quem fa. erit. l. vlt. vbi dr̃, ꝙ ſi per dolum aut ꝓ vim alicuius aliquis non venerit ad iudicium, non reuocatur id quod factum eſt, ſed datur actio contra ipſum impediẽtem. Sed dic ꝙ non reuocatur ipſo iure: ſed per in integrum reſtonẽ: *f* vel in eo caſu reuocatur quando detentor non eſt ſoluendo. extra de reſt. ſpol. olim.

" Reuocantur facta cõtra violẽter detentum.

f ff. de eo ꝓ quẽ fa. eſt. l. vlt. §. j. Arc.

e ¶ *Quadruplum.*] arg. " ꝙ clerici pñt pecuniariter puniri & punire, vt 23. diſt. quanquam. in fi. & 17. q. 4. definiuit. & cap. ſi quis deinceps. & 25. q. 5. de Ligurib. Argu. contra, ext. de pœ. licet. *g* Sed dic ꝙ vbi pœna ſpiritualis eſt in iure ſtatuta, non debet infligi pecuniaria: aliàs ſecus. ext. vt lit. non conte. qm̃. in fi. ideo autem punitur in quadruplum: quia crimen concuſſionis *h* commiſit: quod punitur pœna quadrupli. 1. q. 1. quidam. & q. 7. ſancimus. in fi. & tam laicus, quàm clericus punitur pœna concuſſionis, vt 23. q. 1. militare. hic ſignatur contrarium. 12. q. 2. fraternitas. vbi dicitur, ꝙ eccleſia non debet ſuum cum augmento recipere. Sed dic ꝙ hic non recipit nomine eccleſiæ, ſed proprio nomine. 16. q. 6. ſi epm̃.

" clerici pñt pecuniariter puniri.

g Dic vt no. j. 23. qu. 5. ſi vos. Arch.

DE eulogijs.] CASVS. Quærebat quidam epiſcopus à Papa, vtrum presbyteri tempore ſynodi deberent afferre eulogias, id eſt, munuſcula epiſcopis? Et reſpondet Papa nil ſe inueniſſe à maioribus definitum: ſed eſt in arbitrio cuiuslibet presbyteri, qui voluerit exhibere. Nam ſi definitum eſſet aliquid tempore ſynodi à presbyteris dandum, minus libenter venirent ad ſynodum. Vnde eulogiæ ab aliquo peti non debent: nec delatæ reſpui.

f ¶ *Eulogiis.*] Eulogiæ dicuntur munera, quæ deferunt ſubditi ſuis prælatis.

g ¶ *Minus.*] Arg. " ꝙ magiſtri nõ petant collectam à ſcholaribus vt libentius veniant ad ſcholas. ſic 1. q. 1. baptizandis. & c. placuit, vt vnuſquiſque. 1. q. 2. vendentes.

" Magiſtrĩ debent gratis docere.

h ¶ *Reſpuendæ.*] Arg. ꝙ quædam licitè poſſumus recipere, quæ tamen petere prohibemur, vt 1. q. 2. placuit. ea. q. quàm pio. 13. q. 2. queſta.

ADDITIO. Ad idem ff. de orig. iur. l. 2. iuxta fi. §. diuus. vbi de hoc. Arch.

Epiſcopus.]

norum hoc neglexerit agere abſque neceſſitate, vel vi, d ſeu aliqua rationabili occaſione; canonicis pœnis ſubiaceat. Dum autem ſynodus agitur ſuper canonicis, & euangelicis negotijs; oportet congregatos epiſcopos in meditatione, & ſolicitudine fieri cuſtodien dorum diuinorum, & viuificorum Domini mandatorum. & *poſt pauca.* ¶ Porrò non habeat metropolitanus licentiam ex his, quæ defert epiſcopus ſecum, ſiue iumentum, ſiue aliã ſpeciem expetendi. Quòd ſi hoc egiſſe conuictus fuerit, ſoluat quadruplum. e

f ¶ Et vt opportunè.] *Græce eſt:* καὶ τὸ ἐνδεᾶς ἔχειν πρὸς ὁδοιπορίαν. ideſt. Et quòd non bene parati ſunt ad iter faciendum.

Item Leo iiij. ad epiſcopos Britannię, cap. 3.

¶ Non cogantur presbyteri ad ſacra concilia eulogias deferre.

CAP. VIII.

DE eulogijs f ad ſacra concilia deferendis nihil inuenimus à maioribus terminatum: ſed ſicut vnicuiq; preſbytero placuerit. Nam ſi conſtitutum fuerit illo in tempore benedictiones afferri, forſitan minus g libenter ad ſynodos occurrent: & magis venire obtrectabunt. Quæ, vt arbitror, non ſunt rationabiliter quærendæ; nec vltrò delatæ, reſpuendæ. h

CAP. VII.

1 2 QVoniam quidem regula a eſt, quæ dicit, bis in anno per ſingulas prouincias oportere fieri per conuentum epiſcoporum regulares inquiſitiones; propter fatigationem, & vt opportunè f habeantur ad iter agendum hi, qui congregandi ſunt, definierunt ſextæ ſynodi ſancti Patres, omni excuſatione b remota, omnibus modis ſemel in anno fieri, & deprauata corrigi. Hunc ergo canonem & nos renouamus: & ſi quiſquam princeps inuentus fuerit hoc prohibere, communione c priuetur. Si quis verò metropolita-

D ¶ Hoc ex eo.] *In collectione Iſidori, vbi alioquin eadem videtur eſſe verſio, legitur*, ex hoc probatur, ꝙ multæ, &c. *itemq; apud Iuonem, addita tamen particula, &, Græcè eſt:* καὶ ἐκ τούτου πολλὰ παραμελεῖται τῶν διορθώσεως δεομένων ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων. *id eſt*, & propterea multæ ex rebus eccleſiaſticis, quæ correctione egent, negliguntur.

E ¶ Vbi ſingula.] *Ita in collectione Iſidori, & apud Iuonem, & Anſelmum. Græcè eſt:* ἔνθα ἂν ὁ τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπος δοκιμάσῃ, καὶ διορθῶνται κατὰ ἀνανεούμενα. *quę Dionyſius ſic vertit:* Quò metropolitanus Antiſtes probauerit, & corrigere ſingula, ſi qua fortaſſis emerſerint.

Item ex ſeptima ſynodo. c. 6. 1

¶ Canonicis ſubiaceat pęnis metropolitanus, qui ſaltem ſemel in anno celebrare concilium negligit.

E *Piscopus.*] CASVS. Dicitur hic q̃ episcopus vocatus debet ire ad synodũ, nisi graui necessitate fuerit impeditus: & tunc mittat pro se legatum, qui suscipiat quæ in synodo statuentur.

a ¶ *Legatum*] Arg. " q̃ licet citatus ad iudiciũ venire non possit: nihilominus tenetur mittere procuratorum. 5. q. 3. si ægrotans. & extra de appel. constitutus. Argu. contra, extra de proc. querelam. De hac materia quæras. 5. q. 3. si ægrotans. sed illud c. querelam. loquitur in ardua causa.

" Citatus impeditus an mittere teneatur.

2 Ansel. l. 7. c. 188.

P *Lacuit.*] CASVS. Lr̃ in hoc ca. q̃ epi nisi fuerint impediti, semp debent ad synodum ire: & si ire nõ potuerint, suas excusationes in literis mittant: q̃ si neglexerint ad Primatem mittere, à cõione fratrum priuentur, & ecclesia sua tm̃ sint contenti. Idem ferè est casus trium c. seq. & p te videbis. Additur tm̃ ibi, q̃ priuantur communione fratrum vsq; ad sequentem synodũ.

b ¶ *Neq; ægritudine.*] graui, vt j. ead. si quis eporum. non. n. excusat leuis febricula, vel vetus quartana, vt ff. de ẽdi. ed. l. j. §. sed sciẽdum. ADDITIO. Arg. cõtra 7. q. 1. pñtium. & extra de proc. quædam. vbi de hoc. Archid.

c ¶ *Literatorie.*] vel ẽt per certum nuntium, a cui credi possit, vt 97. dist. nobilissimus, extra de offi. dele. prudentiã. extra de rescr. ex parte. & c. sciscitatus.

a tenet hoc idem Hug.

d ¶ *Rationem.*] Not. non sufficit dicere se non posse venire, nisi rationem impedimenti assignet. sic extra de of. & po. iu. dele. prudẽtiam. & de rescr. sciscitatus. & illã cãm ꝓbabit, vt 4. q. 5. quisquis. in fi. & per vnum testẽ eam potest probare, vt ext. de proc. ex insinuatione. licet sit arg. contra, ext. de in integ. rest. ex literis. b Io. Sed certè credo hoc speciale, vt vni testi credatur cum suo iuramento.

b vbi de hoc & ext. de testi. veniens. 1. ibi videas.

e ¶ *Cõione.*] " Vr̃ q̃ aliquis põt esse excõicatus in vna ecclesia, & non in altera, vt hic, & 58. dist. si quis de alterius. & sic est contra 4. q. 5. quisquis. Sed dic q̃ iste non est excõicatus, sed cum alijs epis non cõicabit: qa non venit ad negotia ipsorum, vel ad consecrandum episcopum cum alijs.

" Excõicat' vtrum quis possit esse ĩ vna ecclesia & nõ in alia.

¶ *Habetur hæc epistola Romæ manuscripta, vt in indice dictum est.*

Itẽ ex concilio Carthagin. 4. c. 21.

¶ Sine graui necessitate episcopus ad synodum ire non tardet.

CAP. IX.

1 EPpiscopus ad synodum ire non tardet, nisi satis graui necessitate inhibeatur: sic tamen, vt in persona sua legatum [a] mittat, suscepturus salua fidei veritate, quidquid synodus statuerit.

DEcretales.] CASVS 1. Supra ostēdit Gratianus decretales epistolas parem vim habere cū canonib. cōciliorū. In hac verò 20. dis. qrit an expositiōes sanctorū Patrum exæquētur canonib. & decretalib. vel præferantur. Quòd prꝛferātur videtur, qa maioris auctoritatis uidētur, cū pleniori gratia spiritus sancti ea præcellāt. Vnde expositiones Augustini, Hieronymi, & aliorum videntur præponendæ statutis Pontificū, & hoc in 1. parte. In 2. parte, quę incipit ibi, *sed aliud.* solvit Gratianus, & dicit qꝛ in negotijs definiendis non solū necessaria est scięcia, sed etiam potestas: qđ significatur p claues, quas Christꝰ tradidit Petro. In quarū altera denotatur scientia discernendi inter lepram & lepram: in altera verò notatur potestas soluendi, & ligandi. Cum ergo in causis definiendis necessaria sit potestas, apparet, qꝛ Pontifices expositoribus p̄ferunturꝫ & hoc probatur per seq.

c ¶*Decretales.*] In hac 20. dist. magister quærit de expositionibus sacrę scripturæ, an sint paris auctoritatis cum canonibus & decretalibus. & infrà soluit, qꝛ "quantum ad sacrā scripturam exponendam p̄ualet sanctorum auctoritas: quantum autem ad causas definiendas prævalet auctoritas Romanorum Pontificum.

"auctoritas sanctorū qñque papali præfertur auctoritati.

d ¶*Scientia.*] Arg. "qꝛ nullus pōt esse iudex, maximè ecclesiasticus, nisi sit peritus, vt ext. de consa. & affini. ex literis. in fi. & 1. q. 1. vt euidenter. 11. q. 3. & si ad tꝑs.[b] 24. q. 3. si qs non. de pę. dis. 5. consideret. & dist. 6. qui vult. & qa leges scire tenetur. in auth. de iud. coll. 6. §. qa verò. Itē quia sꝑia ferēda est in scriptis, vt 2. q. 1. in primis. in fi. Item quia iudices p se debent scribere sꝑias

"Impitus ñ pt cē iudex ecclesiasticꝰ

b Ista cōcor. & prox. seq. parū aut nihil faciunt ad hoc, nec eas ponunt Hug. & L. quorū fuit istud dictū. Arc.

16. c. 12. & *Euagrius lib. 3. c. 18. & sequentibus, & clarissimè Anastasius bibliothecarius in chronologia testantur*) *tempore Felicis iij. obijt, cui succeßit Gelasius, & Gelasio Anastasius, qui initio epistolæ suæ, & c. 1. ad Anastasium Imperatorē, Acacium mortuum iam & ante iudicem Christum vnà cum Felice adstare scripsit, vt Gelasius quoque ante ipsum scripserat, & habetur infrà 24. q. 2. cap.* nec quisquam. *quomodo ergo potuit Anastasius de eo reuocando tractare, q iam obierat?*

Hinc etiam de Maximo B *Episcopo in Costantinopolitana synodo statutum est sub Damaso Papa. c. 6.*

¶Quæ circa indisciplinatos, vel ab eis geruntur, in irritum reuocentur. C. X.

PRopter totius indisciplinationis eius doctrinam, quę Constantinopoli orta est, statutum est, ne Maximus fuisse, aut esse iam putetur epꝰs, neq; hi, q ab eo sunt ordinati, qualemcunque gradū clericatus obtineant[a]; omnibus scilicet, quæ circa eum[b], vel ab eo gesta sunt in irritum reuocatis.

B ¶De Maximo.] *Ex verbis huius canonis præsertim græcis, & interpretatione Balsamonis, ac uita Georgij Theologi per Gregorium presbyterum descripta, & alijs ex locis (tametsi Theodoretus videtur parū diligenter hoc tractasse) apparet hunc Maximum nūquam fuisse episcopū, ac propterea rectè statui nullum ab eo potuisse imprimi ordinis characterem, quod non erat de Acacio asserendum. Verba græca huius canonis hæc sunt:*

Περὶ Μαξίμου τοῦ κυνικοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀταξίας, τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένης ὡστε μήτε Μάξιμον ἐπίσκοπον γενέσθαι, μήτε εἶναι, μήτε τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱῳδήποτε καθεδρῷ κλήρου, πάντων, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ γενομένων ἀκύρων διεντων: *id est*, De maximo cynico, deq; ijs rebus, quę nullo ordine circa ipsum Constantinopoli gestæ sunt. Neque Maximum fuisse, aut esse epm, neq; eos, qui ab ipso sunt ordinati, in vllo cleri gradu censendos: omnibus, quæ & in ipso, & ab ipso facta sunt, infirmatis. *Ac de eodem Maximo, qꝛ nunquam fuerit episcopus, est locupletissimum testimonium in epistola Hadriani Papæ scripta Basilio Imperatori, quæ habetur actione prima octauæ synodi manuscriptæ, quæ est penes Cardinalē Sirletum. Citans enim Leonem primū ait.* Dicit. n. altisona tuba, sanctus videlicet sedis Apostolicæ Papa Leo, cuius sñiam, quicquid vbique catholicum est, velut cęleste miraculum celebrat, & veneratur oraculum; Cum sæpe qō de malè accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum, quod non docetur fuisse collatum. Neque enim inter Photium mœchum, & Maximum cynicum à synodo secunda damnatum, vel inter ordinationes huius & illius, distinctionis aliquid esse conuicimus.

DISTINCTIO XX.

ps 1. DEcretales[c] itaque epistolæ canonibus conciliorū pari iure exę quantur. Nunc aūt q̄ritur de expositionibus † sacræ scripturæ, an æquentur, an subijci antur eis. Quo enim quisque magis ratione nititur, eò maioris auctoritatis eius verba esse videntur. Plurimi autem tractatorum, sicut plenio ri gratia sancti spiritus, ita ampliori scientia alijs præcellentes, rationi magis adhæsisse ꝓbantur. Vnde nonnullorum Pontificum constitutis, Augustini, Hieronymi, atque aliorū tractatorū dicta vidēntur esse prꝛferēda.

2 ¶*Sed aliud est causis terminū imponere: aliud sacras scripturas diligenter exponere. In negotijs definiendis nō solū est necessaria scientia,*[d] *sed etiam potestas. Vnde Christus dicturus Petro* [*Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, &c.*] *prius*[e] *dedit*[f] *sibi claues regni cælorum: iu altera dans ei scientiā desernēdi inter leprā & leprā,*[g] *in altera dās sibi potestatem eijciendi aliquos ab ecclesia, vel recipiendi. Cum ergo quælibet negotia finē acciant vel in absolutione innocentiū, vel in condemnatione delinquentiū; absolutio verò vel condemnatio non scientiam tantùm, sed etiam potestatem præsidētium desideret, apparet, qꝛ diuinarū tractatores scripturarū, etsi scientia Pontificibus præemineant, tamen, quia dignitatis eorum apicem non sunt adepti, in sacrarum quidem scripturarum expositionib. eis præponuntur: in causis verò definiēdis secūdū post eos locū merētur.*

Vnde Leo Papa IIII. scribit Episcopis Britanniæ.[1]

¶Aliorum scripturæ Romanorum Pontificum decretis non sunt præponendæ. C. 1.

2 DE libellis,[h] & commentarijs aliorum[i] non cōuenit aliquem iudicare, & sanctorum conciliorū canones relinquere, vel decretaliū regulas, id est, quæ habentur apud nos simul cum † canonib. Quibus aūt in omnibus ecclesiasti cis vtimur iudicijs, sunt canones A Apostolorū †, Nicęnorū, Ancyranorum, Neocæsariensium, Gangrēsium, Antiochēsium, Laodicensium, Constantinop. Ephes. Chalcedonēsiū, Sardicensium, Africanēsium, Carthaginensium B, & cum

dicandum omissis canonibus. 50. dist. si ille.

a ¶*Indicandum.*] idest, Hieronymi & Aug. ꝓ quorum scripta non est iu-

e ¶*Prius.*] Arg. ex ordine facti aliquid prꝛesumendū, vt 23. q. 4. displicet. & 1. q. 1. vt euidenter. Similiter ex ordine verborū, vt 43. dis. sit rector. & ext. de rescr. cum dilecta. ff. de sol. nec. n. ordo. contra.

f ¶*Dedit.*] G. hic videt velle, qꝛ alia sit clauis ligandi, & soluendi, alia scięcię: & ita qꝛ sint duę claues. "Sed dico tantū vnā esse, sed & dñr duæ esse ꝓꝓ duos effectus. Sed qualiter scīa dicit esse clauis, cum aliquis possit debere scīam, q non hēt clauem: & ecōtra? Sed dic, qꝛ licet scīa prius non fuisset clauis anteq̄ haberet ordinē, tñ post ordinē incipit esse clauis. Si tñ queras quid propriè sit clauis sacerdotalis, dico ipsā ptātem sacerdotalem, per quā ligat & soluit.

"Clauis sacerdotalis an sit vna, an plures.

† al. expositoribus] Exemp.

g ¶*Inter lepram & lepram.*]" i. inter cām & cām. alludit ei quod fiebat in lege. cum n. dubitabat de aliquo an esset infectus lepra, ducebat ad sacerdotes: & secūdum eorum arbitriū vel recipiebat, vel deijciebatur, vt 11. q. 3. quomodo. de pen. dist. 1. §. ex his. ver. Moysi.

" Inter leprā & leprā vñ dicatur.

Matth. 16.

ADDITIO. Hug. & de pę. dist. 1. §. deniq;. versi. Moysi. & ext. q fil. sint leg. per venerabilem. §. rationibus. Arch.

DE libellis.] CASVS. Episcopi Britanniæ iudicabant causas tantùm secundum expositiones Augustini & Hieron. & aliorū, postponentes canones conciliorum, & decreta Pōtificum: quos Leo redarguit, ostendēs quòd in causis definiēdis primò recurrēdum est ad canones conciliorum, & ad decreta, vel decretales Pontificum. Secūdò ad sanctorum expositiones, scilicet Hieronym. & Augustin. & aliorum sanctorum, in quibus si veritas non reperiatur, tunc recurrendum est ad sedem Apostolicam, cuius stat tuta qui non recipit, hæreticus esse conuincitur.

1 In suo regesto.

2 De usdedit p. 2. Poly. p. 3. ti. 20. Ansel. l. 3. c. vlt. Iuo par. 4. c. 72. Pan. l. 2. c. 118.

† al. cū illis in canone.

† al. qui dicuntur apostolorum.

h ¶*De libellis.*] idest, secundum libellos, & commentarios.

i ¶*Aliorum.*] idest, Hieronymi & Aug. ꝓ quorum scripta non est iu-

a ¶ *Iunioris.*]Ecce hic approbantur dicta Gregorij iunioris, alibi vñr reprobari. 32.q.7.c.quod propoſuiſti.& in ſeq.§.vbi dicit G. quòd ſunt contraria Euangelio.ſed illud c.intelligitur de arcta,& ſic bene tenet. Ioan.

b ¶ *Illorum.*]"Hic videt̃,q̃ potius iudicandum ſit ſecundū illum,qui innitit̃ auctoritati canonis,q̃ ſecundùm illum, qui innitit̃ auctoritati Hieron.vel Aug.qđ verùm eſt, niſi Aug. iuuet̃ auctoritate no.vel vete.teſta. *a* vel ẽt aliquo canone. nam licet concilium apud Aquiſgranum factum, conſtituerit, q̃ raptor non poſſit matrimonia liter iungi cum rapta, vt 36.q.2.placuit.tamẽ Hierony. contrarium ſtatuit, & ei ſtatur, vt 36. q. 2. tria. Sed hoc eſt quia iuuat̃ auctoritate Meldenſis concilij. ea.cã & q. c.ſi autem.

illis regulæ præſulū Romanorum, 1 Silueſtri,Syricij,Innocentij, Zozimi,Cęleſtini,Leonis, Gelaſij, Hilarij, Symmachi, Hormiſdæ, Simplicij,& Gregorij iunioris [a]. Iſti oĩno ſunt & per quos iudicant epi, & per quos epi ſimul iudicantur,& clerici. Nã ſi tale emerſerit, vel contigerit inuſitatū negotium,qđ minimè poſſit p iſtos definiri:tunc ſi illorum [b], quorum meminiſtis,dicta,Hieronymi,Auguſtini,Iſidori, vel cæterorum ĩmiliter ſanctorū doctorum ſimiliū reperta fuerint: magnanimiter ſunt retinenda,ac promulgãda: vel ad Apoſtolicam ſedẽ referendū de talib. Quam ob cãm luculentius,& magna voce pronũtiare nõ timeo:quia,illa, †quæ diximus, ſanctorum patrũ ſtatuta, quæ apud nos canonum noĩe prætitulantur, (ſiue ſit ille eps,ſiue clericus,ſiue laic[c]) nõ c indifferenter recipere cõ uincitur [c]: nec catholicam,& Apoſtolicam fidem, nec ſancta quatuor Euãgelia vtiliter, & efficaciter ad effectũ † ſuum retinere,vel credere probatur.

A ¶ Sunt canones.] *Indicat canones & regulas,ex qbus conſtat corpus,vel codex canonum, de quo in præfatione dictum eſt, quo Romani Pontifices, præſertim in iudicis vtebantur,in quo codice ſunt canones tantùm,non ſynodalia geſta, vt ſuperius Nicolaus,in c. Romanorum, 19.diſt.ſcripſit.*

B ¶ Carthaginenſium.] *In codice canonum vnica eſt ſynodus Carthaginenſis,continens canones triginta tres: q ex varijs cõcilijs Carthagini habitis collecti fuerunt.Eos canones ſedes Apoſtolica videt̃ probaſſe, & vſa eis eſſe,quando in codicem canonum referendos curauit. Eoſdẽ etiã Græci, quo ordine apud Latinos habẽtur,cum alijs ẽterea multis Africanarum ſynodorum coniunctos in linguam ſuam verterunt, & hi ipſi ſunt,quos ijſdẽ numeris Anſelmus, Burchardus,& Iuo citant: quamuis Gratianus interdũ quidem his vtatur, interdum verò ex ſingulis Carthaginenſibus concilijs canones accipiat: quod ſuis locis indicabitur. Et de hac vnica Carthaginenſi ſynodo intelligẽdum eſt, quod habetur ſupra diſt. 16.cap. prima adnotatio. verſi. ſeptima. quod hic declarandũ allatum fuit.*

g ¶ *Apoſtolorum.*]id eſt, Apoſtolicorum.

h ¶ *Exempla.*]arg.per exempla poſſe iudicari, *b* vt 37. diſ. q de menſa.& 24.q. 3.ſi hẽs.arg.cõtra.C.de ſen.nemo. Sed illud intelligit̃ cum ius habet̃:tunc. n.p exempla nõ eſt iudicandũ. Vel dic,"q̃ exemplis priuatorum non eſt vtendũ, ſed exemplis publicæ pſonę ſiue authenticæ, vt exẽplis Prĩcipis primi, ſiue Apoſtolicorũ, vt 16.q.3. licet.ext.de ſen.& re iudi.in cauſis. "vel dic, q̃ exẽplis paucorũ nõ eſt vtendũ, ſed pluriũ bñ.

c ¶ Non indifferenter.] *Anſelmus, Deuſdedit, & Gregorius presbyter in Polycarpo habent,* qui eadem indifferenter non recipit, ipſe ſe conuincit minimè catholicam, & Apoſtolicam fidem ad effectum ſuæ retinere ſalutis.

2 *Item Nicolaus I.Photio, in epiſtola,cuius initium eſt [poſtquã beato Petro.]*

¶ Corripiendi ſunt qui decreta Romanorum Pontificum non habent,vel non obſeruant. C. II.

3 SI decreta Romanorũ Pontificũ non habetis [d]: de neglectu [e],atque incuria eſtis arguendi.Si verò habetis,& non obſeruatis, de temeritate eſtis corripiendi [f], & increpandi.

Item Innocentius D *Papa.*

¶ Ad quos ſit recurrendum,cum ſacræ ſcripturæ auctoritas non occurrit. C. III.

4 DE quibus cauſis nulla ſoluendi, ligandiq; auctoritas in libris veteris teſtamenti, quatuor Euangeliorũ cũ totis ſcriptis Apoſtolorũ [g] appareat : ad diuina recurre ſcripta greca. † Si neq; in illis, canones E Apoſtolicæ ſedis intuere.Si nec in illis,ad catholicę eccleſię hiſtorias catholicas à doctorib. catholicis ſcriptas manum mitte. Si nec in illis: ſanctorum exempla [h] perſpicaciter recordare.Quòd ſi oĩb. his inſpectis, huius qõnis qualitas non lucidè inueſtigatur, ſeniores [i] prouinciæ cõgrega, & eos interroga. Facilius nãque inuenitur qđ à pluribus [k] ſenioribus quæritur. Verus.n. repromiſſor Dñs ait § Si duo ex vobis, vel tres conueniunt ſuper terram in nomine meo, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo. §

D ¶ Innocentius] *Caput hoc non eſt inter epiſtolas Innocentij primi, quę multę extant,neque verò Innocentij ſecundi eſſe poteſt, cum ante ipſum ſcripſerint Burchardus,& Iuo,à quibus hoc ipſum citatur.*

E ¶ Canones.] *verba hęc, q̃ apud Gratianum deerant,ſunt apud Burchardum,& Iuonem,& Polycarpũ, in quo Polycarpo habentur hoc ipſo loco,in quem ſunt reſtituta.*

ps 1. DISTINCT. XXI.

DEcre-

"auctoritas canonis eſt maior auctoritate sãctorum.

a Idẽ Bal.in auc.ad hæc. col.2. C. de vſur.& Ale. de Imo.in l. bene ad cognitionem. col. 8. ff. ſi cer. pet. vbi dicit illã gl. ſing.

†al.quia qui illa.

†al.,pfectũ,

b Adidẽ 3. q. 5. qa ſuſpecti. C.de ædi. priu.an in totũ.ff.de leg.nam Imperator.2.q. 5. de Liguribus.in fi.Ar.

"Apud Anſel. & Poly. deſunt omnia Pontificũ nomina.

" Exemplis quibus eſt vtendum.

2 Eſt eadem epiſtol. 6.ex qua ſumptũ eſt c.qđ dicitis. ſ.diſ.16.

3 Anſ.l. 3. c. 33.

4 Polyc.l.7. tit.3.Burc.l. 3.c.128.Iuo p.4.c.75.

†al.greece.

Matth.18.

nanda. Nam alij appellantur simpliciter sacerdotes, &c. Et hæc discretio incepit à paganis, qui habebant flamines, & archiflamines. Similiter in nouo testamẽto incepit à Christo, q̃ Petrum in summũ sacerdotem constituit. xij. Apostolos maiores sacerdotes, 72. discipulos minores. Sed nunc, loco Petri est Papa: loco duodecim Apostolorum episcopi, loco 72. discipulorum sunt archipresbyteri. Leuitas verò statuerũt Apostoli. Ecclesia verò sub diacones, & acolythos sibi constituit.

a ¶ *Decretis.*] Hic agitur de ecclesiasticis ordinibus, & ostendit originem ipsorum, & vnde *a* sic appellentur: postea ostendit, quòd ille qui est in maiori ordine, vel dignitate, non potest iudicari à minori, & "sic Papa à nemine potest iudicari.

a i. quare.

Exod. 28. 1. Paralip. 25. & 2. 23.

"Papa à nemine iudicatur.

ADDITIO. Vt j. c. inferior. & c. submittitur. Arch.

b ¶ *Et minores.*] Cùm ergo Moses elegerit sacerdotes in veteri testamẽto. & Dominus in nouo, vt j. c. in nouo. videtur "quòd ad episcopũ de iure spectet electio canonicorum. Et Imperator dicit, quòd episcopus eligit clericos in Constantinopolit. ciuitate, vt in Auth. de mẽsura ordinandorum clericorum. ĩ 1. §. col. 3. Ad hoc dicas, q̃ episcopus de iure cõmuni cũ alijs eligit, vt extr. de ijs quæ fi. à prela, sine cons. cap. nouit. & c. ea nosci tur. consuetudo tamẽ est seruanda, vt extr. de cle. cum ecclesia. *b* Item videtur ex loco isto, q̃ Moses fuit sacerdos, cũ vnxerit sacerdotes, & idẽ dicit Inn. ext. de ma. & obe. solitę. Sed contra homicida fuit, ergo non potuit esse sacerdos, vt 23. q. 3. non inferenda. Sed dic, q̃ olim sacerdotes bene erãt homicidæ, vt 2. q. 7. §. his ita. Sed Dauid primò fuit ꝓhibitus construere tẽplum, quia vir sanguinum erat. *c* de cons. dist. 1. ca. 1: Quare autem iudices & executores testes & aduocati in causa sanguinis promoueri non possunt, dic vt notaui in quæstionibus in illa q̃stione quę sic incipit: Aliquis ex officio suo hominem interfecit. De hoc dixi quinquagesima dis. p̃ totum. Quæstio venerialis est. Archid.

Luc. 11.

"Electio canonicorum ad quos spectat.

b Hæc sñia cõiter ap. p̃batur p̃ Io. Vinc. Laud. Gof. & Ber. in ista decr. cũ ecclesia.

c Vt 1. q. 7. si quis omnẽ. de cons. di. 1. c. 1. Arch.

c ¶ *Alij primates.*] Hęc diuisio non est nisi ratione nominatum: quia ijdem sunt primates, quod patriarchæ. 99. di. c. 1.

d ¶ *Lxxij. discipulos.*] Contra j. e. dist. in nouo. vbi dicitur, quòd discipuli Domini, ideſt, Apostoli elegerũt 72. discipulos, hic dicitur, quòd à Domino, Sed dic, quòd Dominus bene dicitur fecisse quod eius minister facit: quia qui per alium facit, per seipsum facere videt, vt extr. de sent. exc. mulieres.

e ¶ *Ordinatos.*] vt 93. dist. Dominus noster. & c. diaconi.

† Sẽper fuit sacer, licet olim qdã ꝺ hoc dubitauerint. Vid gl. ĩ c. à multis. de æt. & qualit. ordi. ver. solos. & B. Th. 4. sẽ. dist. 24. art. 2. q. 3.

f ¶ *Subdiaconos.*] Non videtur verum dicere, quia tempore Apostolorum aliqui fuerunt subdiaconi, vt 35. dist. episcopus. quia ille est canon Apostolorum. Sed dic, quòd subdiaconatus tunc fuit: sed non † fuit sacer ordo adhuc. ext. de æta. & qual. à multis.

Leros. CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima ostendit Isidorus, quo nomine generaliter ministri ecclesiæ, vocentur. & dicit, quòd generaliter clerici vocantur; & dicit quare sic vocantur: & ponit nomina, & numerum ministrorum. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Ordo verò.* facit quadrimembrem diuisionem huius nominis, episcopi. & ponit etymologiam eorum, quæ sub diuisione illa continentur. In tertia parte, quæ incipit ibi, *Pontifex princeps sacerdotum.* ponit officia singulorum ordinum, inferendo interpretationes eorum.

tis a ergo Romanorum Pontificum, & sacris canonibus conciliorum ecclesiastica negotia, vt supra monstratum est, terminantur. Ministri verò sacrorum canonum, & decretorum Pontificum sunt summi Pontifices, & infra præsules, ac reliqui sacerdotes, quorum institutio in veteri testamento est inchoata, et in nouo plenius cõsummata. ¶ Summi enim Põtifices, & minores b sacerdotes à Deo sunt instituti per Moysem, qui ex præcepto Domini, Aaron in summum Pontificem, filios verò eius unxit in minores sacerdotes: Postea verò Dauid, cum ministeria domus Domini ampliaret, ianitores & cantores instituit. Porrò Salomon quendã modum exorcizandi inuenit, quo demones adiurati, ex obsessis corporibus pellebantur: huic officio mancipati, exorcistæ vocati sunt, de quibus Dominus in Euangelio, [Si ego in Beelzebub eĳcio dæmona filij vestri (videlicet exorcistę) in quo eĳciunt? [Hæc omnia in nouo testamento ecclesia imitata, habet ianitores suos, quos ostiarios appellamus. Pro cantoribus lectores & simul cantores instituit. Exorcistas autem nomine antiquo, & officio pmanente recepit. Pro filijs vero Aaron, omnes infra summum Pontificẽ sacerdotium administrantes sunt cõsecrati. ¶ Inter eos quædam discretio seruata est, vt alij appellẽtur simpliciter sacerdotes, alij archipresbyteri, alij corepi, alij epi, alij archiepi, seu metropolitę, alij primates c, alij patriarchæ, alij summi Pontifices. Horum discretio à gentilibus maximè introducta est, qui suos flamines, alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabant. Simpliciter verò maiorum, et minorum sacerdotum discretio in nouo testõ ab ipso Christo sumpsit exordium, qui 12. Apostolos tãquam maiores sacerdotes, & lxxij. d discipulos quasi minores sacerdotes instituit. Petrum verò quasi in summum sacerdotem elegit, dum ei præ omnibus, et pro omnibus claues regni cęlorum tribuit, & à se petra, Petri sibi nomẽ imposuit, atque pro eius fide se specialiter rogasse testatus est, & vt cæteros confirmaret, sibi iniunxit, dicens [Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus cõfirma fratres tuos.] Hanc eandem formã Apostoli secuti in singulis ciuitatib. episcopos, & presbyteros ordinauerũt. Leuitas autem ab Apostolis ordinatos e legimus, quorum maximus fuit B. Stephanus. Subdiaconos f, & acolythos procedente tempore ecclesia sibi constituit.

¶ De his ita scribit B. Isidorus lib. 7. etymol. c. 12. noĩa illorum, & nominum causas exponens, ita inquiens.

¶ Vnde nomina ecclesiasticorum graduum sumantur. C. I.

1 CLeros g, & clericos hinc appellatos credimus, q̃a Mathias h sorte electus est, quẽ primũ i p̃ Apostolos legimus ordinatũ. Κλῆρος n. græcè, sors latinè, vel hĩreditas dr. Propterea ergo dicti sunt clerici, quia de sorte Dñi sunt, vel q̃a Dñi partem k habent. Generaliter aũt clerici nuncupantur oẽs, qui in ecclesia Christi deseruiunt: quorũ gradus, & nomina sunt hæc, ostiarius, psalmista l, lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, diaconus, p̃sbyter, epus. m ¶ Ordo episcoporũ quadripertitus est, ideſt in patriarchis n, archiepis o, metropolitanis, atque epi-

1 De officijs l. 2. c. 1. Rab. de instit. cle. l. 1. c. 2.

Act. 1.

"Sors in electiõib. est reprobata.

g ¶ *Cleros.*] Primò ostẽdit Isidorus quo nomine vocentur ministri ecclesiæ, & quare sic vocentur ministri ecclesiæ. Secundò ponit quadrimembrem diuisionem episcoporum. Tertiò ponit interpretationes omnium ordinum ecclesiasticorum, & eorum officia. Secunda pars incipit ibi, *Ordo verò episcoporum.* tertia ibi, *Pontifex.*

Luc. 22.

Act. 6.

h ¶ *Mathias.*] Cũ quo fuit electus Ioseph. 26. q. 2. c. 1.

ADDITIO. Hic habetur, q̃ hoc nomen, clericus, à Mathia incepit. ipse enim sorte electus est Hug.

i ¶ *Primum.*] In clericum scilicet, alius scilicet Iacobus fuit primò episcopus factus, vt j. 66. dist. pòrrò. "Et est hic argum. pro sorte facienda, vt ff. de iud. sed cum ambo. & quòd in electionibus tempore necessitatis possumus secũdum sortẽ procedere, vt 26. q. 2. non exemplo. contra ext. de elect. ecclesia vestra. & ita ista gl. non valet. extra de elect. quia propter. Vel dic tunc esse vtendum sorte, cum est vtrobiq; paritas in omnibus, & subest causa necessitatis, vt cum est cõtentio de electione. 26. q. 2. non exemplo.

Act. 1.

"Sors in electiõib. est reprobata.

k ¶ *Partem.*] id est decimas, & primitias, quę dicuntur Dei, *d* vt

d Subaudi quãuis Dñi sit terra, & plenitudo eius, vt in Ps. 8. di. quo iure. Arc.

12. q. 2. ca. quisquis. Io. &c.

l ¶ *Psalmista.*] Hic patet, quòd psalmista, & ostiarius, & lector sunt clerici. 25. dis. perlectis. & 32. dist. seriatim. & 72. dis. clericum. & 11. q. 1. de persona. & deponi possunt sicut alij clerici, vt 27. q. 1. si quis episcopus. & q̃ injicit manus in istos, excommunicatus est, vt 17. q. 4. si quis. & extra de senten. excom. non dubium. & c. parochianos. Et per primam tonsuram fit aliquis Psalmista, vel clericus, "& illa tonsuram est sacramentale signum, vt 12 quæst. 1. duo. Sed si hoc dicatur, tunc erunt nouem ordines: Veruntamen videtur, quòd non sit ordo: quia vbi tractatur, quòd clericus alij obedientiam præstabit, nihil agitur de istis ordinibus, vt 93. distinctio. à subdiacono. similiter alibi, vt 77. distinctione illud. Sed dic quòd tantùm septem sunt ordines qui conferuntur cum solemnitate, sed tamen nouem sunt. Ioannes. "Sed certè omnes conferuntur cum solemnitate hodie præter Psalmistatum, qui à solo sacerdote confertur, vt 23. distinctio. Psalmista. Barto.

"Tonsura prima an sit ordo.

"Sacerdos simplex psalmistatũ conferre põt.

m ¶ *Episcopus.*] argum. quòd episcopatus est ordo, *e* vt 93. dist. diacones.

e Quid sit ordo, hẽs j. 32. dist. c. 1. ibi de hoc. & ad idẽ extra de renũ. post translationẽ. §. vlt. vbi de hoc.

n. ¶ *In patriarchis.*] Quo nomine comprehendit principales patriarchas, vt Romanum, Constantinopolitanum, Alexandrinum, Hierosolymitanum, Antiochenum.

o ¶ *Archiepiscopis.*] id est, primatibus, quo nomine comprehendit alios patriarchas siue primates, vt Aquilegiensem *f*, Cantuariensem, Bituricensem.

f Sub. ꝺ quo hĩ 9. q̃. 3. nunc verò. Arc.

a ¶ *Amen-*

* Archiepſ quot ſuffragan. héat.

a ¶ *A menſura.*]"Quia x.vel xj.debet ſub ſe habere,vt 6. q. 3. ſcitote. Vel dicitur à metros, quod eſt mater, & polis,quod eſt ciuitas, qa eſt mater aliarum ciuitatum. 12.diſ.de his.

b ¶ *Licet.*]de ijs, quæ ſpectant ad totam prouinciam:ſed de ijs,quæ ad ſuam diœceſim ſpectant, ſine eorum licentia poſſunt diſponere. 11.q.3.c.1.& 2.

c ¶ *Diſponit.*]Ergo epiſcopus confert dignitates eccleſiaſticas,vt 73. di.eporum. *a* Ar.contra.93.di. legimus. vbi dicitur, qp tantùm ad epm ſpectat confirmatio: ſed hoc refertur ad diuerſas cõſuetudines, vt ext. de elect. cum in cunctis. & c.cum eccleſia vulterana. Io. "Ego credo,qp de iurẽ cõi tm electio dignitatum ſpectet ad capitulum,cum epo,vt ext.de ijs quę ſi. à prel. ſine conſenſu c. ea noſcitor.& c. quãto.

d ¶ *Ex gręco.*]ſ. dos, quod eſt datio.

e ¶ *Virga.*]qua arcebant aues à carnibus ſacrificiorum.

f ¶ *Nudis.*]Arg qp nõ incedit nudus qui filũ fert in capite.

g ¶ *Dignitatem.*]vt 84. diſt.porrò.

h ¶ *Et non ętatis.*]tantum ſupple: quia alibi dicitur,qp eſt nomẽ ętatis,vt 93.diſt.legimus.

i ¶ *Nathinęi.*]Iſti dñr miniſtri miniſtrorum, & interpretantur in humilitate Deo ſeruientes,vel Deo donati. & ſunt dicti ab eo tẽpore, quo Ioſue Gabaonitas donauit ad miniſteriũ templi,ſ.vt ligna ibi cæderent in ipſo, & aquã portarent ad opus ſacrificij, de quibus dicit 22.q.4.innocens.H.Et no. qp iſti Nathinæi lauabant hoſtias in probatica piſcina"Probaton grecè, dicitur ouis latinè. ſic ergo dicta erat, quia in ea Nathinæi,&c.ſicut prędixi,vt legitur in hiſtorijs euãgelij cap.poſt hoc erat, &c. Arch.

k ¶ *Prędicant.*]i.legũt recitando, non autem prædicando: quia illud eſt officium ſacerdotũ. 16 q.1.adijcimus.

l ¶ *Miſerabiliter.*]Nõ per prauam, vel raucã vocem: ſed potius per altam vocem & ſonoram, & iſte intellectus patet ex litera ſequenti,vbi dicit,tanta enim & cætera.

a 60.diſt. c. 1. Arch.

† al.doctrinę & ptăti.] Orig.

"Dignitatũ electio ad quos ſpectat.

"Probaton qd dicitur.

†ſupereffici tur, ſuperintendat] ori. & Rab.

ſcopis. Patriarcha, græca lingua, ſummus patrum interpretatur:quia primũ, id eſt A Apoſtolicum retinet locũ, & ideo, quia ſummo honore fungitur, tali nomine cẽſetur,ſicut Romanus,Anthiochenus, & Alexandrinus.Archiepiſcop' græco dicitur vocabulo, qp ſit ſummus epiſcoporum: tenet enim vicem apoſtolicã, & præſidet tam metropolitanis, quàm cæteris. Metropolitani autem à menſura [a] ciuitatum vocãtur: ſingulis enim prouincijs præeminent, quorum auctoritati, & doctrinæ† cęteri ſacerdotes ſubiecti ſunt,ſine quibus nihil reliquos agere licet [b] epiſcopos: ſolicitudo enim totius ꝓuinciæ ipſis commiſſa eſt. Omnes autem ſuperius deſignati ordines vno eodemq; vocabulo epiſcopi nominantur:ſed ió priuato nomine quidam vtuntur,propter diſtinctionem poteſtatum, quam ſingulariter acceperunt. Patriarcha patrũ princeps: Ἀρχή emñ princeps: inde archiepiſcopus princeps epiſcoporum,ſicut metropolitanus à menſura ciuitatum.

¶ Epiſcopatus autem vocabulum inde ductũ,quòd ille, qui efficitur†epiſcopus,ſuperintẽdat, ſcilicet curam gerens ſubditorum: Σκοπεῖν enim græcè, latinè intendere dicitur. Epiſcopi autem græcè,latinè ſpeculatores interpretantur:nam ſpeculator eſt prępoſitus in eccleſia dictus, eò qp ſpeculetur, & perſpiciat populorum infra ſe poſitorum mores, & vitam. ¶ Pontifex princeps ſacerdotum eſt,quaſi via ſequentium. Ipſe & ſummus ſacerdos, ipſe & Pontifex maximus nuncupatur. Ipſe enim efficit ſacerdotes, atque leuitas: ipſe omnes ordines eccleſiaſticos diſponit [c]:ipſe,quid vnuſquiſq; facere debeat,oſtendit. Antea autem qui Reges erant, & Pontifices erant. Nam maiorũ hęc erat conſuetudo, vt Rex eſſet ẽt ſacerdos & Pontifex. Vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. ¶ Vates à vimentis appellatus eſt,cuius ſignificatio multiplex eſt: nam modò ſacerdotem,modò prophetam ſignificat, modò poëtã. ¶ Antiſtes ſacerdos dictus eſt,qđ anteſtat: Primus eſt.n. in ordine eccleſię,ſupra ſe nullum habet. ¶ Sacerdos autem nomen habet compoſitum ex gręco [d] & latino, quaſi ſacrum dans: ſicut enim rex a regẽdo, ita ſacerdos à ſacrificando vocatus eſt:conſecrat enim, & ſacrificat. Sacerdotes aũt gentilium flamines dicebantur. Hi in capite habebant pileum,in quo erat breuis virga [e] deſuper habens lanæ aliquid, quod cum ꝓp æſtum ferre non poſſent,filo tantùm capita religare cœperunt. Nam nudis [f] penitus eos capitibus incedere nefas erat. Vnde à filo,quo vtebantur, flamines dicti ſunt,quaſi filamines. Verùm feſtis diebus filo depoſito pileum imponebant pro ſacerdotij eminentia. ¶ Presbyter græcè, latinè ſenior interpretatur: nõ modò pro ætate,vel decrepita ſenectute, ſed etiam ꝓp honorem,& dignitatem [g],quam acceperunt,presbyteri nominantur.vnde B & apud veteres,ijdẽ epi, & presbyteri fuerunt: quia illud nomen dignitatis eſt,& non ętatis. [h] Ideo autem & presbyteri ſacerdotes vocantur,quia ſacrum dant,ſicut & epi:qui licet ſint ſacerdotes,tamen Pontificatus apicem non habent:quia nec chriſmate frontem ſignant, nec paraclitum ſpiritum dant, quod ſolis deberi epiſcopis lectio Actuum Apoſtolorum demonſtrat. Leuitæ ex noĩe auctoris vocati. de Leui. n. Leuitæ exorti ſunt: à quibus in templo Dei myſtici ſacramenti miniſteria explebantur. Hi gręcè diaconi,latinè miniſtri dicuntur,quia ſicut in ſacerdote conſecratio, ita in diacono miniſterij†diſpẽſatio hr̃.Hypodiacones gręcè, quos nos ſubdiaconos dicimus,qui ideo ſic appellãtur,quia ſubiacent præceptis, & officijs Leuitarum. Oblationes enim in templo Dei à fidelibus ipſi ſuſcipiunt,& Leuitis ſuperponendas altaribus deferũt: hi apud Hebræos Nathinæi [i] vocantur. Lectores à legendo, pſalmiſtæ à pſalmis canendis vocati: illi enim prædicant [k] populis, quid ſequantur: iſti canunt, vt excitent ad compunctionem animos audientium: licet & quidam lectores ita miſerabiliter [l] pronuntient, vt quoſdam ad luctum, lamentationemque compellant. Ijdem etiam & pronuntiatores vocantur, quòd porrò † annuntient. Tanta enim & tam clara erit eorum vox, vt quamuis longè poſitorum aures adimpleant. Cantor autem vocatur, qui a vocem modulatur in cantu. Huius duo genera dicuntur in arte muſica, ſicut ea docti homines latinè dicere potuerunt, præcentor, & ſuccentor: præcentor ſcilicet, qui vocem præmittit in cantu: ſuccentor autem, qui ſubſequenter canendo reſpondet. Concentor autem dicitur, quia conſonat: qui autem non conſonat, nec concinit, nec cantor,nec concentor erit. 1 Acolythi græcè, latinè ceroferarij dicuntur,à deportandis cereis,quando legendum eſt Euangelium, aut ſacrificium offerendum: tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, non ad effugandas tenebras, dum ſol eodem tempore rutilet, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum, vt ſub typo luminis corporalis illa lux oſtendatur, de qua in Euangelio legitur § Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. § Exorciſtæ ex græco in latinum adiurantes, ſiue increpantes vocantur: inuocant enim ſuper cathecumenos, vel ſuper eos, qui habent ſpiritum immundum, nomen Domini Ieſu, adiurantes per eum, vt egrediatur ab eis. Oſtiarij ijdem, & ianitores, qui in veteri teſtamento electi ſunt ad cuſtodiam templi, vt non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti autem oſtiarij, quòd præſint oſtijs templi. Ipſi enim tenentes clauem, omnia intus, extra-

a ¶ Et

A&.8.

† al. myſterij.

† al.populo

1 Iuo p.6.c. 8.

Ioan.1.

a ¶*Et respuunt infideles.*] i. excommunicates. Et ita ostiarius remouet *a* excommunicatos ab ecclesia, *b* vt hic,& 25. dist.per lectis.

a Scilicet, ab ingressu ecclesię corporaliter arcẽdo. Hug.

IN *nouo testamento.*] Hęc est secunda pars huius distinct. in qua probatur quòd Romana ecclesia sit caput, ab ipso Domino specialiter instituta, secundariò à cõcilijs. Ioan.de Fan.

b Arg. contra 1.q.1.§ studet. in fi. ibi videas qđ not. ibi. sic etiã no. 23.dist.ostiarius. Arc.

CASVS. In hoc c. ostendit Anacletus, qp primus sacerdos post Christum fuit Petrus, cui data est potestas ligandi & soluendi:cæteri vero Apostoli, q cũ eo parem honorem assecuti sunt, ipsum in principem elegerunt, loco quorum hodie sunt episcopi. Videntes autem Apostoli prę dicatores paucos,elegerunt 72.discipulos, loco quorum sunt prębyteri in ecclesia: & q hos recipit, Christum recipit, & qui hos spernit, Christum spernit, & ab eo spernetur.

b ¶*Tu es Petrus.*] videtur ergo, quòd p hęc verba,tu es Petrus, &c. datus fuit Petro pontificatus, & ita ante passionem, quia ante fuit ei dictum: & ita videtur contradicere 50.di. considerandum. & c.fidelior.nam ibi dicitur, quòd post passionem fuit datus ecclesiæ pastor,& non ante. Solut. primò fuit Apostolus ante passionẽ: sed post passionem fuit pastor creatus per illa verba: Si diligis me,&c.vt ext. de elec. significasti. qđ etiam hic innuitur cũ dicit, tibi dabo claues, &c. *c* hoc enim est ꝓmittere,& non dare.

g Anſl.1.c.1.Burc.l.1.c.1.Iuo p.5.c.1.Pan.l.3.c.82.

Matth.16.

c Idẽ tenet Ale. de Im. in l.iurisgẽtium. col.3. ff. de pac.

ADDITIO. Ad huius verbi declarationem vide quod leg.& not.23. q.6. iam verò. §. ex his. iuxta prin. in glo. sed qualiter. Arch.

c ¶*Pari.*] Arg. quòd omnis episcopus sit par Apostolico quantum ad ordinem & rationẽ consecrationis.24. q.1. loquitur, in prin.

Matth.vlt.

" Petrus in administratiõe maior alijs fuit.

" Petrus tamen maior fuit alijs in administratione,vt 2.q.7. puto.potest enim aliquis esse maior alio in ordine, sed tamen minor in administratione, vt archipresbyter maior est archidiacono, vt 25. di. prelectis. "De Apostolis qñ fuerunt consecrati,non legimus: Dicunt tamen qdam qp in cœna,qñ dictũ est eis:Hoc facite in meam commemorationem. De consecr.di.2. in Christo.in fi. Alij dicũt, qp cum dictum est eis: Ite,baptizate omnes.de cõsec.dist.3. propriè. De Paulo & Barnaba hẽmus 75.di.qp die.& Iacobo.66.di.porrò.

" Apostoli qñ fuerunt consecrati.

extraque custodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, & respuunt infideles [a].

a ¶Id est Apostolicum.] *Antea legebatur,* post Apostolicum. *Restituta est vera lectio non modo ex Isidori, & veterum exemplarium Gratiani fide, sed ex ipsa ab Isidoro allata ratione,qui Romanum, Antiochenum, & Alexandrinum, Patriarchas,ppterea vocat: quia Apostolicum locum tenent. Hoc idem B. Gregorius lib.6. epist. 37. scribens Eulogio Alexandrino, declarat his verbis:* Itaque cum multi sint Apostoli,pro ipso tamen principatu sola Apostolorum Principis sedes in auctoritate conualuit,quę in tribus locis vnius est. Ipse enim sublimauit sedem, in qua etiam quiescere, & præsentem vitam finire dignatus est:ipse decorauit sedẽ, in qua Euã gelistam discipulum misit: ipse firmauit sedem, in qua septem annis, quamuis discessurus, sedit.

Atque hoc idem ait Anacletus. c.sacrosancta.infra.dist.22.

b ¶Vnde & apud.] *Restituta hæc sunt in locum suum,quo loco habentur apud sanctum Isidorum.*

c ¶Et non ætatis.]*In orginali est, hoc ætatis,& ita apud Hieronymũ in epist.83.ad Oceanum,sed ob glossam non est mutatum.*

Itẽ Anacletus ad epos Italię,epis.2.

¶Romana ecclesia à Christum primatum accepit. C. II.

1 IN nouo testamento post Christum Dominum à Petro sacerdotalis cœpit ordo: quia ipsi primo Põtificatus in ecclesia Christi datus est,Dño dicente ad eum: § Tu es Petrus [b], & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & portę inferi non ꝑualebunt aduersus eã: & tibi dabo claues regni cęlorum. § Hic ergo ligãdi,atq; soluẽdi ptãtem primus accepit à Dño, primusq; ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit. Cæteri verò Apostoli cum eodem pari [c] cõsortio honorem, & ptãtem acceperunt: ipsumq; principẽ eorum esse voluerunt: qui etiã iubente Dño in toto orbe dispersi Euangelium prædicauerunt. Ipsis quoq; decedẽtibus in locum eorum successerunt epi: quorum ordinatio prætaxato [d] dẽt fieri ordine, & modo: quos qui recipit, & verba eorum,Deum recepit: qui aũt spernit eos,eũ, à quo missi sunt & cuius legatione funguntur, spernit: & ipse indubitanter spernetur à Dño. Videntes autem ipsi Apostoli messem esse multã, & operarios [e] paucos: rogauerũt [f] dñm messis,vt mitteret operarios in messem suã: inde ab eis electi sunt lxxij. discipuli,quorum typum gerunt presbyteri,atque in eorum locum sunt cõstituti in ecclesia.

Item Gelasius vrbis Romæ Episcopus omnibus orthodoxis. 2

¶ Primatum Romanæ ecclesię nõ aliqua synodus, sed Christus instituit. C. III.

3 QVãuis vniuersæ per orbem Catholicę ecclesię vnus thalamus Christi sint, sancta tñ Romana,Catholica, & Apostolica Ecclesia nullis synodicis constitutis [g],cæteris ecclesijs ꝑlata est, sed Euangelica voce Dñi, & saluatoris nostri primatũ obtinuit, § Tu es Petrus(inquiens) & super hãc petram, ædificabo ecclesiam meam: & portę inferi non prævalebunt aduersus eã. Et tibi dabo claues regni cęlorum,& quodcunq; ligaueris super terram,erit ligatum & in cęlis, & quodcunq; solueris super terrã,erit solutum & in cęlis. § 4 Cui data est societas beatissimi Pauli vasis electionis, q nõ diuerso (sicut hęretici garriũt) sed vno tpe, vno eodemque die [h] glorioſa morte cũ Petro in vrbe Roma sub Cęsare Nerone agonizans coronatus est, & pariter supradictam sanctã Romanam ecclesiam Christo dño consecrarunt [i], eamque omnibus vrbibus in vniuerso mundo sua pñtia,atque venerando triumpho prętulerunt. Est ergo prima [k] Petri Apostoli sedes Romana, ecclesia non habens maculam,neque rugã, nec aliquid [l] huiusmodi.

3 In his omnibus,quanto gradus m celsior,tanto maior auctoritas inuenitur. In maioribus siquidem est regendi,& iubendi potestas: in minoribus obsequendi necessitas.

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epistola cuius initium est [*Proposueramus.*]

d ¶*Prętaxato.*]in parte c.quæ hic non est.

e ¶*Operarios.*]arg.hic signauerunt doctores *d* qp licet sit statutus certus numerus canonicorum: si tamẽ excrescant ecclesiæ facultates,qp præbẽdæ debent augeri,vt extra de vi.& ho. cl.quoniã.hoc expeditũ est ext.de cõst.cum M. Fer.& ext. de cen.quanto.

d Vt Lau.

f ¶*Rogauerũt.*]"Arg. qp non nisi volentib.da bitur prelatus,etiã à Papa,vt j.dis.prox.sacrosancta.si.8.q.1.sciẽdũ.*e* & c.audacter. Dic, à prĩcipio non datur inuitis,sed ex postfacto sic, si sint negligentes. 61. dist.nullus inuitis.

" Prælatus nolẽtib. nõ est dandus.

e al.si ergo.

Luc. 10. Matth.9.

QVamuis.]CASVS. Dicitur in hoc c. qp ecclesia Romana caput est aliarum ecclesiarum, & qp ꝑfertur alijs. Et hoc probatur duab. rationib.Prima est, qa Christus dedit ei primatũ & auctoritatem voce sua,dicens: Tu es Petrus & super,&c. Secunda est, quia Petrus, & Paulus vna die gloriosa morte in vrbe Romana sub Cæsare Nerone coronati, ecclesiã Romanam consecrauerunt,& eam alijs sui ꝑsentia prætulerunt. Et ostenditur hic quis minister præsit alijs: vnde facit ad propositũ Gratiani.

2 In decretis cum 70. episcopis.

3 Polyc.l.1.ti.2.Ans.l.j.c.69.Burc.l.3.c.220. Pan.l.4.c.3.

Matth.16.

g ¶*Constitutis.*] scilicet,tantum.

h ¶*Eodemque die.*] ,, Hic videtur qp eodem die Petrus & Paulus fuerunt crucifixi. 2. q. 7.beati.dicunt tamen qdam qp reuoluto anni spatio Paulus fuit decollatus, sed eodẽ die post annum.Historia *f* tamen dicit,14.an. imperij Neronis cos fuisse occisos.

" Petrus & Paulus eodẽ die passi sunt.

4 j. dist. 22. c. sacrosancta. ex Anaclet.

f Scilicet, Romana. H.

i ¶*Consecrarunt..*]Sic ergo ecclesia consecratur sanguine alicuius, sicut aliquis baptizatur in sanguine suo, vt de consec. dist. 4. baptismi vicem.

k ¶*Prima.*]dignitate. Nam ecclesia Antiochena præcessit istã, vt 24.q. 1. rogamus.

l ¶*Nec aliquid.*] Arg. qp vbicunque sunt boni,ibi est ecclesia.

IN HIS. Hæc est tertia pars dist. in qua ponit sex c. de materia de pœnis Ignatij Constantinop. patriarchæ, qui fuit depositꝰ à suis subditis & excõicatus, & postea per Romanam ecclesiã restitutus. 63. di.Hadrianꝰ.Io.de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus in hoc §.qp quanto gradus est celsior, tanto maior est auctoritas in maiorib. & regendi potestas:in minoribus obsequendi necessitas.

m ¶*Gradus.*] In ordinibus g de quib. ꝛ. dixi.e. dist.cleros.

g Et ordinatis.Arch.

INferior] CASVS. Omnia c. se. loquuntur de Ignatio Constantinopolitano patriarcha, qui fuit depositus à suis suffraganis auctoritate & fauore Michaëlis Imperatoris, contra quos inuehitur Nicolaus Papa dicens, quòd suffraganei Ignatium deponere non potuerunt: quia inferior sedes non potest superiorem absoluere, vel ligare. & hoc probatur auctoritate Esaiæ dicentis: Nunquid gloriabitur securis, &c.

¶Inferiorum facta, superiorum sententijs obnoxia sunt. C.IIII.

INferior [a] sedes superiorem absoluere non potest. Sola ergo potior inferiorem conuenienter absoluit. Hinc [b] liquidò peruidetur: quia quem non potest absoluere, non potest iudicio inferior potiorem ligare. *& infrà*. Vnde prophetа [c] ait: [Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? aut exaltabitur serra cõtra eum, qui trahit eam?] His ita ex diuina scriptura, & probabilium Patrum doctrina cõmemoratis, sole clarius exhibuimus [d], non posse quẽquã, qui minoris auctoritatis est, eũ, qui maioris potestatis est, iudicijs suis addicere, aut proprijs definitionib⁹ subiugare.

Idem eadem epistola.

¶De eodem. C. V.

NOlite nos existimare facta cuiuscunque proximorum nostrorum, quæ sunt digna reprehensione, velle defendere; sed quòd ita vélimus filios circa spiritualem patrẽ, & discipulos erga magistrum deuotos, ac sobrios esse, vt nulla penitus temeritate ad eorũ vitam (vt non dicam diiudicãdam) sed nec saltem tenuiter reprehendẽdam [e] prosiliant.

Idem Nicolaus Papa eadẽ epistola.

¶Inferiores maioribus nec benedicere, nec maledicere possunt. C.VI.

1 DEnique si in epistola legimus ad Hebræos [f], ꝙ minor à maiore benedicitur: restat profectò, vt exigente ratione etiam maledicatur [g]. Siquidem hæc vtique prænoscẽtes periculosa tẽpora illi, qui ante nos fuerunt, prouidam in ecclesijs consuetudinem tradiderunt, hodieque in Romana ecclesia, quæ magistra est omnium ecclesiarum, impræter-missa† seruatur: ita vt nullus sacerdos maiores [h] suo non innuente† consacerdote, cuilibet rei benedictionem † dare nitatur: sed & anterior stans ad pronuntiandam aliquam lectionem, benedictionẽ quidem postulat, sed ei quilibet inferior non audet penitus benedicere [i]. Cur hoc? nunquid benedicere peccatũ [k] est? absit. De maledicis enim, non de benedicis dicit Apostolus, ꝙa regnum Dei nõ possidebunt: sed per hoc innuitur, quantæ censuræ fræno inferiores quique à suis præpositis iudicandis coercendi sunt, si his nec etiam benedicendi ius vllum penitus obtineant.

Idem eadem epistola.

¶De eodem. C. VII.

2 NVnc autem diuina inspiratione nõ nos pigebit, nec nobis impossibile erit, ostẽdere vobis (si tamen audire velitis) non posse quemquam ritè ab ijs, qui inferioris dignitatis, vel ordinis sunt, iudicialibus submitti definitionibus. Siquidem tempore Diocletiani [l], & Maximiani Augustorum Marcellinus [m] episcopus vrbis Romæ, qui postea insi-

a De hoc ét hĩ 26.q.1.in sũma. Arc.

Esa.10.

† Coniunge l. est receptum. ff. de iurisd. om.iu.

1 Anſ.l.7.c. 144. Iuo p. 5.c.17.& p. 6.c.355. Heb.7.

"Confitens extraneo sacerdoti non cõsequitur remissionẽ.

b Vbi d hoc extr. de ma. & obe. cum inferior. ibi in glos.1.dic vt ibi.Arch.

c Hoc c.potius facit ꝓ, ꝙ cõtra, prout ibi not.in gl.vlti. Arc.

"triplex est reprehensio, imperiosa, ꝙ fit imperio ptãtis: hæc tm̃ maiorib. concedit̃.43.dist. sit rector. vt hic. Alia socialis, hæc minorib. cõcedit̃.81.dist.in oĩb. Tertiã temeraria est, ꝙ infam̃andi cã fit: & hæc nulli cõcedit̃, vt 5.q.vlt. delator. ADDITIO. Quarta humilis & deuota, vt 2.q.7.nos si.§.item cum Balaam.

"reprehensio est triplex.

DEnique.] CASVS. Probat Nicolaus in hoc cap. ꝙ maiores possunt iudicare minores, & benedicere, sed non econtra. Et hoc ꝓbat exemplo Melchisedech, qui sicut legitur ĩ epistola ad Hebræos, benedixit minori, scilicet Abrahæ. Similiter hoc probatur consuetudine ecclesiæ: ꝙa nunquam maior legens lectionem, benedicetur à minori. Vnde patet ꝙ maiores pñt iudicare minores, cum ab eis benedici non possint.

† al. impræmisse.

† al. iubente

† al. benedicere nitat.

f ¶*Ad Hebræos.*] vbi legitur, quòd Melchisedech benedixit Abrahæ. & per hoc probat Apostolus Melchisedech fuisse maiorem.

Gal.5.

g ¶*Etiam maledicatur.*] Contrariorum. n. eadem est ratio, vt ĩ.ea. inferior. ff. de verb. ob. inter stipulantem.

h ¶*Maiores.*] Arg. "ꝙ minor iudex non põt exercere iurisdictionẽ suam pñte maiore iudice, vt 95.distin. presbyter. ff. de offic. procon. l. vlt. Arg. cõtra. 11.q.1. peruenit. & C. de don. in hac. 95.dist. ecce. Dic ꝙ si minor habet iurisdictionem à maiore, nihil agit, quod sit ad derogationem illius. ext. de off. leg. volentes.

"Minor qescit præsente maiore.

2 Polyc. li. 1, tit. 20. Anſ. l. 2. c. 67. al. 65. Iuo p. 5. c. 8. Pann. l. 4. c. 6.

i ¶*Benedicere.*] Sed dicitur ẽpo, qui postulat hãc benedictionẽ. Ora pro nobis pater sancte. in quibusdam locis ipse inferior dicit episcopo: Iube domine benedicere. & episcopus benedictione facta legit.

k ¶*Peccatum.*] Arg. ꝙ aliquid prohibetur, non ꝙ ipsum malum sit, sed quòd inde malum potest sequi, vt 22.q.1. in nouo. & 11.q.3. nolite. & 63.dist. cum Hadrianus. §. verum.

NVnc autem.] CASVS. Probat Nicolaus in hoc c. quòd subditi nõ possunt iudicare prælatos. Et hoc facit duob. exemplis, s. Marcellini Papæ, qui licet confessus fuisset in synodo episcoporum se à Paganis compulsum grana thuris diabolo immolasse: nullus tamen episcoporum ausus fuit eum iudicare, sed omnes dixerunt: Ex ore tuo iudica teipsum: quia prima sedes non iudicabitur à quoquam. Et exemplo Xisti Papæ: cui cum in concilio vbi Valentinianus Imperator interfuit, multa obijcerentur: tribuit ei Imperator potestatem iudicandi seipsum: cum ipse nõ sit subiectus iudicio minorũ.

"Imperatores duo eodem tempore fuerunt

l ¶*Diocletiani.*] "No. simul duos fuisse Imperatores. Dic ꝙ erant duæ personæ, sed tm̃ erãt loco vnius. Sed cõtra 7.q.1. in apib. Sed fortè vnus habuit dignitatẽ: alter administrationẽ. ADDITIO. Dic ꝙ huic cõtrario standũ est: ꝙa nõ dẽt esse nisi vnus. Ad hoc ext. de off. or. q. ñ. §. j. & hoc casuale fuit ĩ Pet.

m ¶*Marcellinus.*] Sed de isto legitur, ꝙ concilio congregato confessus est ꝙ fecerat, & in se tulit sñiam depositionis: & veniens coram Diocletiano confessus est se Christianũ esse: & excõicauit quicunque eum post mortem sepeliret. Sed videtur ꝙ hæc sñia, qua præcepit, non sepeliri corpus suum,

conti-

contineat errorem: vnde nulla deberet esse, vt extra de sentē. excommu. per tuas. si quis enim præcipiat quòd corpus suum non sepeliatur, hoc præceptum non est adimplendum, vt ff. de condi. inst. quidam. Præterea qualiter poterat iste seipsum excommunicare *a*, vel deponere, cum par in parem non habeat imperium, vt extr. de electio. innotuit? Ad hoc potest dici, q̄ non fuit sententia quam tulit, sed quædam interpretatio, & infuit ei tacita conditio, scilicet nisi Deus aliter reuelauerit, *b* & Dominus reuelauit aliter: quia sepultus fuit post 30. dies post mortem. Itē quæritur, quare isti episcopi non deposuerunt Papam cum esset confessus de hęresi, vt 40. di. si Papa? Dicit Hug. q̄ paratus erat corrigi. licet. n. Papa, vel alius sit hęreticus, si tamen paratus est corrigi, *c* non deponitur, vt 24. q. 3. dixit Apostolus. Vel ideo non debebant ipsum deponere, q̄ coactus fecit. 50. dist. presbytero.

a ¶ *Compulsus.*] Conditionali non absoluta coactione. si. n. fuisset absoluta, non deliquisset, vt 50. di. presbyteros.

b ¶ *Ex ore.*] Arg. q̄ aliquis p̄t esse iudex in ꝓpria causa. sic ff. de adopt. l. 3. C. de fideic. l. vlt. sed Iudex ibi improprie dicitur. i arbitrator. in iurisdone cōtentiosa non potest, sed in voluntaria sic. *Submittitur.*] Casus. Probat Nicolaus in hoc c. q̄ Ignatius non potuit deponi à subditis, quia canones & exēpla sanctorum patrum præcipiunt semper esse recurrendum ad maiorē sedem in causis episcoporum: quod non solū à catholicis, sed etiā ab ipsis hæreticis obseruatur, quia etiam clericus à solo episcopo iudicari nō potest, & nisi Dominus Papa interfit vbi episcopus iudicatur, acephalū erit tale concilium.

c ¶ *Hęreticis.*] Arg. q̄ ab exemplis gentilium est argumentandum, vt 11. q. 1. sacerdotibus. 13. q. 2. questa. & c. non æstimemus.

d ¶ *Inferioris.*] j. 15. q. 7. si autem. in fi. contra, vbi dicitur, quòd solus episcopus illorum causas potest audire. Sed non excludu ntur ibi clerici, sed alij episcopi. 15. q. 7. episcopus nullius.

In tantum.] Casus. Dioscorus in trib. deliquit, quia, s. per Regem fuit inthronizatus in ecclesia Constantinopolitana, vñ multi clerici recesserūt ab eo. Itē qa factus fuit hęreticus. Post hęc duo delicta ausus fuit excōicare Papā Leonē: vñ sancti patres apud Chalcedonē cōgregati ipsum dānauerunt, non tantum de hæresi, sed etiam quia ausus fuit suum maiorem excommunicare.

1 IN tantū hanc præsumptionem *e* sancti patres apud Chalcedonem detestati sunt, vt Dioscorum *f* Alexandrinū Antistitem inter cætera, idcirco potissimum sine vlla restitutione damnauerint, quia in cōtumacia A permanens erga primæ sedis Romanæ priuilegiū, resipiscere à suis superstitionibus, vt seruaretur à prima sede Apostolica, noluit: & ponens in cęlo os suum, & lingua eius transeunte super terram, excōmunicationem in S. Leonem Papam dictauit, ita vt in sniam contra ipsum prolata, hoc videantur memorare præcipuè, dicentes: [Quoniam secūdis *g* excessib. priorem iniquitatem valde transcendit. Præsumpsit enim & excōicationem dictare aduersus sanctissimum, & beatissimum archiepm magnę Romæ Leonem.] Nūquid ibi legitur inquisitionem fuisse factam, vtrum iustè, an iniustè ipsam Dioscorus excōicationē dictasset? Non planè: sed absq; omni controuersia hoc in eo vlti sunt: quia cum esset inferior, potiorem quibuslibet conatus est lacessere contumelijs, teste Anatolio Constantinopolitano præsule: qui dicit. [2 Propter fidem *h* non est dānatus Dioscorus: sed qa excommunicationē fecit domino archiepiscopo Leoni.]

e ¶ *Præsumptionem.*] s. depositionē Ignatij.

N*Icena ſynodus.*] Casvs. Nicæna ſynodus volebat legem imponere & neceſſitatem epiſcopis,presbyteris, diaconibus & ſubdiaconibus vt ſeruarēt caſtitatem cum vxoribus,cū quibus in minoribus ordinibus matrimoniū cōtraxerunt.Sed qa hęc lex erat occaſio fornicādi, ſurrexit Paphnutius confeſſor inexpertus nuptiarum,& ſynodo contradixit ne talem poneret legē,cū caſtitas ſit cognoſcere vxorem propriā. ſynodus autem ſnīam eius laudauit,&approbauit.

2 Pann.l.3. c.83.

h ¶ *Introducere.*] de conſenſu vxoris, aliter eſſet iniqua.

¶Diſſuaſu Paphnutij ſynodus nō conſtituit,quòd presbyteri cum ſuis vxoribus non dormirent.

CAP. XII.

2 NIcæna ſynodus corrigere volens hominum vitām in eccleſijs commorantium,poſuit leges, quas canones vocamus, in quorum tractatu videbatur aliquibus introducere[h] legem,vt epiſcopi, presbyteri, diaconi, & a ſubdiaconi,cū cōiugibus,quas ante conſecrationē duxerant, nō dormirent. Surgens aūt in medio Paphnuti⁹ cōfeſſor cōtradixit, honorabiles cōfeſſus nuptias, & caſtitatē[i] eſſe dicens, cum propria coniuge cōcubitū: 1 ſuaſitq; concilio,ne talē poneret legē, grauem eſſe aſſerens cām quę in ipſis,aut eorū coniugibus occaſio fornicationis exiſteret. Et hęc quidē Paphnutius (licet nuptiārū eſſet inexpertus)expoſuit:ſynoduſque laudauit ſnīam[k] eius, & nihil ex hac parte ſanciuit: ſed hoc in vniuſcuiuſque volūtate,non in neceſſitate dimiſit.

i ¶*Caſtitatem.*]ſic qui bene comedit, abſtinēs eſt 44 di.cōuitia. in fi.

"Contradicere poteſt vn⁹ multis.

k ¶*Sententiam.*] "Vn⁹ ergò poteſt contradicere toti vniuerſitati *d*. ſi habet rationabilem cauſam, vt ext. de his quæ fi.à ma.par. cap.c. 1. nam ſententia vnius poteſt alios trahere ad partem ſuam, vt ext. de eo. qui mit.in poſ. cap. cum ſicut.ff.de arb. Itē ſi vnus.§.vlt. C de vet. iu.enuc.l.1.§ ſed is,&c.

d Et eſt hic arg. q̄p vnus canonicus p̄t ſe opponere ,p̄ defenſione eccleſiæ ſuæ. Ad idē ext. de conc.p̄b. ex parte. vbi đt Io. de Fan.hoc eē verū ēt ſi capitulū illi⁹ eccleſię nollet defendi, & hoc fauere eccleſiæ. arg.ff. de li. cau.l.1.2.3. 1 Adde gl. concor. in eo. ,p̄poſuiſti. ver. eſto te.ē.62. diſ.

A ¶Et ſubdiaconi.] *In aliquot vetuſtis codicibus,& in originali Socratis non ſunt duæ iſtæ voces. Sozomenus tamen lib.1.c.22.habet tam græcè, quàm in latina vetere, & noua verſione;vt etiam Nicephorus.*

Itē ſynodus ſexta, c.13.li.8. c.19. ¶Non in perpetuum,ſed tempore oblationis, à complexu ſuarum vxorum ſacerdotes abſtineant.

CAP. XIII.

3 QVoniām B[l] in Romani[m] ordine canonis eſſe cognouimus traditū, eos qui ordinati † ſunt[n] diaconi, vel presbiteri, debere confiteri, q̄p iam ſuis non copulētur vxoribus, nos antiquum ſequentes canonē Apoſtolicæ[o] diligentiæ, & cōſtitutiones,ſacrorum virorū legales nuptias amodo valere volumus, nullo modo cum vxoribus ſuis eorum cōnubia diſſoluētes, aut priuantes eos familiaritate adinuicē in tēpore opportuno[p]. Quicū

3 Pann.l.3. c.86.

† ordinādi] ſed ob gl. n eſt mutatū.

l ¶*Quoniam.*] ideſt, quamuis.

m ¶*Romani.*] Hic aſſignatur differentia inter orientales & occidentales.

n ¶*Qui ordinati ſunt.*] id eſt, ordinantur.

o ¶*Apoſtolicę.*] quia Apoſtolus præcepit,vt vir reddat debitum vxori. 33.q.1.c 1.

p ¶*Opportuno.*] "iſtud eſt cōtra Gandulphū & alios q̄ dicūt q̄p vir quolibet loco ēt in eccleſia, & quolibet tempore tenetur reddere debitum vxori petenti.Sed hoc nō eſt verū: qā ſi cut debitor,non debet ſemper venire cū ſacco parat⁹, vt ff.de ſo.quod

"vir debitū vxori nō ſp nec vbique reddere tenetur.

HVT IGITVR.Casvs. Concludit Gratianus ex ſupradictis, q̄p ſacerdotes debent ſuis vxoribus cū quibus in minoribus ordinibus vel in laicali habitu contraxerunt, neceſſaria miniſtrare; ſed debitum reddere non valent. Sed contra hoc duo ſequentia c.inducuntur, ſc.quòd ſacerdotes debent reddere debitum vxoribus ſuis.

SED OBIICITVR.

Hæc eſt 4. pars diſt. in qua ponit duos canones orientales, in

c ¶*Hinc & illud.*] *Gregorii [Presbyter quidam.] quod require infra diſ. ſequenti.c.pen.*

¶ *Vt igitur ex his auctoritatibus ap paret, ſacerdotes vxoribus, quas in laicali habitu, vel in minoribus ordinibus conſtituti ſibi legitimè copularunt,neceſſaria miniſtrare, debita verò reddere non valent.*

4 ¶*Sed obijcitur illud tripertitę hiſtorię,lib.2.c.14.*

so. quod dicimus. sic nec vir semper debet esse paratus. 33.q. 4. Christiano *a*.

a ¶ *Diligens.*] dignus.

b ¶ *Continentes.*] Sed nunquid in orientali ecclesia vir potest promoueri sine licentia vxoris? Dicit H.q̃ sic *b*: quia nec fit ei præiudiciū aliquod.

Sed certè præiudicium fit ei: quia post mortē viri nō potest contrahere *c*. Item & in alio fit ei præiudicium: quia tē pore vicis suę non debet ei cōmiscere: cum etiam ad tempus vir in inuita vxore non possit orare, vt 33.q.4. Apostolus. sed ibi expone orare, ideſt peregrinari. Ioan.

HOC AVTEM. Casvs. Modò Gratianus soluit supradictam obiectionem: & dicit q̃ hæc duo c. intelligūtur de clericis oriē talis ecclesiæ, qui non susceperunt votum castitatis, cui sexta synodus præfuit, licet occidentalis sit: & hoc probatur per sequens c.

ALiter. Casvs. Dicitur in hoc c. q̃ alia est traditio orientalis ecclesiæ, & alia occidentalis. Nam in orientali ecclesia omnes clerici indistinctè possunt vti matrimonio contracto. In occidentali verò ecclesia aliter seruatur.

c ¶ *Copulantur.*] i. copulato vtūtur *d*. Multi ex hac litera dixerūt, q̃ orientales possunt contrahere in sacris ordinibus. sed eis obstat j. dist. prox. si quis eorum. sed ipsi dicunt q̃ ibi sexta synodus nobis præfixit regulam.

SIMILITER. Casvs. In hoc §. ostēdit Gratianus qualiter intelligātur tria c. in 28. dist. sc. consulendum. & presbyterū. & si quis discernit. & vnum c. in 34. dist. si subdiaconus. Dicit enim q̃ illud c. consulendum. locale fuit: quia Bulgari nondum susceperāt votum continentiæ. In c. presbyterum. non legitimæ nuptiæ intelligūtur secundæ, scilicet, si quis discernit. locale fuit: vel intelligitur de vxore quę ducta fuit in minoribus ordinibus. Similiter c. illud, si subdiaconus. de secunda vxore intelligitur.

d ¶ *Nicolai.*] 28. dist. consulendum.

e ¶ *Synodi.*] 25. dist. presbyterum.

f ¶ *si quis.*] s. 28. dist. si quis.

g ¶ *Si subdiaconus.*] j. 24. dist. si subdiaconus.

a Melius ea. caus. & q. c. apostolus. in gl. vlt.

b ſ. Laur. cōtra.

† lege dign⁹] sed ob glo. non est mutatum.

c Hæc ratio non videtur bona. nā in vxoribus orientalium nō habet locum, q̃d habetur in 22. dist. qa sunt culpæ. & sequen. quia continentiā non promittunt tacitè vel expressè. Arch.

† aliàs tractationis.

que ergo diligens †[a] inuentus fuerit in subdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut sacerdotali, hic nullo modo prohibeatur ad talem ascendere gradum pro vxoris suæ legitimæ cohabitatione. Nec etiā tempore ordinationis suæ profiteri cogatur, quòd abstinere debeat à legalis propriæ vxoris familiaritate. *Item infrà.* ¶ Oportet eos, qui altari ministrāt in tempore oblationis † sanctorum continentes [b] esse in omnibus, vt à Deo possint consequi, quæ simpliciter postulant. ¶ Si quis igitur præsumpserit contra Apostolicos canones, aliquos presbyterorum, & diaconorum priuare contactu, & communione legalis vxoris, deponatur. Similiter & presbyter, aut diaconus, qui religionis causa vxorem suam expellit, excommunicetur: si verò in hoc permanserit, deponatur.

B ¶ Quoniam.] *Græcè sic habetur:* ἐπειδὴ ἐν τῇ ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδέδοσθαι διέγνωμεν. *id est:* Qm̃ in Romana ecclesia loco canonis traditum esse cognouimus, &c. *Hanc verò ecclesiæ Romanæ traditionem non solùm B. Hieronymus contra Iouinianum, Humbertus supra citatus, & alij Latini scriptores defendunt, sed etiam Balsamon, in explanatione huius canonis satis apertè probat. Verùm de omnibus huiusmodi canonibus, qui sextæ synodo adscribuntur, quid sit sentiendū, ad caput, Habeo librum. dist. 16. satis explicatum fuit.*

Hoc autem ex loco intelligendum est; orientalis enim ecclesia (cui sexta synodus regulam viuendi præscripsit) votum castitatis in ministris altaris non suscepit.

Vnde Stephanus Papa ait in prima actione synodi ab ipso in Basilica Lateranensi congregatę.

¶ Occidentalis, non orientalis ecclesia castitatis obtulit votum.

CAP. XIIII.

1 ALiter se orientalium traditio habet ecclesiārū, aliter huius sanctę Romanę ecclesiæ. Nam earum sacerdotes diaconi, atq; subdiaconi matrimonio A copulātur: istius autem ecclesiæ, vel occidentaliū nullus sacerdotum à subdiaco

1 Pann. l. 3. c. 84.

SEruanda.] Hæc dist. diuiditur in sex partes. in prima par. probat quòd in sacris nullus potest habere vxorem: in minoribus autem potest: & etiam habere beneficium. hoc probat per tres auctoritates. Secunda ibi, *Nullus*. Tertia ibi, *Verum*. Quarta ibi, *Prohibentur*. Quinta ibi, *Interdixit*. Sexta ibi, *Presbyteram*. Ioan. de Fan. Casvs. Hic intitulatur 32. dist. in qua dicitur, q̃ in occidentali ecclesia clerici in sacris ordinib. constituti debent continentiam seruare, vt probatur per sequens c. Sed in minoribus ordinib. non coguntur: & hoc per c. j. eo. seria. in.

2 s. 28. dist. c. vlt.

h ¶ *Seruanda est.*] In hac 32. dist. adhuc prosequitur de continentia clericorum. " Dicit ergo quòd cōstituti in quatuor sacris ordinibus tenentur continere: & qui non fuerint continentes, priuantur officio, & beneficio: & si habent publicas concubinas, nullus Missam eorum audiat *e*. & vt facilius possint seruare continentiam, præcipitur eis vt extraneārum fœminarum familiaritatem vitent *f*. Ioan. Sed nunquid quilibet ordo est sacer? Et certè videtur q̃ sic. nam dicitur in lib. 4. sententiarū, 22. dist. c. 1. in prin. q̃ ordo est sacrū signaculum, in quo traditur spiritualis potestas ordinato, & officium: & in quolibet ordine confertur gratia si dignè sumatur, vt ibi dicitur. Sol. reuera quilibet ordo g sacer est: sed quatuor p̃ci puè dicūtur sacri à sanctimonia, i. castitate & continentia, quam indicunt s. 28. dist. nullum. & c. decernimus.

3 s. 28. dist. c. psbyterū.

" Clerici in 4. sacris ordinibus constituti continere tenentur.

4 s. 28. dist. c. si quis.

e Vt j. c. nullus. & c. pter hoc. Arch.

f j. ea. interdixit. & c. sequen.

OMnium. Casvs. Quæsitum fuit à Leone, an subdiaconi possint habere vxores. Et respon. q̃ clerici in minorib. ordinib. constituti si contrahant, immunes sunt à culpa: sed hoc subdiaconis non licet. Vndè qui habent, sint tanquam non habentes: & qui non habent, permaneāt singulares. Et si hoc custoditur in subdiacono, multo fortius in diacono, presbytero, & episcopo custodiri oportet.

5 j. 34. dist. c. si subdiaconus. ex Martino Bracarens.

i ¶ *Quæ in alys.*] ideſt, laicis.

DISTINCT. XXXII.

SEruanda est h ergo continentia ab omnibus in sacris ordinibus constitutis.

Vnde Leo Papa ad Anastasium epistola. 82. c. 3. & 4. ait.

¶ Neque etiam subdiaconis connubium conceditur.

CAP. I.

OMnium sacerdotū tam excellens est electio, vt hæc quæ in alijs [i] membris ecclesiæ vacant † à culpa, in illis tamen habeātur illicita. Nam cum extra clericorum [k] ordinem constitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorū studere sit liberum, ad exhibēdam tamen perfectę continentiæ puritatem, nec subdiaconis quidem connubium carnale conceditur, vt & qui habēt, sint tanquam nō habentes, & qui non habent, permaneant singulares [l]. Quod si in hoc ordine [m], qui quartus est à capite [n], dignū est custodiri, quanto

6 Burc. l. 1. c. 5. & l. 2. c. 148. Ans. l. 7. c. 137. & l. 6. c. 18. in fi. Iuo p. 5. c. 59. & p. 6. c. 98. & 221. Pan. l. 3. c. 100.

† aliàs non vocantur ad culpam.

k ¶ *Clericorum.*] sacrorum.

l ¶ *Singulares.*] id est, diuisi ab eis.

m ¶ *In hoc ordine.*] id est, subdiaconali.

n ¶ *A capite.*] ideſt ab episcopatu. " & sic videtur q̃ episcopatus

" Episcopatus est ordo.

patus sit ordo.54.dist.si seruus. & 93 dist.diaconos. & dist. 21. cleros. sic 28.dist.nullum.

a ¶ *Item.*] Hic habent quidam c.quod est 27. q.2.multorum, &c.

SI qui verò.] CASVS. Quæsiuit Augu. Anglorũ episcopus à Gregor. quid deberet fieri de clericis in minorib. ordinib.cõstitutis, qui continere nõ possunt. & resp.Greg.ꝙ ipsi debent vxores accipere, & stipendia sua recipere exterius. Et hoc probat exemplo patrum, qui diuidebãt singulis prout quibusque opus erat. Et debent viuere sub regula sua ecclesiastica,& lingua,& corde à malo abstinere.

b ¶ *Exterius.*] Signatur cõtrarium.12.q.1. necessaria. & de consec. dist.5.in omnib.vbi dicit, ꝙ omnes clerici simul dormiẽt. Sed dic, vt no.12.q.1. quia tua.

1 j.27.q.2. Ansel.l.7.c. 138. Polyc. l.4.tit. 31.

c ¶ *Inuigilent.*] Licet enim sint vxorati,tamẽ abstinebunt à negotiatione & armis,vt 88.di. fornicari.20. q. 3. cos. sic ext.de ele.transmissam.& 81.dist dictum.

DE illo.] CASVS. Quidã episcopus permisit alicui subdiacono ducere vxorẽ, de quo Nicolaus Papa eũ reprehendit, cum tñ clericis infra subdiaconatum liceat contrahere matrimonium.

d ¶ *Damus.*] "Sed nũ quid Papa dare potest subdiacono licentiam contrahendi? Videtur ꝙ sic. Nam dispensat ecclesia cũ consanguineis *a*, & dispensat in alijs votis. vt extra. de vo.& voti redempt. ex multa. & in iuramẽtis, vt 15. q.6. auctoritatẽ. vbi dicitur,dissolue obligationes impietatis. Ecõtra videtur, vt ext. de stat.mon.cũ ad monasterium:in fi. Solu.si votum ipsum obliget ordinatum, Papa non potest dispensare. sed si constitutio obliget, & non votum, tunc potest Papa dispensare: quia contra constitutiones ecclesiæ bene dispẽsat.25.q.1.sunt quidam. Ioan. Ego credo quòd Papa possit † dispensare, cum hoc non sit contra articulos fidei *b*, & ipse habeat plenitudinem potestatis, vt 2.q. 6. decreto. & c. seq. Bart.

magis in primo, vel in secundo, tertioue seruandum est, ne aut leuitico ministerio, aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus æstimetur,qui se à voluptate vxoria A nec dum frenasse detegitur.

A ¶ Vxoria.] *Sic emendatum est ex epistola Leonis, & cæteris collectoribus, præterquam Iuone in parte 6. c.98.nam ibi est, vt antea apud Gratianum,* luxuriæ. *Ex isto autem epistolæ loco ostenditur eo quoque tempore in multis ecclesiis eam fuisse cõsuetudinem, vt subdiaconi à proprijs vxoribus abstinerent. Quod tamen ante B.Gregorium non erat generatim omnibus ecclesiis præceptum, quippe cum in Sicilia aliter obseruaretur.c.nullum. supra dist. 28. & c. ante triennium. dist.31.*

[*Item a Gregorius Leoni Episcopo Catin lib.3.epist.34.*]

PALEA. C. II.

1 MVltorum relatione cõperimus hãc apud vos olim consuetudinem tenuisse, vt subdiaconi suis licitè miscerentur vxoribus. Quod ne denuo quisquam præsumeret, à Seruodei sedis nostræ diacono ex auctoritate nostri decessoris est isto modo prohibitũ, vt eodem tempore ij, qui iam vxoribus fuerant copulati, vnum è duobus eligerent,idest, aut à suis vxoribus abstinerẽt, aut certè ministrare nulla ratione præsumerent.Et quantũ dicitur, Speciosus tunc subdiaconus ꝙ hac re ab administrationis seu suspendit officio, & vsque in obitus sui tempus, notarij quidem gessit officium,& à ministerio quod subdiaconũ oportuerat exhibere, cessauit. *& post aliqua.* ¶ De cætero verò fraternitas tua sit omnino solicita, vt quos ad hoc iam officium cõtigerit promoueri,hoc quàm maximè diligenter inspiciat; ne si vxores habent, miscendi se cum eis licentia potiantur; sed ad similitudinem Apostolicæ sedis, eos cuncta obseruare sua nihilominus districtione constituat.

Item Gregorius Augustino Anglorum Episcopo, c.2.ad secundam interrogationem.

¶ Extra sacros ordines cõstituti ducant vxores, & ab ecclesia stipendia accipiant.

CAP. III.

2 SI qui verò sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt,sortiri vxores debẽt, & stipendia sua exterius [b] accipere,quia & de eisdem patribus, de quibus præfati sumus, notimus scriptum, ꝙ diuidebatur singulis,prout cuiq; opus erat. De eorum ergo stipendio cogitandum atque prouidendum est, & sub ecclesiastica regula sunt tenendi,vt bonis moribus viuant,& canendis psalmis inuigilent [c],& ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conseruent.

Item Nicolaus Papa Odoni † Vienn ensi Archiepiscopo.

¶ Subdiacono vxorem ducere non licet.

CAP. IIII.

3 DE illo clerico, Alueri-co † nomine, quem per ordines ecclesiasticos vsq; ad subdiaconatum castè vixisse dicitis,cur vestra auctoritate vxorẽ duxerit,miramur: eo ꝙ nulli vnquam (exceptis illis, quibus ecclesiastica regula habere permittit) vxorem ducẽdi † licentiam damus [d].

4 *Item Nicolaus Papa omnibus episcopis.*

¶ Non audiatur Missa presbyteri concubinam habentis.

CAP. V.

5 2 NVllus Missam audiat [e] presbyteri,quem scit [f] concubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierem. Vnde etiam ipsa sancta synodus hoc capitulũ sub excõmunicatione statuit, dicens [Quicunque sacerdotum, & diaconorum, &c.]

[*Sicut in* B *subsequenti capitulo Alexandri secundi continetur.*

B ¶ Sicut in subsequenti.] *Hæc clausula est Gratiani omittentis referre ex capitè Nicolai ea, quæ proximè ex Alexandro relaturus erat. Sunt enim eadem verba. Nam Nicolaus secundus in epistola, quæ extat, omnibus episcopis catholicis scripsit se in concilio, quod Romæ habuit centum tredecim episcoporum,hunc canonem edidisse,quem postea Alexander secundus (vt ipse etiam testatur in epistola manuscripta) in concilio à se habito ijsdem verbis repetiuit. Quare in Pannormia appellatur decretum Nicolai iunioris, & Alexandri.*

Item Alexander secundus 6.

¶ Non est audienda Missa presbyteri, qui concubinam habet.

CAP. VI.

7 PRæter hoc autem præcipiendo mãdamus,vt nullus Missam audiat presbyteri, quem scit concubinam habere indubitanter, vel subintroductam mulierem. Vnde etiã sancta synodus hoc capitulum sub excõmunicatione statuit, dicens: ¶ Quicunq; sacerdos, diaconus,subdiaconus post cõ

NVllus.] Hęc est secunda pars dist.in qua dicitur qđ in duobus. c. seq. continetur. Io. de Fan.

CASVS. Præcepit Nicolaus Papa in hoc c. vt nullus audiat Missam sacerdotis, quem scit indubitanter habere cõcubinam, aut sub introductam mulierẽ. Synodus etiã hoc sub excõmunicatione præcipit.quod sequitur,est §. Gratiani. † al. Adoni

e ¶ *Audiat.*] Contrarium legitur 28.dist.cõsulendum. 15.q. vlti.c. vlti. Sed hic loquitur de illo cuius crimẽ notorium est vel per sententiam, vel per propriam confessionem,vt ext. de cohab. cleric.& mulie.vestra. Imo si ad huc post sententiã corrigi voluerit, non dicã eum suspẽsum ipso iure,vt 81.dist.si qui sunt presbyteri. extr. de cohabi.cleric. & mulie.c. sicut. Bart.tamen dicit hunc canonem fuisse quandoq; latæ sententiæ,sed hodie non esse: & hoc quod dixi speciale est in hoc crimine fornicationis, vt notorius fornicator sit suspẽsus ipso iure, & etiã simoniacus, vt §. verũ. sed in alijs criminibus non est expressum." & ideo licet notoria sint, non est propter illa abstinendũ ab officijs ipsorum. vel dic ꝙ licet notorius fornicator ipso actu sit suspensus, tamen propter contrarium actum ipso iure restituitur ei officium. 81.dist. si qui sunt. vnde quàm cito pœnitet, licitè celebrat. Io. Sed certè quidquid dicat Ioan.hoc tene pro certo, siue sit notorium per sentẽtiam, siue per confessionem, vel per rei euidentiam de fornicatione ipsius, ꝙ vitari debet, vt ext.de cohab.cler.c.vlt.Bart. † al.habẽdi.

3 Iuo p.6.c. 119. † al.Aluico.

4 In synodo Roma.113. eporum in basilica Cõstantiniana.

5 Pann.l.3. c.135.

6 In epistol. prox. not.indicata.

f ¶ *Quem scit.*] scientia iuris,non facti.Io. c

PRæter.] CASVS. Capitulum hoc diuiditur in duas part. In 1. part. dicitur, ꝙ nullus debet audire Missam presbyteri quẽ scit concubinam indubitanter habere, vel subintroductam mulierem. Hoc idẽ statuit synodus sub excõmunicatione seruandum,præcipiens,vt talis sacerdos Missam non cantet,nisi cessauerit,nec

[a] Subdiaconus an de licentia Papę possit contrahere.

a scilicet vt contrahant. 35.q.3.quidam. & c. ꝙ scripsi.

[†] vide B.Th. 2.2.q.88.arti.7.& 11.& Caiet. ibid.

b Nec etiã potest dispẽsare contra Apostolum. 25.q. 1.sunt quidam. Io. de Fant. sed hic videas quod leg. & not. ext. de vot.c.nõ est.

2 j.12.q.1. quia tua. §. si qui.Iuo p. 6.c.86.Pan. l.3.c.108. Act.2.

c Et ꝙ sic debeat intelligi, probatur 20.q. cap.2.ibi de hoc in glos. argu.ꝙ, &c. vbi ita not. Arch.

7 Pann.ibid. & l.8.c.142.

rit,nec alia diuina celebret, cum his qui obediunt huic constitutioni, nec aliquid ab ecclesia percipiat. In 2. par. quæ incip.ibi,*Præcipientes etiam statuimus.* Dicitur,ꝙ illi qui seruant castitatem, simul manducent & dormiant, & decimas, & primitias & oblationes percipiant à laicis,quas qui non dederit,excommunicetur.

a ¶ *Ab ecclesia.*] hoc concedo in suspenso à canone.idem est in excommunicato. ext. de ap.pastoralis.“ non ita dico in suspenso ab homine, ꝙ ibi statim debeat amittere beneficium *a*, quia relegato ad tempus bona non adimuntur, nisi hoc in sententia exprimatur. C.de pœ. deportatorũ. quia dum alijs rationibus,quis constringi potest, non sunt ei subsidia subtrahenda. C. de exec.rei iu.stipẽdia Io. imo dico, ꝙ nec hæc adimerent, nisi in sentẽtia exprimeretur. qd de hoc iuris sit, notatur in quæstionibus. B.

b ¶ *In dispositione.*] arg.pro communi vita clericorum *b*, vt 1.q. 2.sacerdos. Sed cõtra, variæ sunt consuetudines.j.eo.placuit.ext.de constit. cum omnes.& de ele.cũ ecclesia Vulterana.

c ¶ *Separentur.*] arg.“ ꝙ laici excommunicãdi sunt qui decimas vel oblationes soluere nolunt.16.q.1.statuimus. & c.reuertimini. 13.q. 2.qui oblationes.12.q. 1.duo sunt genera.

1 Leo ix.in conci.Rom.

“Clerico excõicato est subtrahẽdũ beneficium.

a Fortè non bene dicit Ioann. quia qui non facit officium non debet p cipere bñficium.ext.de cler.con.qd à tc. & c.diuersis. Arc.

b 12.q.1.necessariũ. de cons. dist.5. in omnibus. vbi de hoc.

“ Excõicari possunt qui decimas nõ soluunt.

Matth.13.

VERVM. Hæc est tertia pars dist.in qua ponit c. Vrbani,in quo dicitur quæ differẽtia sit inter sacramenta celebrata à malis catholicis, vt in necessitate possint sumi, & sacramẽta ab hæreticis,quæ nullo modo possunt sumi, præter baptisma.Ioan.de Fan.

CASVS. Dictum est ſ.in c.nullus. & c.præter hoc.ꝙ nullus debet audire Missam sacerdotis,quem scit concubinam indubitanter habere.sed hoc videtur contradicere Hieron.& Aug. & multis alijs.qui dicunt sacramenta non esse spernẽda in bono,vel malo prælato, vt 1.q.1.in multis c. Sed hæc contrarietas soluitur in epistola Vrbani,quæ epist.j.sequitur statim.

d ¶ *Verùm.*] Hic §.diuiditur in tres partes.

e ¶ *Hieronymo.*] 1.q.1. sicut Christus.

f ¶ *Augustino.*] 1.q.1.si fuerit. & c.neque in homine.

g ¶ *In epistola.*] 1.q.3.saluator.

h ¶ *Præposito sancti Iuentij.*] Epistola destinata fuit ab hæretico,in qua multa *c* obijciebantur ei, scilicet vtrum vera essent sacramenta vel sacrificia hæreticorum. cui cum non respondere posset,misit eam Papæ Vrbano,vt responderet: ipse verò respondit ad singula.

c Quæ cõtinentur. 1.q. 3. saluator.

AD HOC VERO. CASVS. Quidam misit epistolam quandam præposito sancti Iuentij,in qua duæ quæstiones continebantur: quas cum nesciret soluere, Vrbanum super hoc consuluit. Vrbanus verò ei easdem quæstiones scribit, & solutiones ponit. Diuiditur ergo hoc c.vel hæc epistola in duas partes.In prima parte ponuntur duæ quæstiones: quarum prima est, vtrum sacramenta sint recipienda à criminosis? Respondet Vrbanus,ꝙ vera sunt sacramẽta in sui essentia à quocunque fiant, dummodo fiant in forma ecclesiæ, & ab his qui potestatem habent conficiendi, & recipienda sunt ab eis nisi

stitutum beatæ memoriæ prædecessoris nostri sanctissimi Papæ Leonis 1, ac Nicolai de castitate clericorũ, concubinam palã duxerit, vel ductam non reliquerit,ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate beatorũ Apostolorũ Petri,& Pauli præcipimus, & omnino contradicimus,vt Missas nõ cantet,nec Euangelium, aut Epistolã ad Missam legat,neq; in presbyterio ad diuina officia cũ his qui præfatæ constitutioni obedientes fuerint, maneat, neq; partẽ ab ecclesia [a] suscipiat. ¶Præcipiẽtes etiam statuimus, vt hi præ dictorum ordinũm,qui eisdẽ prędecessoribus nostris obedientes castitatem seruauerint, iuxta ecclesias,quibus ordinati sunt, (sicut oportet religiosos clericos) simul mãducent, & dormiãt, & quidquid eis ab ecclesijs competit, cõmuniter habeant. Et rogantes [A] monemus,vt ad Apostolicam,cõmunem scilicet vitam,summopere peruenire studeant, quatenus perfectionem cum his cõsecuti, qui centesimo fructu ditantur,in cœlesti patria mereã tur adscribi. Deinde, vt decimæ,& primitiæ,seu oblationes viuorum,& mortuorum ecclesijs Dei,fideliter reddant à laicis, & vt in dispositione [b] episcoporum sint, quas qui retinuerint,à sanctæ ecclesiæ communione separentur [c].

A ¶Et rogantes.] *Hæc vsq; ad ver.*

sint hæretici, vel schismatici.& hoc probat auctoritate Augu. Nicolaus tamen & Greg. præceperunt ab officijs simoniacorum & iacentium in fornicatione manifesta abstinẽdum esse. Secunda quæstio sit cõplexiuè: Aut non sunt vera sacramenta quæ conficiuntur ab istis,nec habent virtutis effectum, aut sunt vera. Si non sunt vera, ergo neq; agentibus, neque suscipientibus obsunt.Si sunt vera, ergo sperni non debent.Et respondet Vrbanus, quòd vera sunt. Verumtamen cõtra statuta Grego.& Nicolai non sunt recipiẽda de manib.eorum. In necessitate tamen ab istis, scilicet simoniaco, & notorio fornicatore potest baptisma suscipi, & etiã Eucharistia. In secunda parte quæ incipit ibi, *Hæc de malis.* dicitur,quòd sacramenta schismaticorũ, & hæreticorum vera sunt, vt dicunt doctores ecclesiæ,sed non habent effectũ donec fuerint reconciliati ecclesiæ vel ipsi,vel ordinati ab ipsis, per manus impositionẽ,sed non sunt recipienda ab ipsis, in mortis tamen articulo tãtùm baptisma ab eis recipi potest. Cyprianus tamen, & 80. episcopi cum eo dixerunt baptisma hæreticorum esse lauacrum diaboli. Sed reprehensi sunt ab Augustino, Stephano, Cornelio, & alijs Pontificibus Romanis, cũ melius sit à talib.baptismũ recipere, quàm in æternum perire. Et hãc sententiam sequitur tota ecclesia.

2 1.q.1.neque in homine.

3 Trac.5.ad c.1.Ioannis circa med.

† aliàs, dedit.

i ¶ *Ad hoc.*]Hic incipit c. Vrbani.

k ¶ *Et veneranda.*] & etiam suscipiẽda,& per hoc respondet duabus quæstionibus,scilicet quòd ipsa sacramenta vera sunt, & præterea quòd suscipienda sunt: & ita facias vim in verbo illo, veneranda.

4 Greg. vij. l.2.reg.epistol.45.

l ¶ *Malus.*] Non sufficienter probat hoc, cum aliud dici potest in baptismo, aliud in cæteris.“ nam & à pagano conferri potest.de consecra.dist.4. à quodam. sed melius probat per sequens, non abhorreat, &c.

“Baptizare potest paganus.

m ¶ *Columba.*] id est, bonus Christianus.

n ¶ *Attamen.*] Hucusque intelligit de malis occultis, & de illis qui tolerantur.

o ¶ *Consiiterit.*] per sententiam, vel per confessionem, vel per rei euidentiam, vt ſ.dixi in c.nullus.

p ¶ *Duci.*]“ argu. hic ꝙ laicus de mandato superioris potest suspendere clericos, & excommunicatio est iurisdictionis potius quàm ordinis.arg.ext.de elect.transmissam.nam electioni possunt interesse laici.64.dist.Hadrianus.& c.in synodo.& arg. 96.dist.bene quidem.& c.nos ad fidem. & causis matrimonialibus.35.q.5.ad sedem.circa me.2.q.5.Mennam. Ioan.Hoc tamen videtur alienum à laico, cũ de rebus spiritualibus se non intromittat: vt extra de iudi.decernimus. imo vt ibi dicitur, prohibetur prælatis vt talia laicis non committant, tamen dominus Papa qui habet plenitudinem potestatis,eis posset committere vt excommunicarent.2.q.5. Mennam.Bart.

“Laicus qñque potest clericos suspendere, & excõicare.

q ¶ *Officium.*]“ Hug. istud intelligit de notorio simoniaco, sicut de notorio fornicatore: melius credo,ꝙ etiam occultus simoniacus suspensus sit, si est simoniacus in ordine, vt 1.q.1

“Simoniacus an sit ſuspensus.

reperiun-

deinde,*addita sunt ex epistola manu scripta Alexandri, quorum aliqua etiam sunt in concilio Nicolai, in quo est præterea sequens versiculus:* Deinde, *qui in epistola Alexandri non est.*

3 *Verùm* d *principia harum auctoritatum contraire videntur Hieronymo* e, *& Augustino* f 2 *& cæteris, qui Christi sacramenta neq; in bono, neq; in malo homine fugienda ostendunt, sicut subsequens causa simoniacorũ plenius demõstrat.Sed Vrbanus secundus in epistola* g *destinata præposito S.Iuentij* h *hanc contrarietatem determinat,dicens:* [*Ad* B *hoc* i *verò quod subiungitur in eadẽ epistola, i. vtrum sit vtendum ordinationibus, & reliquis sacramentis à criminosis exhibitis, vt ab adulteris,vel sanctimonialiũ uiolatoribus, vel huiusmodi: Ad hoc, inquam,ita respondemus.Si schismate,vel hæresi ab ecclesia non separantur, eorũdem ordinationes,& reliqua sacramẽta, sancta,& veneranda* k *nõ negamus, sequentes B.August.qui super Ioannem de huiusmodi tam copiosè, quã veraciter disserit. Ait.n.* [3 *Baptizat seruus bonus, siue seruus malus* l: *no sciat se ille,qui baptizatur, baptizari,nisi ab illo, ꝙ sibi tenuit* † *baptizandi potestatem*] *& paulò post:* [*Hon horreat columba* m *ministerium malorũ, respiciat Domini potestatem*] & infrà. [¶ *Attamen* n *decessores nostri Nicolaus, & Gregorius à Missis sacerdotum, quos tales reuera esse constiterit* o, *fideles abstinere decreuerunt, vt & peccandi licentiam cæteris auferrent, & huiusmodi ad dignæ pœnitentiæ lamenta reuocarent. Scribit hoc prædecessor noster Gregorius Rodulpho Duci Sueuiæ, & Bertulpho Duci* p *Carentanorum inter cætera:* [4 *Officium* q *simoniacorum,& in fornicatione iacentium scienter nullo mo*

reperiuntur. suſpẽſus eſt enim quo ad ſe, & quo ad alios. Hoc ideo dicit: quia quilibet peccator ſuſpenſus eſt quo ad ſe, licet non quo ad alios [a] præter notorium fornicatorem, & occultum ſimoniacum. vnde ab occulto ſimoniaco in ordine, quem ſcis eſſe ſimoniacum, non debes recipere ſacramenta, vt dixi 1. q. 1. ſi quis à ſimoniacis. & probatur ext. de ſimon. per tuas. ſed à quolibet alio qui adhuc toleratur, potes recipere: quia licet quilibet peccator ſit quo ad ſe ſuſpenſus, vt 1. q. 1. ſacerdotes. non tamẽ quo ad alios, vt hic patet, & 15. q. vlt. cap. vlt. ſic quandoque aliquis eſt ſuſpenſus quo ad alios, & non quo ad ſe, vt extra de cle. peregr. tuæ.

a ¶ *Porrò.*] Hæc ſunt verba Vrbani.

b ¶ *Si.*] exponitur, id eſt, quamuis.

c ¶ *Præſumuntur.*] id eſt, præſumptiuè conficiuntur.

d ¶ *Sed agentibus.*] Ab illo loco vſq; ad illum locum, cæterum, agit de ſimoniaco, & de fornicatore. & ab illo loco vſque ibi, ſciẽdum, loquitur de hæretico, & ſchiſmatico, " & tres innuuntur differentiæ inter hos duos, ſcilicet ſimoniacum, & fornicatorem, & inter illos duos, ſcilicet hæreticũ & ſchiſmaticum. Prima eſt, quòd ſimoniacus & fornicator tempore neceſſitatis conferunt duo ſacramenta, ſcilicet baptiſmum & corpus Chriſti: ſed illi [b] baptiſma tantùm. Secunda eſt, quòd iſti conferunt ſacramentũ & effectum ſacramenti, illi tantùm ſacramentum † [c]. Tertia: quia ordinati ab iſtis recipiũtur ſine manus impoſitione, ſed ab illis non. 1. q. 1. manus. & c. quod quidam.

a De hoc ẽt not. 50. dist. de his verò. in gl. vlti. ibi videas.

† miſterijs] Orig.

† aliàs ferè.

" Simoniacus & fornicator tripliciter differunt.

1. Rẽg. 15.

† Can. 45. 46. & 47.

b ſcilicet hæreticus & ſchiſmatic⁹.

1 lib. 1. epiſt. 12. ad Ianuarium, & epiſt. ad Iubaianũ, quæ ante illius concil. poſita eſt.

† Niſi in caſu neceſſitatis, quia qui à præciſo accipit ſacramentum extra caſum neceſſitatis, peccat, non itẽ qui à malo. B. Tho. p. 3. q. 64. ar. 6. ad 2. & ar. 2. ad 2. & q. 67 art. 5.

c Et nõ corpus Chriſti. 34. q. 1. cap. vlti. & quæ ſit ratio no. ẽ. ea. q. §. ſed illud. Arch.

2 In concil. Stephan. 1. Aug. l. 7. cõtra Donatiſtas.

d Et hoc eſt propter ipſius Euchariſtiæ reuerẽtiam. arg. de cõſe. diſt. 4. p opter regulam.

" Pœnitẽtia an poſſit ab hæreticis recipi.

e ¶ *Contra præfatorum.*] Nicolai & Gregorij. Et ſic patet ꝙ hic tantùm loquitur de ſimoniacis & fornicatoribus.

f ¶ *Inſtituat.*] ſcilicet obſunt.

g ¶ *Vel communione.*] Sic ergo ab iſtis recipitur Euchariſtia, ſed non ab hæreticis, vt 24. q. 1. ſi quis dederit [d].

h ¶ *Talibus.*] Sacerdotibus.

i ¶ *Et ordinationum.*] id eſt, ordinum.

k ¶ *Et ſacramentorum.*] aliorum.

l ¶ *Confectio.*] impropriè dicuntur ordines confici.

m ¶ *De malis.*] Hæc litera bene innuit, ꝙ ab illo loco, porrò ad hæc, &c. vſq; huc, tantũ de malis catholicis intelligitur, non de præciſis. nec cõrradicit illud contra Donatiſtas, quia Vrbanus inducit auctoritatem Greg. à minori. Nam hic dicit de ſacramentis Donatiſtarum, & ꝙ habent proprias virtutes, &c.

n ¶ *Formam.*] id eſt, virtutem habent, quia vera & integra ſunt. 1. q. 1. quod quidam. & de conſec. diſt. 4. oſtenditur. & c. ſicut in ſacramentis.

o ¶ *Initiati.*] id eſt, conſecrati. ſi. de conſec. diſt. 2. quia corpus. 12. q. 2. aurum. 28. q. 1. caue. Sed aliter accipitur. 27. q. 2. cum initiatur.

p ¶ *Per manus.*] 1. q. 1. hi qui. " Sed quid dices de pœnitentia? nunquid eſt ab iſtis præciſis accipienda? Reſpon. in caſu neceſſitatis eis poſſumus cõfiteri. nam & cuilibet. de pœn. diſt. 1. quem pœnitet. ſed licet eis confiteamur, tamen nõ debemus recipere ab illis pœnitentiam: quia nec in eo caſu imponenda eſt pœnitentia, ſed innoteſcenda 26. q. 7. ab infirmis. vel dic ꝙ non debemus confiteri. 24. q. 1. §. ſed iſtud. in fi. de pœn. diſt. 6. c. qui vult. & illud ne inducant nos in deſperationem ſicut Iudæi Iudam cũ eẽ pœnitenti dixerũt, quid ad nos? tũ videris. de pœn. diſt. 1. iijs poteſtatis.

q ¶ *Apoſtolorum.*] id eſt, ꝙ ſub nomine Apoſtolorum facti ſunt, ſed ſunt apocryphi. 15. diſt. ſancta Romana. 16. diſtin. canones. Hug.

r ¶ *Quorum.*] ſimplex eſt hæc relatio.

ſ ¶ *Ex parte.*] 31. diſt. aliter.

t ¶ *Diaboli.*] Si quo ad effectũ dixiſſent in deteſtationẽ criminis hereſeos, bene dixiſſent: ſed hoc dixerunt, quia non credebant eſſe ſacramentorum veritatem apud hæreticos, & ideo reprehenſi fuerũt ab Aug.

u ¶ *Appellant.*] ĩ. de conſecr. diſtin. 4. quomodo.

x ¶ *In baptiſmo.*] Videtur ꝙ nec baptiſmus in neceſſitate ab hæretico ſit accipiendus, nã cordis contritio ſufficit, vt de conſec. diſt. 4. baptiſmi vicem. ſic nec corpus Chriſti. 24. q. 1. cap. pen. & vlt. quia qui credit manducat, de cõſecr. diſt. 2. vt quid paras? Reſpon. hęc eſt ratio, quia baptiſmus neceſſarior eſt, nam in eo delentur omnia peccata, adeo ꝙ etiam ignis purgatorij pœna non ſentietur. de conſe. diſt. 4. fine. nõ autem ita eſt in cordis contritione, vel pœnitentia: nã per ea non poteſt purgatorium euitari [e], " quod excedit omnem pœnã quam hic quis poſſit ſuſtinere, ſecundum quod hæc colligun tur. de pœn. diſt. vlt. c. vlti. & 25. diſt. qui in aliud.

† Inn. Victricio, epiſto. 1. c. 15.

† Syrici⁹ Himerio. c. 1.

3 Leo de cõſec. diſt. 4. hi de quibus.] Anaſtaſius diſt. 19. c. 2.

4 Extta de æta. & qual. c. à multis. Pan. l. 3. c. 102.

e Vt cõtinetur in præd. c. nullus. De hoc legi. & not. 24. q. 1. §. ſed illud. ibi videas. Archid.

" Purgatorij pœna eſt acerbior omni mundana.

y ¶ *Neceſſarior.*] imo eſt ianua omnium ſacramentorũ. 1. q. 1. ſi quis confugerit. de conſec. diſtin. 4. hi verò. ext. de presbyt. non baptiza veniens.

" Græci in ſacris ordinib. non poſſunt cõtrahere.

PROHIBENTVR. Hæc eſt 4. pars diſt. in qua probatur qualiter debeant puniri omnes qui in ſacris recipiunt vxores, vel retinent cõcubinas: & dicit ꝙ debent à clero ſubmoueri, & vxores mancipari ſeruituti: & hoc probat per 8. auctoritates ſanctorum patrum. Ioan. de Fan.

CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, ꝙ ſacramenta de manibus hæreticorum, ſimoniacorum, & in fornicatione iacentium non ſunt recipienda, non quin ſint vera ſacramenta, ſed ideo fit, vt tales ſacerdotes propter verecũdiam facilius ad pœnitentiam prouocentur, ſi viderint ſe contemni.

¶ Caſus ſeq. c. patet.

2 *Si quis eorum.*] " Iſtud c. euidenter eſt contra illos qui dicunt quòd Græci poſſunt contrahere in ſacris ordinib. f cum hoc c. ſit ſextæ ſynodi, & ſexta ſynodus præfixit eis regulam viuendi, vt 31. diſt. Nicæna. & c. quoniam. §. hoc autem. patet etiam ꝙ apud eos in ſacris ordinibus non contrahitur matrimonium, nec etiam tempore Apoſtolorũ licitum fuit contrahere

f Argum. ad hoc 31. diſt. aliter. vbi ẽt de hoc. ſed Hug. dicit, ꝙ hoc Nicol. conſtituit. & ſecũdum Laur. eſt, ꝙ eo argum. opt. ff. com. l. 1. & l. in cõmodato. §. ſicut autem. Arc.

& præfatos epiſcopos ob hanc cauſam vehemẽter redarguunt, affirmãtes baptiſma, ſiue ab hæretico, ſiue ſchiſmatico, eccleſiaſtico more celebratũ ratũ eſſe, & meritò: quia alia in baptiſmo [x], & alia in reliquis ſacramentis conſideratio eſt, quippe cũ & ordine prior, & neceſſarior [y] ſit. Subito enim morituro, prius baptiſmate, quàm Dominici corporis communione, vel alijs ſacramentis conſulitur, & dum fortè catholicus non inuenitur, ſatius eſt ab hæretico baptiſmi ſacramentum ſumere, quàm in æternum perire. Et hanc ſententiã præſcriptorum Pontificum, Cornelij, Stephani, & Auguſtini, ſecuti ſunt Innocentius, † Syricius † Leo, Anaſtaſius, & magnus Gregorius, & omnis catholica eccleſia.

4 ¶ [3] *Prohibentur ergo de manibus talium ſacerdotum ſacramenta ſuſcipi; non quin ſint vera quantum ad formam, & effectum: ſed quia, dum huiuſmodi ſacerdotes ſe à populo contemptos viderint, rubore verecundiæ facilius ad pœnitentiam prouocẽtur.*

B ¶ Ad hoc.] *Hinc vſque ad finem capitis omnia accepta ſunt ex epiſtola Vrbani ſecundi. L. Præpoſito ſancti Iuentij apud Ticinum, quæ habetur in vetuſto codice Bibliothecæ Vaticanæ, cuius epiſtolæ initium, & magna pars habetur infra 8. ſaluator. 1. q. 3. atque in aliquot vetuſtis Gratiani codicibus eſt caput diſtinctum cum rubrica,* De eodem.

Item ex ſexta ſynodo, c. 6.

¶ Qui vxorem ducere voluerit, ante ordinem ſubdiaconatus hoc faciat.

CAP. VII.

4 SI quis eorum [z], qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinem ſubdiaconatus faciat.

Item ex concilio Carthag. 3. c. 19.

¶ Lectores aut vxores ducant, aut continentiam profiteantur.

trahere in subdiaconatu, vt 84.dist.cum in præterito.

Lectores.] Casvs. Clerici quidam in pubertate 18.an. positi volebant ad subdiaconatum non promissa continentia promoueri. Quæsitum fuit in concilio Carthag. quid de hoc fieri deberet; & responsum fuit, q̃ isti aut ducant vxores, aut cogantur continentiam profiteri, si volũt subdiaconi fieri.

CAP VIII.

1 LEctores, cũ ad annos pubertatis [a] venerint, cogãtur [b] aut vxores ducere, aut cõtinentiam profiteri.

Item Gregorius Bonifacio Episcopo Rhegino, lib.3. epist.5.

¶ Subdiaconos continentiam seruare oportet.

CAP. IX.

2 SVbdiaconis tuis hoc, qd̃ de Siculis statuimus, decernimus obseruari, nec illam definitionem nostram cuiusquam sinas contumacia, [c] aut temeritate corrumpi.

Item Vrbanus ij. in synodo apud Melphiam, cap.13.

¶ Beneficio & officio careant, qui post diaconatum vxoribus vacant.

CAP. X.

3 EOs, qui [d] post subdiaconatum A vxoribus vacare volunt, ab omni sacro ordine remouemus, officioque, atque beneficio ecclesiæ carere decernimus. Quòd si ab episcopo commoniti non se correxerint, principibus indulgemus licentiam, vt eorum fœminas mancipent seruituti. Si verò episcopi consenserint [e] eorum prauitatibus: ipsi officij interdictione mulctentur.

A ¶ Subdiaconatum.] *Antea legebatur*, diaconatum. *Sed emendatum est ex aliquot vetustis Gratiani exẽplaribus, & ex ipso concilio, cuius vnum exemplar est in bibliotheca Vaticana, & alterum missum est è Gallia. Diaconis enim nunquam in Latina Ecclesia legitur permissum fuisse coniugium, aut vsum ipsius: quos Syricius, & Innoc. semper eadem continentiæ lege cum episcopis, & presbyteris coniunxerunt. Subdiaconis quoque post B. Gregor. & prohibitionem illam, quæ continetur in c.ante triennium. supra dist.31.eadem lex fuit constituta: quam Vrbanus secundus hic innouandã statuit. Itẽ Dominico Patriarchæ Grãdẽsi.*

¶ Excludendi sunt à suorum graduum dignitate subdiaconi, & deinceps, si continentes esse nolunt.

CAP. XI.

4 ERubescant impij, & apertè intelligant iudicio Spiritus sancti eos, qui in sacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu sunt positi, nisi mulieres abiecerint, & castè vixerint, excludẽdos ab omni eorundem graduum dignitate. De manifestis quidem loquimur: secretorum [f] autem, & cognitor Deus, & iudex est.

Idem in Melphiensi synodo præsidens dixit, c.12.

¶ Ad sacros ordines nõ accedat, nisi virgo, aut probatæ castitatis.

CAP. XII.

5 NEmo ad sacrum ordinẽ permittatur accedere, nisi aut virgo [g], aut probatæ sit castitatis, & qui vsque ad subdiaconatum vnicam, & virginem vxorem habuerit.

Item in concilio Carthaginensi, 5.cap.3.

¶ In tribus gradibus constituti etiã ab vxoribus abstineant.

CAP. XIII.

6 PLacuit episcopos, presbyteros, diaconos [B] secundum priora [c] statuta etiam ab vxoribus abstinere [h]: quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur officio: cæteros verò clericos ad hoc non cogi, sed secundum vniuscuiusque [i] ecclesiæ consuetudinem obseruari debere.

B ¶ Diaconos.] *sequebatur*, subdiaconos. *quæ vox sublata est: quoniam abest ab originali, & ab Africano, c.37. & à Carthaginensi græco, c.71. & infra dist.84.c. cum de quorundam. quamuis habeatur in Carthaginensi codice canonum, cap.5.*

C ¶ Secundum priora statuta.] *græcè est κατὰ τοὺς ἐθίσους ὅρους: & Balsamon interpretatur*, tempore vicis suæ: *quod ab originalis sententia alienum est.*

7 *Item Leo IX. contra epistolam Nicetæ Abbatis.*

¶ In minoribus ordinibus constituti vxorem ducant, nisi voto, aut religioso habitu prohibeantur.

CAP. XIIII.

8 SEriatim, & apertè prosequemur, quid sancta Romana ecclesia in gradibus clericorum agat. Clericos tãtùm, ostiarios, lectores, exorcistas,

Eos qui.] Casvs. Quidã diaconi contrahebant de facto, vel vxores quas duxerant ante sacros ordines cognoscebant. Quæsitum fuit quid de eis deberet fieri, & de vxoribus eorum? Et respondet Vrbanus, q̃ clerici ab officio & beneficio suspendantur: & si incorrigibiles fuerit, datur licentia principib. vt eorum fœminas mancipent seruituti: & si episcopi huic prauitati cõsenserint, suspendantur.

d ¶ *Eos qui.*] Quod hic dicitur, intelligo quando quasi matrimonialiter [a] ducunt vxores, & in eo casu filij rediguntur in ecclesiæ seruitutem, vt 15.q.vlt.cũ multæ. primò tamen ipse eps rediget in seruitutem eas sit potest, vt 81.dist.quidam clerici. sed si ipse non sufficit, tunc itur ad brachium seculare, vt hic dicitur. sed obijcitur, nonne principes habent iurisdictionem super istas, cum sint laicæ? quare ergo eis indulgetur istud, cum ipsi eas per se possunt punire? Si legitima esset vxor ista, tunc planũ esset, quia legitima vxor sortitur forum ex persona viri, vt ff.de iu.om.iu. cum quædã. Sed illa quæ non est legitima, non, vt ff.ad mu.de iure.§.vlt. " Ad hoc potest dici, q̃ cum sit de familia sacerdotis, est de foro ecclesiæ, sicut & alij qui sunt de familia eius, vt 89.dist.indicatum. & 12.q.2.ecclesiarũ seruos. vel ideo censetur de foro.ecclesiæ: quia deliquit in persona ecclesiæ, quia ratione delicti dicitur in me princeps habere iurisdictionem: & ratione delicti fit quis de foro alterius, vt 6.q.3.placuit.

e ¶ *Consenserint.*] Hodie deponitur, vt extr. de vi. & ho.cle. vt clericorũ mores. & 83.dist. si quis epũs. & ext. de simo. nemo. Sed illud [b] verum qñ prece, vel p̃tio cõsensit, vt ibi dicitur in illa cõstitutione, vt clericorũ. Si autem eps negligens esset, suspendatur per duos mẽses, vt 1.q.1. quidquid.

E *Rubescãt.*] Casvs. Quæsiuit patriarcha Granden. quid debeat fieri de his qui erãt in sacris ordinibus positi: nihilominus tñ mulierculas sibi habebant. Et resp. Vrbanus, nisi eas abiecerint, & vixerint cõtinenter, si est manifestũ, sunt ab omni dignitate ecclesiastica remouendi: si autem occultum est, diuino iudicio reseruẽtur. Sequẽtia duo c. plana sunt.

f ¶ *Secretorum.*] " Ex hoc patet q̃ ecclesia nõ iudicat de occultis, sic 32.q.5. Christiano. 2. q.5. consuluisti. & 6.q.1. si omnia. Et est arg. pro opinione illorum qui dicũt q̃ occultum delictum non irrogat irregularitatem. Io. qd̃ est expressum hodie extra. de temp.ord.c.vlti. nisi in homicidio & simonia in ordine. 1.q.1. reperiuntur. B.

g NEmo. ¶ *Virgo.*] " quid si credit se cõtrahere cũ virgine, & est corrupta? Dico eũ nõ promouendũ, cum sit maritus corruptę, vt 51.dist. q̃ in aliquo. qa ibi nec error nec violẽtia excusat, vt 32.q.5.ille autẽ. sicut nec casus excusat, vt 15.q.1.c.vl. Quid si primò corrupi virginem, & postea eã desponsaui? arg. q̃ promoueri non possum, si volo eã ducere, vt 30. q.5.qualis. & j̃.dist.proxi. maritum. hoc notaui in quæst. B.

ADDITIO. Quæstio dominicalis est: & incipit, Aliquis cognouit virginem, &c.

h PLacuit.] ¶ *Etiam abstinere.*] id est non contrahere.

i ¶ *Sed secundum vniuscuiusq;.*] " No. cõsuetudinem seruãdam in matrimonio, vt hic, & j̃.ea.qm̃. & ext.de cog.spi.c.2. Sed cõtra extr.de spon.duo.tua. & ex hoc videtur q̃ eps in sua diœcesi possit statuere ne acolythi contrahant. Sed credo hãc consuetudinẽ referendã ad beneficia, vt si consuetudo sit vt acolythi vxorati habeant beneficia, ipsa seruet. sed hodie corrigitur per decr.ext.de cle.coniug. Ioann. & c.cum decorem.

SEriatim.] Casvs. Abbas Niceta dicebat clericos in sacris or-

a Pann.l.3. c.111.

a Hanc sententiam sequitur Vin. & Inn. extr. de coh. cle. c.2. in fi. vbi etiã de hoc. Arch.

b Id est qd̃ dicitur in illis c. prædictis Grandẽsi patriarchæ. iste sub nomine archiepiscopi continetur, vt patet 21. dist.c.1.ver. ordo.

2 Pan.l.3.c. 99.

3 Pann.lib. 3.c.101.

b ¶ *Cogantur.*] j̃.eod. placuit. cõtra. Sed illud quando ecclesia penuriam non patitur. argu. 55.dist.c.1.

c ¶ *Contumacia.*] quia non est fauore alicuius personæ omittendum quod statutis generalibus cõtinetur. 61. dist. miramur.

4 In c.à multis. §.erubescãt. extr. de æta.& qual. Pann.l.3.c. 103.

" Vxor clerici est de foro ecclesiæ.

5 In c.à multis. extra de æta.& qual. Pann. lib.3. c.104.

" Ecclesia non iudicat de occultis.

6 Pann. lib. 3.c.105.

" Bigamus est cũ corrupta et ignoranter contrahens.

7 Humbertus Cænoman. legat' Leonis ix. in responsione contra Niceta.

8 Pann.l.3. c.107.

" Consuetudo est obseruãda in matrimonio.

cris ordinibus posse cognoscere vxores suas. Leo autem Papa reprehendens eius epistolam dicit, q̃ clerici in minorib.ordinibus,si sunt extra vxorem vel habitum monachalem,possunt vxores sortiri virgines, non viduas vel repudiatas: alioquin nec ipsi,nec bigami poterunt promoueri postea. Si autem postea voluerint promoueri,debet hoc etiã fieri de consensu vxoris: quæ postea nec maritis nec alijs debet carnaliter copulari viuẽte marito, vel post mortem. Seq. c. plana sunt vsq; ad c.presbyter.

a ¶ *Votum & habitũ.*] bene dicit, habitum & votũ: qa solus habitus nõ solẽnizat votum, vt ext. de reg. porrectum.

b ¶ *Post mortem.*] "De ista vxore promoti dico q̃ eo ipso q̃ dat licentiam, intelligitur vouere: similiter etiam ea cuius maritus suscepit habitum religionis: vnde neutra debet contrahere: si tñ contraxerit, tenet secundũ quosdam: nam votum non fuit solẽnizatum [a]. Distingue tñ vtrum huius vxor sciat ius,vel dicatur sibi: quia non vouere intelligitur, non tñ solemnizatur votũ. Si verò ignortat, nec ei dicitur: non intelligitur vouere.in vxore tñ promoti secus posset dici,non propter votũ, sed propter cõstitutionem ecclesiæ: scilicet vt non sit matrimoniũ si contrahat. & videtur expressum s. 28. distin. quia sunt. H.dicit q̃ in vtraque vxore promoti & ingressi votum de præsenti dirimit, licet non solemnizet actũ. Io.Faber dicit aliud esse in vxore ingressi, aliud in vxore promoti: quia illa post mortem contrahit,sed vxor promoti non: quia est ratio diuersitatis: quia dignior est clericatus q̃ monachatus. nam etiam bigamus potest esse monachus. 16.q.1. legi. Sed mirum est, q̃ tantus vir hoc dixerit, cum manifestè obuiet. 27.q.2.Agathosa. & c. si quis cõiugatus.& 33. q.5.qui vxorem. posset autem dici, q̃ votum vxoris solemnizatur ex voto viri promoti, & ita vir vxori communicat votum, vt 28. dist. quia sunt. De hoc not. in d c. qui vxorem.

ADDITIO. Idẽ no. Hostien.extr.de reg.ad apostolicam. Arch.

c ¶ *Quoniã.*] ¶ *Vxores ducere.*] i.retinere.

"Vxor promoti an matrimonium contrahere possit.

a Ar.27.q.2. multorũ. vbi de vxore promoti loquitur, q̃ quia votum non fecerat postviri mortem nubere non prohibetur: sed illud secundũ sua tempora 31.dist.c.1. dic ergo secundũ Io. de Fan, q̃ illud non est verũ in vxore promoti. 38. dist. qa. & c.sequen. Arch.

1 Pann.l.3. c.110.

† ἑτερόδοξον.

† magna.

2 Burc.lib. 2. cap. 109. Antel.l.7.c. 133.& 6.c. 202. Iuo p. 6.cap. 186. Pann. l. 3.c. 112.

3 In epist.ad Oc. ibidem. In episto.ad Nepotianũ, propè fin. In episto.ad Rust. In epist. ad Oce.l.1.cõtra Iouin.

acolythos,si extra votum,& habitum [a] monachi inueniantur, & continentiam profiteri noluerint, vxorem ducere virginem cum benedictione sacerdotali permittit: non autem viduam,aut repudiatã: quia propter hoc deinceps nec ad subdiaconatum prouehi poterũt: quia nec laicus non virginem sortitus vxorem, aut bigamus ad clericatum potest ascendere. Quòd si quis ex præfatis ordinibus desiderat ad subdiaconatum ascẽdere, nequibit hoc sine consensu vxoris suæ: vt fiat de carnali deinceps spirituale cõiugium, nemine eos ad hoc cogente. Neque permittitur posteà vxor iungi eidem marito suo carnaliter: nec cuiquã nubere in vita, aut post mortem [b] illius.

Item ex concilio Calcedon. c. 14. ¶ Non liceat clericis alterius sectæ vxorem accipere. CAP. XV.

1 QVoniam in quibusdam prouincijs concessum est lectoribus & psalmistis vxores ducere [c]; statuit sancta synodus, non licere cuiquam ex his accipere sectæ [d] † alterius vxorem.

Item in Nicæno concilio,c. 3. ¶ Non habitent cum clericis mulieres, nisi quæ naturali fœdere omnem suspicionem excludunt.

CAP. XVI.

5 2 INterdixit per omnia sancta † synodus nõ episcopo, non presbytero,non diacono, vel alicui omnino, qui in clero est, licere subintroductã habere mulierẽ; nisi fortè aut matrẽ, aut sororẽ [e] aut amitã, aut A ẽt eas idoneas [f] psonas, quæ fugiant suspiciones [g].

A ¶ Aut etiam.] *Græcè est: ἢ ἀμόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγεν.* i.vel eas tantùm personas, quæ omnem fugerint suspicionem.

[*Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum, & alibi.*]

PALEA. C. XVII.

sus eorum vigeat semper,& tenuis sit; vel quia venter [a] mero æstuans facilè despumat in libidinem. Vnde Noë inebrietate nudauit fœmora: Loth,quem Sodoma non vicit, vina vicerunt. ¶ [1] *Quod tamen* † *vinolentus esse prohibet,no semel, sed frequẽter vino repletus debet intelligi.*

*Hinc etiam in canonibus Apostolorum can.*43.*&* 42.*legitur.*

¶Diaconus,presbyter, & episcopus ebrietati,& aleæ deseruientes, nisi desierint,deponantur†.

CAP. I.

1 E Piscopus,aut presbyter, aut diaconus, aleæ, [b] atque ebrietati deseruiens [c] aut desinat [d], aut certè damnetur; † Subdiaconus, aut lector, aut cantor similia faciens, aut desinat,aut communione priuetur [e]. Similiter etiam laicus.

Item Hieronymus libro 1.*contra Iouinianum.*

¶Esus carnium, & vini potus, post diluuium concessus legitur, post Christi aduentum inhibitus.

CAP. II.

A B exordio cõditionis humanę nec carnibus [f] vescebamur, nec dabamus repudium, nec præputia nobis eripiebantur in signum [g]. Hoc cursu ad diluuium usq; peruenimus. Post diluuiũ autem cũ datione legis,quam implere [h] nullus potuit, carnes ingestæ sunt ad vescendum, & repudia concessa duritiæ [i], & cultellus circumcisionis appositus, quasi Dei manus plus in nobis creauerit, quàm necesse est. Postquam autem Christus venit in fine temporum,& ω [k] reuoluit ad α [l], & extremitatem retraxit ad principium, nec repudium nobis dare permittitur, nec circumcidimur, nec comedimus [m] carnes, dicente Apostolo [Bonum est vinum non bibere, & carnes non comedere.] Et vinũ enim cum carnibus post diluuium dedicatum est [n].

h ¶ *Implere.*] s.dist.4.erit contra. Sed dic,ꝙ facilè non potest impleri. Vel dic, ꝙ tunc nullus potuit eam implere quo ad hoc vt adipiscceretur vitam æternam: "quia per circuncisionem non aperiebatur ianua cæli,licet ianua inferni etiam esset præclusa.secus hodie per baptismum.extr. de bapt. maiores. Vel ideo istud dicit, quia contrarietas fuit in lege. cum enim quod præceptũ fuit ꝙ sabbati die non fieret aliquod opus [d], item præceptum fuit quòd viij. die circuncideretur puer [e], potuit contingere quòd sabbatũ esset dies viij. ab ortu pueri,sed tamen in hoc nõ peccabant, quia excusabantur propter impossibilitatem: ideo autem fuerunt eis data dura præcepta, quia ex superbia eorum dixerunt, non deest qui impleat, sed deest qui iubeat [f].

"Circuncisio & baptismº differũt.

Gal.5. Rom.14.

d Vt Exod. 20.cap.

e Gen. 18.

Prouer.20.

i ¶ *Duritiæ.*] tamen peccatum erat, vt extra de diuort. gaudemus.

f Hoc sñialiter ꝑt sumi de j.lib.Regum,c.8.

k ¶ *Et ω.*] quæ est vltima litera Græcorum.

l ¶ *Ad α.*]quæ est prima Latinorum. & est argu. ꝙ restituta re ad pristinum statum, prióra iura restituuntur, vt 26.q.6.si quis de corpore [g].ff.de fer.rust.prẽd. hi qui.aliàs, & Attilicinus.Item arg.ꝙ non sit iniuria rei,si restituitur ad pristinum statum. ff. de pactis.si vnus. §. quod & in specie dotis.

Mich.2.

g Vbi ď hoc. & facit qđ no.1.q.7.donatum.

m ¶ *Nec comedimus.*] id est, suademus non comedere, consilium est.

Matth.22.

n ¶ *Dedicatum est.*] id est, in vsum assumptum.

E *Clesiæ principes.*] Casvs. Quidã prælati cum populum admonere deberent ad ieiunia seruanda,fartis corporibus & rubentibus buccis prædicabãt: contra quos inuehitur Hieron. & auctoritate Michææ prophetæ probat eos deijciendos à prælaturis suis in tenebras exteriores: quas vitare possunt,si imitentur apostolos non solùm sermone,sed etiam vitæ conuersatione. Quæ autem sequuntur,plana sunt vsque ad c.sexto die.

o ¶ *Principes.*] id est,prælatos,vt de consecratio. distinct. 1. corpora.

p ¶ *Propheticus.*] scilicet Micheæ.

q ¶ *Lautisque.*] idest, delicatis.

r ¶ *Epulis conquisitis.*] id est terrenis delicijs, quæ multo labore quæruntur.de consecr.dist.5.ne tales.

f ¶ *Exteriores.*]id est ex toto extra lucẽ.arg.40.di.quelibet.

t ¶ *Buccas.*]Plenus venter facilè de ieiunijs disputat. 11.q.2. gloria episcopi.Arg.ꝙ archidiacono cũ visitat parochias non est exilis prestanda procuratio,vt 10.q.3.illud.Hoc verum est ante visitationem factam,extra de cens.lib.exigit.Greg.x.

S *Exto die*.] Casvs, Secundum H. cap. istud diuiditur in tres partes. In prima parte Amb. detestatur vitiũ gulæ,& commẽdat abstinentiam in cibo: & hoc probat per Adam, qui dum voluit abstinere à cibo vetito, perseuerauit in bono. sed sed postquam non abstinuit, spoliatus est oĩ bono gratuito, & vulneratus est in naturalibus. In secunda parte quæ incipit ibi, *Et infra*. detestatur ebrietatem: & hoc per Noe, q̃ propter ebrietatem nudatus est: ex qua ebrietate seruitus est secuta. & p̃ Loth, qui propter ebrietatem commisit incestum cum duabus filiabus suis,in 3.parte, quæ incip. ibi. *At non Abraham*, commendat sobrietatem in vino:& hoc per Abrahã, qui angelis hospitibus suis nõ vinum, sed lac apposuit. Et per Ioannem Baptistã, qui nec vinum bibit, nec panẽ comedit, Benecuẽtanus autem sic ponit casum. In hoc ca. probat Ambros.7.rationib. & exẽplis esse abstinendum à superfluitate ciborum & vini: qa multa mala inde proueniũt. Prima ratio est in prin.c. Secũda ibi, *Vt sciamus*. Tertia ibi, *In prin*. Quarta ibi, *Manebat*. Quinta ibi, *Legimus*. Sexta ibi, *At non Abraham*. Septima ibi, *Denique annunciauit*.

a ¶*Sextò*.] Illud inducitur ad detestandam ebrietatem siue gulã. "Primo, quia per eam degenerauit humana conditio. Secundo, exẽplo Noè. Tertiò, quia seruitus est inducta propter eam. Quarto exẽplo Loth. Deinde commendat sobrietatẽ exẽplo Abrahę, qui cibum ministrauit Angelis sine vino: & exemplo Ioann. Baptistę.

b ¶ *Sexto die*.] id est die veneris. "nam Dominico die Dominus cępit facere mundum, vt 75.dist.cp̃ die. Alij dicunt, cp̃ omnia simul creauit.vñ Salomon *a*. Qui viuit in æternum, omnia simul creauit. sed licet omnia simul facta fuerint, non simul dici omnia poterant: & ideo scriptura vtitur tali dist. extr. de sum.tri.c.1.

¶De eodem.

PALEA. CAP. V.

1 VEnter mero æstuans citò despumat in libidines. Vbi ebrietas, ibi libido dominatur,& furor.

[*Idem ad Nepotianum de vita clericorum*.]

¶De eodem.

PALEA. CAP. VI.

2 VInolẽtum sacerdotem & Apostolus damnat, & vetus lex prohibet. Sacerdotes qui ministrant † in templo Dei, prohibentur vinum,& siceram bibere,ne in crapula,& ebrietate aggrauentur corda eorum. Sicera hebræo sermone omnis potio nuncupatur, q̃ inebriare põt. *& infrà*.3 ¶Quid quid inebriat, & statum mentis euerit, fuge similiter vt vinum. [Nolite, ait Apostolus, inebriari vino, in quo est luxuria.] *& suprà*. 4 ¶Qui altario deseruiunt, vinum, & siceram non bibant. Sponsa A Christi vinum fugiat vt venenũ: vinũ, & ebrietas incendium est.

A ¶Sponsa Christi.] *In epistola ad Eustochium sic habetur*. Hoc primum moneo,hoc obtestor,vt sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. *& paulò post*: vinum & adolescentia duplex est incendium voluptatis.

Item Prosper de vita contemplatiua,lib.2.c.22.

¶De eodem.

CAP. VII.

LVxuriam facit, & nutrit vini perceptio nimia,non natura.

Item Ambrosius in libro de Elia, & ieiunio,c.4.& 5.

¶In paradiso abstinentia, post paradisum edendi lasciuia incępit.

CAP. VIII.

SExto [a] die [b] bestiæ [c] sunt creatæ, & cum bestijs orta edẽdi potestas est, & vsus escarum. Vbi cibus cœpit [d], ibi finis factus est mundi: ibi † cœpit sua incrementa nescire,vbi † cœperunt diuina opera circa eum feriari [e]. Quo indicio † declaratum est, quòd per cibos mundus haberet imminui p̃ quos desijt [f] augeri. *& infrà*. ¶Et vt sciamus non esse nouũ ieiunium [g], primam illic legẽ constituit de ieiunio. *& infrà*. ¶Eousque nemo præuaricari nouerat,vt adhuc orta non esset,quę prima est prẽuaricatio. Indictum ieiunium, abstinentiæ lex à Domino Deo: præuaricatio [h] legis à diabolo, culpa per cibum, latebra [i] post cibum: cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in ieiunio. *& infrà*. ¶Serpens gulæ persuadet, Dominus ieiunare decernit. Itaque gula de paradiso regnantem expulit, abstinentia ad paradisum reuocauit [k] errantem, *& infrà*. ¶In principio generis humani ignorabatur ebrietas: primus Noë vineam plantauit: dedit naturã,sed ignorauit potẽtiam. Itaque vinum nec suo pepercit auctori, *& infrà*. ¶Sed illius ebrietas nobis suadet sobrietatem. Semel enim inebriatus est Noë. Vbi enim malum ebrietatis agnouit,iumentum †[l] suum ad remedium tẽperauit: nõ effudit ad vitium. ¶Manebat antequam vinum inueniretur, omnibus inconcussa libertas: nemo sciebat à consorte naturæ suæ obsequia seruitutis exigere. Non esset [m] hodie seruitus, si ebrietas non fuisset. Obrepserat quidem iã fraternæ prælationis inuidia [n], manebat tamen adhuc paternæ pietatis reuerẽtia. Læsa pietas [o] est,dũ ridetur ebrietas [p]. Non illis itaque solis nocent vina,quos tentant [q], sed & illis amplius, quorum oculis temulẽta ebriorum membra nudantur. ¶Legimus etiã, quòd patrem Loth inebriauerint filiæ in monte,ad quem timẽtes incẽdium Sodomitarum confugerant,& habitabant in spelunca. *& infrà*. ¶Fuit itaque ebrietas origo incesti, pessimæ regenerationis † partus [r] deterior. At non Abraham vina in suo conuiuio ministrabat: sed immolabat vitulum,butyrum, & lac etiam angelis hospitib. exhibebat. Cæli dominum, mundi agnoscebat auctorem. Vinum ergo exhibere non poterat. Sed rectè illic deerat materia peccati [s], vbi erat remissio [t] peccatorum. Deniq; annũtiauit eum † Ioannes non manducans panem,neq; bibens vinum. Qui.n. Christum annuntiat; ab omni vitiorum incentiuo præstare se debet alienũ.

Item ex concilio Agathensi, c.41.

¶Triginta diebus à communione abstineat clericus,quem ebriũ fuisse constiterit.

CAP. IX.

3 ANte omnia clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorũ fomes, ac nutrix est. Itaque eum,quem ebrium fuisse constiterit, (vt ordo patitur) aut triginta dierum

1 ¶. *Initio di. Hiero. in epi. ad Tit. ad c.1.*

2 *In epi. ad Oceanum.*

† *altario deseruiunt.*] Orig. *Leuit.10. num.16.*

3 *Ad Nepotianum.*

Ephes. 5.

4 *Ad Eustochium. epistol.22.*

"*Ebrietatis mala.*

† *vbi*] Orig.

† *ibi*] Orig.

† *alias, iudicio.*

" *die Dñico incępit Dominus mundũ facere.*

a *Eccl.18.*

c ¶*Bestiæ*.] id est, animalia in terra. nã 5. die fuerunt creata volatilia, &pisces. Genes. 1.

d ¶*Cœpit*.]mundus.

e ¶*Feriari*.].i.cessare.

f ¶*Desijt*.] tunc fuit homo spoliatus gratuitis, & vulneratus in naturalibus.de pęnit.dist. 1.Adam.

g ¶*Ieiunium*.] id est, abstinentia.

h ¶*Præuaricatio*.] sci licet fuit.

i ¶ *Latebra*.] quia abscondit se Adam à facie Domini. de pœniten.distin.1.& venit.

k ¶ *Reuocauit*.] arg. quòd primi parentes saluati sunt, vt de pœnit.distinct.1. sicut primi.& de consecr.distin. 1.hic duo.

† *inuentum. vera lectio.*

l ¶*Iumentum*.] id est carnem suam quam pascit homo quasi iumẽtum. "Vel dicitur corpus iumentum, quasi iuuamentum.

" *corpus est iumentum.*

m ¶*Non esset*.] supra distinct.1.ius gentium.contra. sed ibi soluitur.

n ¶*Prælationis inuidia*.]quia Cain interfecit fratrem suum.

o ¶*Pietas*.]paterna.

p ¶*Ebrietas*.] id est ebrius.

q ¶*Tentant*.]id est,inebriant.

r ¶*Partus*.] id est effectus: "istud vult dicere, quòd vinum ex se duos producit effectus: primò ebrietatem: deinde incestum. & ebrietas fuit deterior effectus vini *b*. Vel aliter: ex ebrietate processit seruitus. Item ex ea processit incestus, qui deterior est. Vel illud vult dicere, quòd filia est deterior, quam mater:quia Moabitæ & Amonitæ, quæ ab illis processerũt, fuerunt deteriores, quàm matres.

" *effectus nisi ẽ duplex. ibi.c.5.*

† *al. regeneratricis.*

b Et secũdũ hoc expõe regeneratricis,id est vini q̃ genera uit ebrietatẽ in incestũ Arch.

s ¶*Materia peccati*.] scilicet vinum.

t ¶*Remissio*.] id est Deus remittens peccata.

Matth.9.

† *al. Dominum.*

ANnte omnia.] Casvs. Dictũ fuit in concil.Agath.vt prius à clericis vitetur ebrietas, quàm alea, quę cunctorum nutrix est vitiorum, si quis clericus fuerit inebriatus, si est in sacro ordine, 30. diebus à communione remoueatur: si est in minoribus ordinibus verberibus subijciatur.

3 *Burc.l.14. c.11. Iuo p.13.c.79.*

a ¶*Aut*

"Eps p laicũ non verberet clericum.

a De hoc ẽt not. 23.q.5. c.1.in fi.

a ¶ *Aut corporali.*] recipiat 40. ictus. "sed episcopus non verberabit clericum per laicum, vt ext.de sent.exc. vniuersitatis. nisi sit incorrigibilis, vt ext.de sent.exc.vt famæ a.

Portet igitur. Casvs. Hic intitulatur 36. dist.in qua prosequitur quartum c.f. oportet episcopũ esse prudẽtem, q; verum est non solùm literatura, sed etiam in secularibus negotijs. Et hoc dictum est propter eos qui sub nomine simplicitatis stultitiam sacerdotum excusant. De literatura tractatur in his trib. dist. continuis. De peritia verò secularium negotiorũ tractatur in 39. distin.

1 Gl. ordin. 1.Tim.3.

b ¶ *Oportet.*] Ab hoc loco vique ad 40. dist. ostendit quam peritiã debent habere clerici: & in hoc ostendit q; habebunt peritiam literarum sacrarum.in prox. dist. ostendit, q; etiam habebunt peritiam secularium scientiarum. & inde sumpta occasione ostendit in 38. dist. quòd ignorantia est periculosa clericis. in 39. dist. dicit quòd habebunt peritiam secularium negotiorum. Et agit hic de quarto cap. apostolicæ regulæ.

† al. dispensatione.

2 Burc.l 2. c. 18. Iuo p. 6.cap.37. & 75.Pan. l.3. ca.46. Leuit.22. ibi.c. 19.

c ¶ *Simplicitatis.*] " Nec simplicitas, nec aliud potest excusare sacerdotis imperitiam, vt 38.dist.si in laicis.

" Sacerdotis imperitia est inexcusabilis.

d ¶ *Secularium.*]cum enim episcopus sit iudex & corporum, vt 11.q.1. de persona. & 12.q.1. præcipimus. & animarum. 10.q.1.quæcunque oportet ipsum tam spirituali, quàm seculari scientia ornari. 39.dist.circa princ.

Eps est iudex corporum & animarum.

Literatos.] Casvs. Quæsitum fuit à Gelasio, vtrum illiterati & corpore vitiati, qui seipsos sponte abscidérũt, possint promoueri. Et resp. quod nõ: quia secundum legem Moysi nihil vitiosum Deo debeat offerri.

3 j.dist. 59. c.1. Anst.lib.6.c. 28. Iuo par.5.c. 102.

e ¶ *Illiteratos.*] scilicet pœnitus. "Sufficit tamen mediocris scientia: vt ext.de cle.cum nobis olim.non enim requiritur in clerico summa perfectio.sic ff.de ædi.edi.sciendum.§. illud. & l. si quis venditor.licet sit ar.contra,ext.de pur.c.cõstitutus.Sed quid si penitus laicus ordinaretur, nunquid reciperet characterem? Sic, arg. *b* 1. quæstio. 1. ventum. ibi, sed dicitur. De hoc not. 40. distinctio. sicut. & extr. de cler.per sal. promo c.vno.

"Scientia mediocris sufficit.

b De hoc ẽt not.40.di. sicut.& 52.di. c.j.& ext.de cler.per sal. pro.c.1.

f ¶ *Imminutos.*]enormiter.

g ¶ *Seipsos.*]ex indignatione. Ioan.

Qui ecclesiasticis.] Casvs. Quidam archiepiscopus promouit quendam ad episcopatum, qui non erat literis eruditus, nec disciplinis ecclesiasticis imbutus. quæritur est de eo & de ordinatoribus quam pœnam debeant pati. Et respon. Zozimus, quòd ordinatus debet remoueri ab ordine quem suscepit, ordinatores verò careant potestate conferẽdi eundem ordinem, quem illicitè tradiderunt.

spatio à communione statuimus submouendum, aut corporali a subdẽdum supplicio.

DISTINCT. XXXVI.

1 2 ps

Portet b *etiam ordinandum esse prudentem. Quod contra eos notandum est, qui sub nomine simplicitatis* c *excusant stultitiam sacerdotum. Prudentem autem episcopum oportet intelligi non solùm literarum peritia, verum etiam secularium* d *negotiorum dispositione* †.

Vnde in epistola Gelasij Papæ ad episcopos per Lucaniam,c.18.& 19.

¶Illiterati, & corpore vitiati non promoueantur ad clerum.

CAP. I.

2 ILliteratos e, aut aliqua parte corporis vitiatos A, vel imminutos f nullus præsumat ad clericatus ordinem promouere: quia literis carens sacris non potest esse aptus officijs; & vitiosum nihil Deo prorsus offerri legalia præcepta sanxerunt. ¶Similiter qui seipsos g abscindunt.

A ¶Vitiatos vel.] *Istæ duæ voces absunt à pleriſq; vetustis exemplaribus Gratiani, & originali, cuius expressa est potius sententia, quàm verba relata.*

Item Zozimus Papa epist. ad Isichium Episcopum Salonitanum.

¶ Ad summum sacerdotium non aspiret, qui diuinis stipendijs, vel disciplinis non est eruditus.

CAP. II.

3 QVi ecclesiasticis disciplinis per ordinem nõ est imbutus, & temporum approbatione diuinis stipẽdijs h eruditus, nequaquam ad summum ecclesiæ sacerdotiũ aspirare præsumat; & non solùm in eo ambitio inefficax habeatur, verum etiam ordinatores eius careãt eo ordine i, quem sine ordine contra præcepta patrum crediderant præsumẽdum.

Ecce quòd sacrarum literarũ oportet episcopum habere peritiam: vnde in veteri testamento inter cętera ornamenta pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur manifestatio, & veritas, quia in pectore pontificis manifesta debet esse cognitio veritatis. ¶*Hinc etiam vectes, quibus arca portabatur, iugiter annullis erant inserti, vt cum arca esset portanda, nulla fieret mora de intromittendis vectibus: quia prędicatores, per quos Ecclesia circumfertur, sacris literis semper debẽt insistere, ne tunc quęrant* k *discere, cum ex officio alios debeant docere.* ¶*Hinc etiam Dauid prius ex gratia spiritus sancti donum scientię percepit, & postea administrationem regni exsecutus est.* ¶*Salomon quoque nõ diuitias, non longa tempora huius vitę, sed sapientiam à Deo petijt, & impetrauit.* ¶*Hinc etiam Dominus prius posuit verba sua in ore prophetę, & postea constituit* l *eum super gentes, & regna, dicens ad Hieremiã* [*Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te hodie super gentes, & super regna.*] ¶*Hinc etiam Malachias ait* [*Labia sacerdotis custodient* m *scientiam, & legem requirent de ore eius, quia Angelus Dominus exercituum est.*] ¶*Hinc etiam Saluator noster prius in medio doctorum sedit audiẽs illos & interrogans, & postea prędicare cœpit: quia prius quisque discere, & postea prędicandi officium vsurpare debet.* ¶*Hinc etiã Salomon prius ait* [*tempus tacendi*] *& postea* [*tẽpus loquendi*] *quia veritas prius tacendo discitur, & postea loquendo prędicatur.* ¶*Hinc idem Dominus ait.* [*Qui audit* n, *dicat veni* o.] ¶*Hinc etiam prius Apostolos docuit, deinde eos ad prędicandum misit, dicens* [*Estote ergo prudentes, sicut serpentes* p, *& simplices* q *sicut colũbę.*] *Sic ẽt post resurrectionem prius illis sensũ aperuit, & scripturas explanauit, & postea dixit eis* [*Eũtes in mundũ vniuersũ, &c.*]

i ¶ *Ordine.*] " Hic habes quòd qui iniustè confert aliquem ordinem, priuatur potestate conferendi illum. 1.quæstio. 1. si qui episcopi. alibi suspenditur à celebratione Missæ per annum, vt 55.distin.nullus.alibi deponitur, vt 51. distin.cap.1.& 62. distin. cap.vlt.& 81.distin.tantis.cum in hoc sit pœnarum varietas, fortè minor amplectitur 50. dist.eos. vel dic vt not. 21.quęst.2. in summa. in fi. Consueuit distingui, quòd si ex negligentia ordinat quis indignum, tunc suspenditur: si ex certa scientia deponitur. Vel aliter, aut ordinat illum cum quo de facili dispensare potest, vel cum quo dispensare non potest, vt secundum hoc magis vel minus puniatur. hodie tamẽ mitius agitur cum talibus, vt ext.de præb.graue.

" Ordinãtis iniustè punitio.

Exo.28.]ex interprete. 70.

Exo.25.

2.Reg.5.

ECCE.Casvs. Beneue. sic ponit casum huius §. in hoc §. probat Gratianus 14. rationibus vel auctoritatibus, quòd episcopus debet esse peritus in literis. Prima est in principio. Secunda incipit ibi, *Hinc etiam vectes.* Tertia, *Hinc etiam Dauid.* Quarta, *Salomon quoque.* Quinta, *Hinc etiam Dominus.* Sexta, *Hinc etiam Malachias.* Septima, *Hinc etiam idem saluator.* Octaua, *Hinc etiam Salomon.* Nona, *Hinc idem Dominus.* Decima, *Hinc etiam prius.* Vndecima, *Hinc Petrus.* Duodecima, *Hinc etiam Paulus.* Decimatertia, *Vnde sacerdotes.* Decimaquarta, *Hinc etiam in canticis.*

3.Reg.3.

2.Paralip.j.

Hier.1.

Mal.2.

Luc.2.

Eccles.3.

Apoc.22.

Matth.10.

k ¶ *Quęrant.*] nec .n. episcopus debet egere doctrina aliorum, quoniam alios debet instruere, vt 1.q.7. conuenientibus sic 16.q.j. sic viue. Ioan. in Authen. de sanc.episc.circa princip.

Marc.16. Matth.14.

ADDITIO. "Si tamẽ episcopus minus sit eruditus, ab alio doceri non contemnat, vt patet 18.dist.non oportet. & 22. dist. de Constantinopolitana, & 20.q.3.si habes.

"Epś aliorũ doctrina nõ dẽt egere.

l ¶ *Constituit.*] Not.ex ordine loquendi probari ordinem factorum.sic 43 distin.sit rector.& 20.dist.§.1. Ioan. Ar. 1.q.1. vt euidenter.

m ¶ *Custodiunt.*] quia videre debet quibus præiudicet, & quibus non, vt 43.dist.in mandatis.& 32.q.vlt.c.vlt.

n ¶ *Qui audit.*]discendo.

o ¶ *Veni.*]docendo.

p ¶ *Serpentes.*] ne eorum doli supplantemini.

q ¶ *Et simplices.*] ne alijs *c* dolos machinemini. Ioan. vt 16. q.1.si cupis.

c 16.q.1.si cupis.

a ¶*Satisfactionem.*] scilicet respondẽdo eis satisfaciatis. Et est ar. quòd prælati tenentur respondere ad omnes quæstiones: nam tantum debẽt differre præ lati à subditis, quãtum granum à palea, vt 25. distin.§.nomine autem criminis. 1.quæstio. 1. viliſſimus.& 8.qõ.1.licet.Ioan.

1.Petr. 3.

b ¶*De ea fide.*] id est, de articulis: quod creditis,& tenetis.Ioan.

1.Tim. 4.

c ¶*Spe.*] id est, de his quę speratis.

d ¶*Oculi.*] scilicet sponsæ.

Exod. 38.

e ¶*Pleniſſima.*]sic sẽper prælati sedebũt iuxta fluenta Euangeliorum & sacræ scripturę: "& sicut columba sedet ex natura iuxta aquam vt videat in ipsa aqua vmbram superuenientis accipitris, & sic sibi præcauere consuet uit, sic prælatus sibi p scripturam præcauebit contra hæreticos. 10. distin.in fin. 11. distin. nolite.

Cant. 5. " Prælatus columbam imitetur.

Leuit. 18.

S*I quis vult.*] Casvs. Tria sunt opera,quæ Moses & Aarõ faciebant,scilicet legere,docere populum, & orare: hæc tria opera debet episcopus facere, si vult imitari Mosen & Aaron. & si orauerit episcopus, vincet populus eius dæmones sicut populus Israel vicit Amalechitas orante Mose.

Leuit. 18.

f ¶*Non vadit.*] Nunquid ergo episcopi nõ intererũt bellis?imo *a*, quia etiã possunt alios hortari ad bellum, vt 23.q.7.igitur.& c.hortatu.Ioan.

Exod. 17. a Not. in c. hic all. 23. q. 8. igitur. in fi.Arch.

g ¶*Indesinenter.*] omnino,vel horis statutis. sic 21.q.3.hi qui. de cõse.dist.5.nunquam.31. dist.si laicus.ff.de cõdi. & dem.si quis ita.22.distin.sacrosancta.

S*Ed quæritur.*] Hæc dist. diuiditur in quinque partes. Secunda ibi,*Cur ergo.* Tertia ibi, *Relatum*. Quarta ibi,*Ideo.*Quinta ibi, *Vt itaque*.

†al.dimiserit.

Casvs. Ponitur hic 37.distin. in qua quæritur an oporteat clericos esse eruditos literis secularibus, scilicet libris gentilium:Et primo probat eos nõ esse legendos vsq; ad §.sed *Vnde,cum de quinque panibus quinque millia hominum vellet reficere, prius panes accipiens fregit, & postea discipulis dedit,& per eos demũ turbis apposuit: quia sacramenta legis,& prophetarum prius differendo exposuit, & postea eorum scientiam discipulis dedit, & per eos tandem illam fidelibus dispensauit.*

¶*Hinc & Petrus, cum rectoribus ecclesiæ scriberet, ait* [*Parati esse debetis reddere rationem omni poscenti vos satisfactionem* a *de ea fide* b *& spe* c, *quæ in vobis est,*] ¶ *Hinc etiam Paulus scribens ad Timotheum ait.* [*Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.*]

¶*Ex quibus omnibus liquidò colligitur, quòd non sufficit prælatis bona conuersatio, & morum honestas, nisi addatur scientia doctrinæ. Vnde sacerdotes ingressuri tabernaculum, prius lauabantur in labro æneo, quod fecerat Moyses ex speculis mulierum.* ¶*Hinc etiam in canticis canticorum oculi* d, *per quos prælati ecclesiæ intelliguntur, assimilantur columbis, quæ residentiuxta fluenta plenißima* e.

Hinc etiã Hieronymus A *in Leuit.*

¶Sacerdotis est legis scientiam habere,non bellis, sed orationibus vacare.

CAP. III.

SI quis vult pontifex nõ tam vocabulo esse, q̃ merito, imitetur Moysem,imitetur Aaró. Quid enim dicitur de eis? quòd non discedunt de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyses ĩdefinẽter in tabernaculo Domini. Quod autem opus eius erat? vt, aut à Deo aliquid disceret,aut ipse populum doceret. Hęc duo sunt Põtificis opera, vt, aut à Deo discat legendo scripturas diuinas, & sæpius meditando, aut populum doceat. Sed illa doceat,quæ à Deo ipse didicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu, sed quæ Spiritus sãctus docet. Est & aliud opus quod facit Moyses: ad bella non vadit f, non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? orat,& donec ille orat, vincit populus eius: si relaxauerit,& demiserit † manus, populus eius vincitur, & fugatur.Oret ergo & sacerdos ecclesiæ inde sinenter g, vt vincat populus, qui sub ipso est,hostes inuisibles Amalechitas, qui sunt dæmones impugnantes eos, qui volunt piè viuere in Christo.

A ¶Hieronymus.] *Citatur ex beato Hieronymo, & extat in homilia sexta Origenis in Leuiticum: quas quidem homilias cum alijs multis beatus Hieronymus Latinas fecit, sed ita,vt noxia quæque detruncarit vtilia transtulerit. Quod ipsemet ad Theophilum epist.62.ad Vigilãtium epist.75.& in plogo secundi libri in Michæam profeßus est. Ac frequenter Gratianus ea,quæ sunt Origenis Hieronymi nomine citat, vel quia pręcipui ecclesiæ doctoris auctoritas maius pondus habet,vel quia Hieronymus eo,quo dictum est, modo illa vertendo,penè sua fecerat.*

DISTINCT. XXXVII.

1 ps

S*Ed quæritur* h, *an secularibus literis oporteat eos eẽ eruditos. De his ita scribitur in Concilio Carthaginensi.4.c.16.*

¶Libros gentilium non legat episcopus.

CAP. I.

2 EPiscopus gentilium i libros non legat: hæreticorum autem, pro necessitate, aut tempore.

Item Hieronymus ad Damasum Papam de filio prodigo,epist.146.

¶Reprehenduntur sacerdotes, qui omissis Euangelijs comœdias legunt.

CAP. II.

3 SAcerdotes Dei omissis Euangelijs, & prophetis videmus comœdias legere, amatoria bucolicorum versuum verba canere. Virgilium tenere †, & id quod in pueris necessitatis k est, crimen in se facere voluptatis.

Idem ad cap.4.epist. ad Ephesios, lib.2.comment.

¶In vanitate, & obscuritate sensus ambulant,qui secularibus disciplinis occupantur.

CAP. III.

NOnne vobis uidetur in uanitate sensus, & obscuritate mentis ingredi, qui diebus, ac noctibus in dialectica arte torquetur? qui physicus perscrutator oculos trãs cælum leuat, & ultra profundum terrarum, & abyssi †, in quoddam innane demergitur, qui iambum ferit A? qui tantam † metrorum siluam in suo studiosus corde distinguit, & congerit? & (vt ad alteram partem transeam) qui diuitias per fas, & nefas quærit? qui adulatur regibus, hæreditates captat alienas, & opes congregat, quas in momento, cui sit relicturus, ignorat?

A ¶Ferit.] *Antea legebatur*, iambum feruet. *In originali aũt impresso est*, Iambum struit. *Emendatum vero est ex antiquo gratiani exẽplari. Nam Terentianus de Iãbo sic scribit:*

Iambus

econtra.deinde probat contrarium.postea dat solutionem j.eo.§. cur ergo.Prima duo c.plana sunt.

h ¶*Sed quęritur.*] in hac 37.distin.quærit *b* G. an ordinandus debeat habere peritiam secularium scientiarum.

b Sc. incidẽter. Hug.

"Primo autem ostendit, quòd clerici non nõ debent respicere libros gentilium *c*. Secundum ponit argu.in contrarium, & talem dat solutionem, quòd quidam legunt libros gentilium causa delectationis,& voluptatis, & hoc est prohibitum: quidam legunt ad eruditionem, & illud licitum est,vt per eos sciãt rectè loqui, & discerne re verum à falso.Io. vt j.eo.§.cur ergo. Et no. ℣ in omnibus vsq; ad §.sed contra.videtur sola voluptas prohiberi.

"Clerici an libros gentiliũ respicere possint.

c Et hoc facit vsq; ad §.j. eod. sed econtra.

2 Anſ.lib.7. c.202. Bur. l.1. cap.95. Iuo p.4. ca. 160.&p.5.c. 197. Pann. l.2.c. 130. Pol. l. 4.tit.7.

i E*Piscopus gẽtiliũ.*] "ergo nec leges audire debent.nam op probrium est eis, si se velint esse peritos disciplinarum forensium. C.de testa. consulta dialia.Sed contra,leges sunt per ora principũ diuinitus promulgatę, vt 16.qõ. 3. nemo *d*. Dic ℣ ad hoc licet audire leges,vt p eas melius intelligantur canones.arg.j.ea.dist. §. sed seculares. Ioan.

"Epis an liceat leges audire.

3 Iuo p.4.c. 162. Pan. l. 2.c.131. d Ad idé C. de lõg.tem. p̃scr.l.fi. 25. q.1.iõ. Arc.

k S*Acerdotes.*] ¶*Necessitatis.*]vt sciant rectè loqui.

† al. tãtùm.

NOnne.] Casvs. Quattuor genera hominum in hoc c. reprehenduntur, scilicet dialectici,qui quotidie in arte dialectica torquentur, & physici, qui oculos trãs cælum leuant, & versificatores,& cupidi, qui diuitias per fas,& nefas acquirunt, quas in momento cui sint relicturi,ignorant.

Ephes.4.

† al. abyssi quoddã immane demergit.

Vino.] Casvs. in hoc c. exponit quinque Hiero. Dicit enim, quòd illi inebriã tur vino, qui sacras scri pturas malè intelligũt, atque peruertunt. Secũ dò inebriantur sicera, qui sæculari scięntia abutuntur. Tertiò exponit, qui dicantur pseudoprophetæ. Quartò, qui sint diuini. Quintò quòd ille comedit vuã acerbam, qui aliter exponit scripturã, quàm veritas habet, etsi non contra fidem.

"Aures malè intelligẽtibus sunt euellendæ.

a ¶*Intelligunt.*] "Talibus qui malè intelligunt dicta magistri, essent aures præscindendæ. vt 24.q.1.si Petrus.

b ¶*Secundum tropologiam.*] ideſt, secundum moralem intellectum à tropos, quod est conersio *a*, quando verba nostra conuertimus ad mores informandos. 43.dist.si rector.

†al. tendicula.

a Et logos sermo. inde tropologia, i. conuersio sermonis. Hug. de hoc no. 76. di. ieiunĩ. in fi.

Additio. Isti cõtrarium faciebant. & facit de pœn. dist. 1. super tribus. Arch.

1 Hie. l. 5. ad c. 29. Ier.

Egant.] casvs. In hoc c. reprehendũtur sacerdotes à Hieronymo, qui filios suos & nepotes faciebant legere comœdias, & poetica carmina, & quia ad hoc pecuniam ecclesiasticam & ad alios turpes vsus conuertebãt: vnde dicit eos presbyteros puniendos ad instar Heli, qui cecidit de sella supinus, & mortuus est, quia suos filios non correxit. Quæ sequuntur, plana sunt vsque ad §. sed è contra.

2 Hier. l. 6. cõment. ad c. 31. Ier.

3 Iuo p. 4. c. 166.

c ¶*Ecclesiasticis.*] argu. contra ſ. 31. distin. omnino.

d ¶*Strenam.*] Strena est primum donum, qđ datur in principio calẽdarum. & datur pro augurio. 26.q.vlt. non observetis. & dicitur strena quasi sine threna, id est, sine lamentatione.

e ¶*Sportulam.*] quæ datur pro fabulis saturni, vel pro festis saturni cẽlebrandis, vel pro ludis saturni bonæ fortunæ.

f ¶*Sed quia filios.*] Talis repellitur à testimonio, vt 6.q.1.qui crimẽ. Itẽ nec potest esse episcopus, vt 48.dist.§. necesse. immo potius dicitur canis, quàm episcopus, vt 2.quæst.7. qui nec. Ioan.

1. Reg. 2.

Iambus ipse sex enim locis manet.
Et inde nomen inditum est senario,
Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur.
Scandendo binos quòd pedes coniungimus.

Ac de ijsdem senarijs Isidorus l. 1. Etymo. c. 58. ait, hos græci, quia geminos feriunt, trimetros dicunt.

Idem lib. 9. ad c. 28. Esaiæ.

¶Qui scripturas sacras malè intelligit, vel seculari sapientia abutitur, vino inebriatur, & sicera.

CAP. IIII.

VIno inebriantur, quando scripturas sanctas malè intelligunt [a], atque peruertunt: sicera, quando seculari abutuntur sapientia, & dialecticorum tendiculis, quæ non tam vincula † sunt appellãda, quàm phasmata, id est vmbræ quædam, & imagines, quæ cito pereunt, atque soluuntur. *Idem.* ¶1 Secundum tropologiam [b] pseudoprophetas eos debemus accipere, qui aliter scripturarum verba accipiũt, quàm Spiritus sanctus sonat; & diuinos eos, qui coniectura mentis suæ incerta futurorũ quasi vera pronuntiant absq; diuinorum auctoritate verborum. *Idem.* ¶2 Quicunque scripturas non ita intelligit, vt rei veritas habet, vuam acerbam comedit.

Idem lib. 3. ad c. 6. epist. ad Ephesi.

¶Reprehenduntur episcopi, qui filios suos secularibus erudiunt literis.

CAP. V.

3 LEgant episcopi, atque presbyteri, q filios suos secularibus literis erudiunt, & faciunt illos comœdias legere, & mimorum turpia scripta cantare, de ecclesiasticis [c] forsitan sumptibus eruditos. Et quod in corbonam pro peccato virgo, vel vidua, vel totam substantiam suam effundens quilibet pauper obtulerat, hoc in kalendariam strenam, [d] & saturnalitiam sportulam [e], & mineruale munus grammaticus, & orator, aut ĩ sumptus domesticos, templi stipes, aut in sordida scorta conuertit. Heli sacerdos, ipse sãctus fuit: sed quia filios [f] suos non eruditiuit in omni disciplina, & correptione, supinus cecidit, & mortuus est.

[*Item ex responsione Hadriani* B *Papæ ad Carolum, c. 49.*]

PALEA. CAP. VI.

4 OMnem vim venenorũ † suorum in dialectica disputatione constituunt hæretici, quæ, philosophorũ sententia, definitur non adstruendi vim habere, sed studium destruendi. Sed non in dialectica complacuit Deo saluum facere populum suum. Regnum enim Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis.

4 Iuo p. 4. c. 229. †al. inuentorum.

B ¶Hadriani.] *Hoc caput antea tribuebatur Vrbano. Sed est in scripto Hadriani de imaginibus ad Carolum magnum, c. 49. & inde emendatum est. Eadem verò habentur apud B. Ambrosium lib. 1. de fide ad Gratianum Imper. c. 3.*

Item Rabanus de preßuris ecclesiasticis.

¶Beatus Hieronymus ab Angelo verberatur, quia Ciceronis libros legebat.

CAP. VII.

5 LEgimus de beato Hieronymo, quòd cũ libros [g] legeret Ciceronis, ab Angelo est correptus, eo quòd vir Christianus paganorum figmentis intenderet.

Hinc etiam filius ille prodigus † in Euangelio reprehẽditur qui de siliquis h, *quas porci manducabant, ventrem suum replere cupiebat.* ¶*Hinc etiam origenes* C *cyniphes, & ranas, quibus Aegyptij sunt percussi, vanam dialecticorum garrulitatem, & sophistica argumenta intelligit. Ex quibus omnibus colligitur, quòd non est ab ecclesiasticis secularium literarum quærenda peritia. Sed contra legitur, quòd Moyses, & Daniel omni scientia Aegyptiorum, & Chaldæorum eruditi fuerunt. Legitur etiam, quòd præcepit Dominus filijs Israel, vt expoliarent* i *Aegyptios auro, & argẽto, moraliter instruens, vt siue aurum sapientiæ, siue argentum eloquentiæ apud poëtas inuenerimus, in vsum salutiferæ eruditionis vertamus.* ¶*In Leitico etiam primitias* D *mellis, id est dulcedinem humanæ eloquentiæ, Domino iubemur offerre.* ¶*Magi quoque tria munera obtulerunt Domino, in quibus nonnulli 6 tres partes* k *philosophiæ volunt intelligi. Denique (vt in expositione psalterij* E *Cassiodorus testatur) omnis splendor rethoricæ eloquentiæ, omnis modus poëticæ locutionis, quælibet varietas decoræ pronunciationis à diuinis scripturis sumpsit exordium. Hinc Ambrosius* F *ait super epistolam Colossensium [omnis ratio scientiæ supernæ, vel terrenæ creaturæ in eo est, qui est caput earum & auctor: vt qui hunc nouit, nihil vltra quęrat, quia hic est perfecta virtus, & sapientia, quidquid alibi quæritur, hic perfectè inuenitur. In Daniele, & Salomone ostendit infidelibus se totius auctorem sapientiæ. Quod infideles non putant, quia non legunt in Euangelijs, & Prophetis astrologiam, geometriam, & alia huiusmodi: quæ ideo despecta* l *sunt à nostris, quia nihil valent ad salutem, sed mittunt in errorem, & dum his student, curam animæ, non habent. Qui verò Christum nouit, thesaurum sapientiæ, & scięntiæ inuenit, quia id nouit, quod vtile est.*]

g ¶*Legimus.*] ¶*Libros.*] quia legit eos causa delectationis non causa eruditionis, vt de consec. dist. 5. nõ mediocriter.

4 Iuo p. 4. c. 229. †al. inuentorum.

h ¶*De siliquis.*] "id est, sæcularibus scientijs, quæ inflant, non satiant. *b*

"scientiæ seculares non satiant.

b Sicut. n. siliquæ onerant ventrẽ & inflãt, sed non satiant, sic & illæ à spirituali fame non liberant, nec cæcitatẽ expellũt, sed onere peccatorum & gehẽnæ reatu grauãt. quicunq; ergo ad remouẽdam cæcitatem ignorãtiæ illas artes & scientias discere appetit, quasi siliquis vẽtrem suum replere cupit, secundũ Hug.

SED ECONTRA. Casvs. Amodo probat Gratianus, quòd clerici secularibus scięntijs debent esse eruditi. Et hoc probatur sex rationibus. Prima est in principio. Secunda ibi, *Legitur etiam.* Tertia ibi, *In Leuitico.* Quarta ibi, *Magi.* Quinta ibi, *Denique.* Sexta ibi, *Hinc etiam Ambrosius.*

i ¶*Vt expoliarent.*] 14.q.5. dixit.

k ¶*Tres partes.*] scilicet moralem, naturalẽ, & rationalem.

l ¶*Despecta.*] respectu aliarum scientiarũ. Ioannes.

5 Ex Hiero. ad Eustoch. de custodia virg. Iuo p. 4. c. 164. Pã. l. 2. c. 132. †Luc. 15.

Act. 7. Dan. 1.

Exo. 3. & 11.

Leuit. 2.

Matth. 2.

6 Rab. ad hunc locum Matt.

cap. 2.

C Origenes.] *Is homilia 4. ad c. 7. Exodi. ranas quidem comparat poëtis, Cyniphes autem dialecticis.*

D ¶Primitias.] *Leuitici c. 2. prohibetur fermentum, ac mel adoleri in sacrificio Domini: primitiæ tamen eorum iubentur offerri, sed non super altare imponi. Vbi in gloßa ordinaria mel exponitur gentilis eloquentia, ab Isychio autem paganorum doctrina, cuius primitiæ ad imitationem beati Apostoli Pauli poßunt Deo offerri.*

E ¶Cassiodorus.] *In prologo psalterij. c. 15. & sequenti multis verbis Cassiodorus diuinæ scripturæ eloquentiam explicat, & commendat. Sed quæ affert in principio explanationis psalmi. 6. valde videntur his, quæ nunc referuntur, conuenire.*

F ¶Ambrosius.] *Ex beati Ambrosii principio expositionis capitis secundi epistolæ ad Colossenses. hæc summatim collecta*

Vrbat.] CASVS. Quidam prohibebant Christianos ne legerent libros gentilium, quos Beda reprehendit, dicens q̃ bene possunt legi sine peccato, vt vtilia inde sumantur, ad instar Mosi & Danielis, & etiam Pauli, qui suis epistolis inseruit versus poëtarum, scilicet Cretenses, &c.

a ¶*Si qua.*] arg. quòd vtile non vitiatur per inutile, vt 16. q.4. q.1. §.dis.9. si ad scripturas. contra. Ioan.

b ¶*Magister.*] Nam legitur q̃ cum Paulus venisset Athenas, vidit ará ignoti Dei, in qua erat scriptum, Hæc est ara ignoti Dei *a*, ĩ quo viuimus: mouemur, & sumus. à qua scriptura Apostolus incœpit prædicationem suam, & aperuit illis Athenientibus sensum illius scripturæ, prosequens de Deo nostro, & dicens: Quẽ vos dicitis ignotum, ego prædico & colo. tunc " Dionysius areopagita videns quẽdam cæcum transeuntem dixit illi: Si illumi naueris istum cæcum, credam tibi, qui statim inuocato noĩe Christi illuminatus est, & ille credidit.

a Al. ignoto Deo datiui culpa.

c ¶*Indidisset.*] "In epistola Pauli ad Titũ illud Epimenidis poëtæ, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ ventres pigri. 1.q.1. Dominus declarauit. Interseruit etiam in prima epistola ad Corinthios illud Menandri, Sæpe bonos mores corrumpũt colloquia praua. 28.q.1. sæpe. Item vsus est illo versu: Odero si potero, si non, inuitus amabo. sed Hieron. de consecr. dist. 5. nonnunquam. vsus est verib. Virgilij, & Aug. illo Lucani, mens hausti nulla, &c. 26.q.5. nec mirum. & iurisperitus auctoritate Virgilij. ff. de rer. diui. in tantum. §. cenotaphium. & Homeri, Instit. de contrah. emp. §. pretium.

1 Iuo p.4. c.85. Pan.l. 2.c.133.

†Al. quibus vbilibet inuẽta vtilia]

"Dionysius per prædicationem Pauli fuit conuersus.

"Apostolus vsus est sententijs poëticis.

2 l.9. reg.epist.48.j.86 dist. c. cum multa.

CVR ERGO. CASVS. Soluit Gratianus contrarietatem hanc, dicens q̃ sæculares scientias debet quis addiscere non ad voluptatem, sed ad eruditionem, vt quæ in eis vtilia inueniuntur, ad vsum sacræ eruditionis conuertantur. Vnde Gregorius quendam episcopum reprehendit, non quia seculares scientias didicerit: sed quia ad voluptatem grammaticam loco Euangelij exponebat.

3 Pan.l.2.c. 134.

d ¶*Sed seculares.*] Vnde beatus Gregorius infra 86. distin. cum multa.

L *Egimus aliqua.*] CASVS. Totum hoc c. legi potest de sæcularibus scientijs secundum H. & ostẽditur ratio triplex quare legantur, scilicet ne negligantur, ne ignorentur, & vt repudientur. Vel sic legimus aliqua vt nouum & vetus test. negligamus. Legimus aliqua, vt artes, ne ignoremus. Legimus aliqua, vt scripturas hæreticorũm, vt repudiemus.

sunt, referunturq̃ue in glossa ordinaria, & ab Anselmo ad idem caput secundum, cuius Anselmi verbis Gratiani verba magnopere sunt similia.

Hinc etiam Beda libro 2. Regum, c.9. in Samuelis allegoricis expositionibus.

¶Non prohibeantur clerici sacras literas legere.

CAP. VIII.

1 TVrbat acumẽ legentiũ, & deficere cogit, qui eos à legendis secularibus literis omnimodo æstimat prohibendos, in quibus † si qua [a] inuenta sunt vtilia, quasi sua sumere licet. Alioquin nec Moyses, & Daniel sapientia, vel literis Aegyptiorum paterentur erudiri, quorum tamen superstitiones simul, & delicias horrebant. Nec ipse magister[b] gentium aliquot versus poëtarũ suis vel scriptis indidisset [c], vel dictis.

2 *Cur ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legenda probantur? Sed seculares* d *literas quidã legunt ad voluptatem poëtarum figmentis, & verborum ornatu delectati: quidam verò ad eruditionẽ eas addiscunt, vt errores gentilium legẽdo detestentur, & vtilia, quæ in eis inuenerint, ad vsum sacræ eruditionis deuotè conuertant. Tales laudabiliter seculares literas addiscunt.* 2 *Vnde B. Gregorius quendam episcopum non reprehendit, quia eas didicerat, sed quia contra episcopale officiũ pro lectione Euangelica grãmaticam populo exponebat.*

Hinc etiã Ambrosius scribit super Lucã in explanatione proœmij.

¶Seculares literæ legendæ sunt ne ignorentur.

CAP. IX.

3 LEgimus aliqua, ne negligantur [e] A, legimus, ne ignoremus [f], legimus, non vt teneamus, sed vt repudiemus. [g]

e ¶*Ne negligantur.*] vt vetus testamentum.

f ¶*Ne ignoremus.*] Nam quãuis nullus sit vsus, tamen scientia necessaria est, vt §. dist. 7. c. vlt.

g ¶*Repudiemus.*] vt libros hæreticorum, vt 24.q.3.c.vlt.

A ¶Negligantur.] *Sic etiam in Pannormia, sed in originali & in vno Gratiani manuscri.* ne legantur. *Ibi enim agitur de pseudeuangelijs. Sed non est mutatum ob glossam.*

Item Hieronymus ad cap.1. epist. ad Titum.

¶Grammatica legenda est, vt per eam sacræ scripturæ intelligantur.

CAP. X.

20 4SI quis artem grammaticam nouerit, vel dialecticam, vt rationem rectè loquẽdi habeat, & inter falsa & vera diudicet, non improbamus B.

¶Geometria [h] quoque, & arithmetica, & musica habent in sua scientia veritatem: sed nõ est scientia illa, scientia pietatis. Scientia pietatis est nosse legem, intelligere prophetas, Euẽgelio credere, Apostolos non ignorare. ¶5 Grammaticorum c autem doctrina etiã potest proficere ad vitam, dũ fuerit in meliores vsus assumpta.

B ¶Non improbamus.] *Absunt istæ duæ voces ab originali. Exponens enim beatus Hieronymus verba illa ex principio epistolæ ad Titũ,* & cognitionem veritatis, quæ est iuxta pietatem, *ita scripsit:* Est planè veritas, quæ non habet pietatẽ, si quis grammaticam, &c.

C ¶Grammaticorum.] *Hæc non sunt B. Hieronymi, sed Isidori libr. 3. de summo bono, c.13. ex quo citat Iuo.*

Item Hieronymus in primum caput Danielis.

¶Exemplo Danielis probatur nõ esse peccatum secularibus literis erudiri.

CAP. XI.

6 QVi de mensa [i] Regis, & de vino potus eius nolunt † comedere, ne polluantur, vtique si ipsam sapientiã, atque doctrinam Babyloniorum scirent [k] esse peccatum, nunquam acquiescerent discere doctrinam & scientiam paganorum? Et resp. Hieron. q̃ non: & hoc probat exemplo quatuor puerorum, s. Danielis, Ananiæ, Azariæ, Misaëlis, & exemplo Mosi: qui si sciuissent esse peccatum, nũquam didicissent. Discebant enim vt cõuincerent incredulos: aliter risui paterent, si de dogmatibus eorum cũ eis disputarent, cum inde nihil scirent. Secũda quæstio fuit, an sit peccatum recordari secularium legum in prædicatione vel disputatione? Et respondet, non: quia hoc fit ex necessitate, vt probemus ea, quę sancti dixerunt, in libris gentilium contineri.

4 Pan.l.2.c. 135.

5 Iuo p.4.c. 107. Pan.l. 2.c.136.

6 Pol.l.4.ti. 7.

i ¶*Qui de mensa.*] "Daniel, Ananias, Misaël, Azarias *b*: nam turpe est alicui decretanti ius in quo versatur ignorare, vt ff. de origine iuris. l.2. §. Seruius.

"Daniel & socij sui.

b Isti alio noĩe dicti sunt Baltha sar, Sidrac, Misac, & Abdenago, secundũ Hug. & Lau.

k ¶*Scirent esse peccatum.*] ex eo quod Hieronymus hic inducit exemplum Danielis, colligitur argu. quód in dubijs recurrendum est ad exempla maiorum & aliorum. 16. quæst. 1. sunt nonnulli. 22. quæst. 1. vt noueritis. 1. quæst. 7. conuenientibus. 12.q.2. quæst. 16. quæst. 3. præsulum. 14. quæst. 1. c. vlt. 26. q.2. non statutum. & c. non exemplo. C. de sent. & interl. nemo *c.* contra Sol. " vbi iura deficiunt, recurrendum est de similib. ad similia: aliàs non. 20. dist. de quib. dic vt ibi. Item ar. præsumi eo ipso bonum, quòd ab aliquo bono sit factum, vt 7.q.1. omnis qui. & 34.q.1. cum beatissimus. 9.q.2. Lugdunensis. 12.q.1. expedit. 28.q.1. sic enim. 31. dist. omnino. Ioan.

† non vult.] Ori. & Poly. & sic deinceps. Act. 7.

7 Hiero. in prolog. in Danielem. c Vt no. 20. dist. c. fi. "recurritur qñq; ad simil. lib. ad simil.

a ¶*Prædi-*

a ¶ *Prædicta.*] scilicet de incarnatione, vt illud Virgilij.
" *Iam noua progenies cælo demittitur alto.*
" Virgilius.
b ¶ *Contineri.*] vt illud Ouidij.
" *Odero si potero: si non, inuitus amabo.*
" Ouidius.

De quibusdam.] Casvs. Relatum fuit Eugenio in synodo sua quòd in quibusdam locis non erant magistri, qui erudirent alios in liberalibus artibus: & ideo præcepit omnibus episcopis, vt in congruis locis magistros constituant, qui quotidie in doctrinis liberalibus alios doceant.

c ¶ *Neque magistros.* Arg. quòd scholares *a* in scholis de ecclesijs suis debẽt habere præbendas. s. distinct. 32. si qui. ff. ex quib. cau. ma. in integr. necnon. ff. de neg. gest. l. 1. extra de cle. non resi. inter quatuor. 1. q. 2. sacerdos. Sed contra. 1. quæst. 2. placuit. j. de consec. distin. 1. nemo. j. 12. q. 2. concessa. 16. quæst. 1. generaliter.

a Intelligo aliquẽ esse in scholis, licet aliquando diuertat cã. eundi ad curiam Romanam vel alibi, statim reuersurus: nã tunc nec diuertisse videt de pœ. dist. 1. diuortium. Arc.

d ¶ *Subiectisque.*] id est baptismalibus ecclesijs.

e ¶ *Vt magistri.*] Quid iuris sit de magistris, habes ext. de magist. quia nonnulli. & extra de magist. c. 1. quia à clericis ipsius ecclesiæ, & à pauperibus nihil petẽt vt ibi dicitur, " Sed nunquid magister iure licito potest facere collectam? Videtur quòd non: quia scientia donum Dei est: vnde vẽdi non potest, vt 1. q. 3. non solùm. quia professores iuris & si honestè accipiunt, tamen inhonestè petũt, vt ff. de va. & extraor. cog. l. 1. §. est quidem. Item quia potius debent proijcere pecuniam exẽplo Cratis. 12. q. 2. gloria. §. Crates. Item quia propter honorem adipiscẽdum legunt: non propter vtilitatẽ aliorum, quare tanquam suorum negotiorum gestores nihil ab auditorib. petere debẽt, vt ff. de neg. gest. si pupilli. §. 2. Sed contra: qui ꝑ tpe præstat obsequiũ, debet consequi beneficiũ, vt 12. q. 2. charitatem. Item quare non posset magister vendere doctrinã suam, sicut iurisperitus consilium, vt 14. q. 5. non sanè? Item nonne testis gratis testatur, & tamen recipit procurationem, i. pecuniam procurationis nomine, vt 4. q. 3. c. venturis. & ẽpus gratis cõsecrat ecclesiam: tamen recipere potest procurationẽ: vt ext. de simo. cũ sit. & officiũ magistri remunerandũ est, vt ff. de dona. Aquilius? So. tunc petat magister collectam cũ ei sua plenissimè nõ sufficiunt, vt 10. q. 3. priscis. & 12. q. 1. epũs ecclesiasticarum rerum. Ioan. Ego credo quidquid dicat Ioã. ꝙ magister potest facere collectam de qua viuat, & procuretur, etiam si abundè *b*: quia epũs cum consecrat ecclesiam, & cum visitat, recipit procurationẽ etiam si abundet, vt in decr. de si. cum sit Romana. & ext. de cen. cum Apostolus. & eo. tit. sopitæ. nec vendit magister scientiã, quia æstimari non potest: sed pro labore suo promittitur ei præmium. nam prædicator non dicitur vendere prædicationem, & tamen petere potest sustentationem, vt extra de præsc. cum ex officij. & de censi. cũ venerabilis. & 13. q. 1. §. quia ergo. & §. his ita. Bar. *c*

" Magister pro docẽdo an possit collectã facere.
2 Iuo p. 4. c. 214. Anse. l. 7. c. 2. Poly. l. 4. tit. 32.
b Arg. contra. 10. q. 3. cauẽdũ. iuxta fi. vbi de hoc. & ibi dicam. Archi.
c De hoc etiam no. 1. q. 3. vendentes. & plenè ext. de mag. quia. Arch.

f ¶ *Assiduè.*] id est, horis competentibus. sic s. 31. dist. sacerdotibus. ff. de cond. & dem. si quis ita legauerit.

Si quid veri.] Casvs. Manichæi dicebãt, quòd si Orpheus & Sybilla, & alij vates & philosophi gentiliũ de Deo aliquid dixerunt, tantæ est auctoritatis quantæ sunt verba prophetarũ. Et rñdet Aug. dicens, ꝙ si quid veri ibi reperitur, valet ad conuincẽdum eos: sed nõ vt habeatur in auctoritate sicut verba prophetarũ. Et hoc probat similitudine Dæmonum & Angelorũ: qui dæmones, licet vera dixerint de Christo, non tamẽ sunt tantæ auctoritatis quãtæ verba Angelorum.

g ¶ *Si quid veri.*] Ar. " quod testes vel instrã possunt pro parte rata haberi, pro parte non, vt dixi s. dist. 9. si ad sacras. sed illud verũ est, quãdo reprobantur ratione personæ: secus si reprobentur ꝓp dicta. Itẽ arg. quòd si aliquid induxero ꝓp me, quod non teneor recipere cõtra me. s. dist. 19. si Romanorum. contra. Ioã. Sol. si vtor aliquo contra me, & pro me vti debeo: nisi in casibus specialibus. 2. q. 7. si hæreticus. Dic vt ibi. Bart.

" Instrumẽta possunt ꝓp parte approbari, & ꝓp parte reprobari.
† sed ibi fusius.
3 Ibid. infra.

h ¶ *Valet quidem.*] Ar. esse argumentandũ ab exemplis paganorum, & in dubijs ad ea recurrendum. j. 13. q. 2. questa. s. dist. 21. submittit.

i ¶ *Dæmoniorum.*] Cũ dixerunt filio Dei, Ad quid venisti ante tẽpus torquere nos? Apostolus tamen in epistola ad Corinth. videtur cõtrarium dicere, cum dicit, Si cognouissent eũ, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Dic quòd si perfectè eum non nouerunt: " tamen credebant eum filium Dei, cum viderunt eum ambulãtem super aquas, cum viderunt eum esurire, non credebant.

† al. sanis.
" diaboli vtrũ cognouerũt Christi esse filiũ Dei.

Relatum.] hæc est 3. pars huius dist. in qua dicit quòd à sapientibus debemus audire, quæ leguntur in sacra scriptura. Ioan. de Fan.

Casvs. Quidam erant, qui cum veritatis doctorem nõ haberent, diuinam scripturam exponebant pro suæ voluntatis arbitrio: & non secundum traditionem sanctorum patrum: ex suo ingenio quasdam similitudines capientes: quos Clemens reprehendit, ostendens, quòd diuina scriptura non debet intelligi secundum arbitrium alicuius, nec extraneus sensus debet quæri, vel à litera alienus: licet multa sint in diuinis scripturis, quæ possunt trahi ad varios & diuersos intellectus. Et ideo docet scientiam esse discendam ab eo, qui veritatem à suis maioribus percepit: vt possit postea veritatem prædicare, & alios rectè docere: & ad assertionem veri dogmatis artibus liberalibus poterit vti, vt falsa & simulata declinet. Sequens cap. patet.

k ¶ *Traditionem.*] Tales dicuntur transferre terminos patrum, vt 24. q. 3. transferunt.

a ¶ *Verisi-*

Item ex synodo Eugenij a *Papæ secundi.*

¶ Magistros, & doctores episcopi congruis locis constituant.

CAP. XII.

2 De quibusdam locis ad nos refertur neque magistros [c], neque curam inueniri pro studio literarum. Idcirco in vniuersis epis, subiectisque [d] plebibus, & alijs locis, in quibus necessitas occurrerit, omnino cura, & diligentia adhibeatur, vt magistri [e] & doctores constituantur, qui studia literarum, liberaliumq; artium dogmata assiduè [f] doceant: quia in his maximè diuina manifestantur, atq; declarantur mandata.

Item Eugenius a *Papa.*

Discunt autem, non vt sequantur, sed vt iudicent, atque conuincant: quomodo si quispiã aduersus mathematicos velit scribere imperitus mathematis, risui pateat: & aduersus philosophos disputans, si ignoret dogmata philosophorum. Discunt ergo ea mente doctrinam Chaldeorũ, qua & Moyses omnem sapientiam Aegyptiorum didicerat. Idem.

¶ 1 Si quando cogimur literarum secularium recordari, & aliqua ex his discere, q̃ olim omisimus: non nostræ est voluntatis, sed, vt ita dicam, grauissimæ necessitatis, vt probemus ea, quæ à sãctis prophetis ante secula multa p̃dicta [a] sunt, tam græcorum, quàm latinorum, & aliarum gentium literis contineri. [b]

¶ Auctoritatibus gentilium, eorũ vanitas retunditur, atque conuincitur.

CAP. XIII.

Si quid veri [g] *de Deo Sybilla, vel Orpheus, alijue gentium vates, aut philosophi prę dixisse perhibentur, valet quidem* [h] *aliquid ad paganorum vanitatem reuincendam, non tamen ad istorum auctoritatẽ amplectendam.* 3 *Quantum enim distat de Christi aduentu intet prædicationem Angelorum, & confessionem dæmoniorum* [i], *tantum inter auctoritatem prophetarum, & curiositatem sacrilegorum.*

Item Clemens Papa I. epist. 5. ad suos discipulos.

¶ Ad intelligentiam sacrarum scripturarum, secularium peritia necessaria ostenditur.

CAP. XIIII.

3 *Relatum est nobis, quòd quidam in vestris partibus commorantes aduersantur sacris† doctrinis: & prout eis videtur, non secundum traditionem* [k] *patrum, sed iuxta sensum suum, docere videtur.*

a ¶ *Verisimilitudines.*] id est, statim volunt per similitudines procedere in alijs. & licet per similia licitum sit argumentari [a], vt 20 dist. de libellis. non tamen semper, vt 17. q. 1. nuptiarum. & 28. q. 1. sic enim.

b ¶ *Alienum.*] nisi illud reperiatur in auctoritate, vt cum inuenimus annũ poni pro die, vel econtra, vt 31. dist. tenere. 33. q. 1. hoc ipsum.

c ¶ *Discere.*] Prius. n. debet discere quàm docere, vt 16. q. 1. si clericatus. & c. sic viue. & 36. dist. §. ecce.

d ¶ *In pueritia.*] Arg. " quod aliquis potest testificari de eo quod vidit in puerili ætate, vt hic, & de cõsec. dist. 4. cum itaque. & c. placuit. & 26. dist. deinde. nam & liber factus potest testificari de eo qđ vidit cum esset seruus, vt ff. de verb. sig. nationem. §. vlt. [b] Arg. contra, quia hæc ætas nescit quid agat, vt C. de fal. mo. l. 1. & impubes nihil intelligitur scire, vt ff. de iu. & fa. igno. l. vlt. Dic quód si fuerit capax doli, bene potest de eo quod tunc vidit, testari de puro facto, sed de circunstantijs, sc. qualiter quid factũ sit, non: quia, in hoc facile potuit falli memoria. Ioan. quod satis credo. arg. insti. de inut. stip. §. pupillus. ff. de reg. iur. l. in negotijs. Bar.

I *Deo prohibetur.*] Hæc est 4. pars huius distinct. in qua dicit causam quare fuit prorhibitum studere in libris gentilium. Ioan. de Fan.

e ¶ *Thura.*] quasi dicat non refert, an quid fiat, an eius simile, vt 11. q. 3. existimant. & 86. dist. pasce. ff. man. l. vlt.

1 Iuo p. 3. c. 167. Pan. l. 2. c. 137.

VT ITAQVE.

CASVS. Concludit Grat. ex supradictis, qđ sacerdotes debẽt ignorantiam omnino vitare: quia si sacerdotes cæci & ignorantes velint docere subiectos, ambo in foueã cadunt: quod probatur auctoritate psal. Et licet quis velit se excusare auctoritate Euangelij dicentis, Seruus nescius voluntatem domini, &c. non tamen prodest. & hoc probatur auctoritate Apostoli: Qui ignorat, &c. quod debet intelligi de eo, qui inuenit à quo potuit discere: aliàs punitur. qp probatur auctoritate Augustini. Non omnis, &c. Sequens capitulum patet.

Psal. 35. 2 Ex Gre. in l. 1. pastor. c. 1.

Matth. 15. Psal. 68.

f ¶ *Oculi eorum.*] id est, prælati [c], qui regunt alios.

ADDITIO. vt 36. dist. §. ecce. in fi.

c Aliás oculi eorum. s. prælatorũ qui, &c.

g ¶ *Dorsum.*] id est, subditos qui sustentari debent à prælatis quasi in dorso: vel qa sequunt dorsum ipsorũ. 11. q. 3. pcipuè.

h ¶ *Qui ignorat.*] id est, qui negligit scire, vel contẽnit scire.

Multas enim quidam, vt audiuimus, vestrarum partium ingenioſi † homines ex ijs, quæ legunt, verisimilitudines [a] capiunt. Et ideo diligenter obseruãdum est, vt lex Dei cum legitur, non secundum propriam ingenij intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in scripturis diuinis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quẽ sibi vnusquisq; sponte præsumpsit, sed fieri non oportet. Non enim sensum †, quem extrinsecus adulteretis, alienum [b], & extra neũ debetis quærere, aut quoquo modo ipsum scripturarũ auctoritate confirmare: sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere [c] scripturarum, qui eam à maioribus secundum veritatem sibi traditam seruauit, vt ipse possit ea quæ rectè susceperit, competenter asserere. Cum enim ex diuinis scripturis integrã quis, & firmam regulam veritatis susceperit, absurdum nõ erit, si aliquid etiam ex eruditione cõmuni, ac liberalibus studijs, quæ fortè in pueritia [d] attigit, ad assertionẽ veri dogmatis conferat: ita tamen, vt vbi vera didicerit, falsa & simulata declinet.

a Ad hoc ext. de consti. translato. & de rescri. inter. & de transla. inter. ext. de app. vna. ff. ad l. Aq. illud. Arc.

† al. sensum extrinsecꝰ alienum.

b Ad idé facit expẽssè, vt vr̃ ff. ad Syl. excipiũtur. Arc.

" Testificari põt quis de eo qp vidit ĩ ætate puerili.

Item Isidorus in libro 3. sententiarum de summo bono, c. 13.

¶ Quare prohibetur Christianus poëtica figmenta legere.

CAP. XV.

1 4 IDeo prohibetur Christianus figmenta legere poëtarum, quia per oblectamenta inanium fabularum, mentem excitant ad incertiua libidinum. Non enim solùm thura [e] offerendo, dæmonibus immolatur, sed etiam eorum dicta libentius capiendo.

2 *Vt itaque ex præmissis apparet, imperitia sacerdotibus semper esse debet aduersa: quia cum per ignorantiam cæcati alijs ducatum præstare cœperint, ambo in foueam cadunt: vnde dicitur in psalmo.* [*Obscurentur oculi eorum* [f], *ne videant, & dorsum* [g] *eorũ semper incurua.*] *Cum enim obscurantur illi, qui præeunt, ad ferenda onera peccatorum facilè sequentes inclinantur. Elaborandum est itaque sacerdotibus, vt ignorantiam à se quasi quandam pestem abijciant. Licet enim seruus ne sciens uoluntatem domini sui, & nõ faciens, dicatur vapulare paucis, nõ tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. Ait enim Apostolus* [*Qui ignorat* [h], *ignorabitur.*] *Quod de eo intelligendum est, qui noluit* [i] *intelligere, vt bene ageret.*

Vnde Augustinus ait in lib. quæ veteris ac noui testamenti, q. 67.

CAP. XVI.

NOn omnis ignorans immunis est à pœna. Ille. n. ignorans potest excusari à pœna [k], qui à quo disceret, non inuenit. Istis autem hoc ignosci, †qui habẽtes à quo discerent, operam non dederunt. Huiusmodi non licet ignorare: accipiant ergo veniam, si conuertantur.

¶ *Caput hoc in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus coniunctũ est superiori. Est autem responsio ad quæstionem, quam præmisit B. Augustinus his verbis:* Quid est, quod in carne positus Saluator ait: Pater ignosce illis, non enim sciunt quid faciũt. Si enim nescium, quid est, quod ignoscitur? maximè cũ dicat Rex Abimelech ad Deum: Nunquid gentem ignorantem perdes? Non omnis ignorans, immunis est, &c. *In extremo autem addita sunt nonnulla ex ipso B. Augustino, quò sententia sit integrior.*

ADDITIO. Nã ignorãtia q̃ est ex culpa, nocet. 28. q. 1. §. ex his.

i ¶ *Qui noluit.*] " Videtur ergo qp illi sint excusati ad quos prædicatio Apostolorum non peruenit, vt 82. dist. proposuisti. sed nõ est ita: quia in oẽm terrã exiuit sonus eorum. 19. distin. ita dns. nec excusatur quis p ignorantiam, qui potest habere copiam peritorũ ff. de iu. & fac. igno. l. regula. vel si sua prudentia facilè potuit illud scire. C. de ingen. manumi. l. 3. & ff. quis or. in bon. poss. seruc. l. 2. §. in bonorum.

" Excusanturne hi ad quos Apostolorũ prædicatio non peruenit.

Luc. 12. k NON *omnis.*] ¶ *A pœna.*] id est à peccato pro quo debetur pœna, vel à pœna æterna. aliter non congruè diceret, nec verum etiam cum in quolibet ignorante sit pœna eo ipso, quòd ignorat, secundũ Hug.

1. Cor. 14.

CVm *itaque.*] Hæc dist. diuiditur ĩ tres par. In prima intẽdit probare, quod oẽs sacerdotes & alij maiores & minores debẽt esse instructi in l. diuina, & præcipuè in canonica, & probat hoc per x. auctoritates. Secũda ibi, *Quamuis.* Tertia ibi, *Sed licet.* Io. de Fan.

† al. ignoscinõ potent.

CASVS. Facta mentione supra de ignorantia §. vt itaque. & in c. non omnis. supponit Gra. 38. dist. in qua ostendit quòd ignorantia periculosa est, maximè sacerdotibus.

Luc. 23.

Gen. 20.

1 ¶ *Cũ itaq;.*] Superi dist. facta fuit mẽtio de ignorãtia: iõ magister annectit istã 38. dist. in qua ostendit qp ignorãtia periculosa est, maximè sacerdotib. " Notãdum est ergo, qp ignorãtia iuris alia est iuris naturalis, alia ciuilis vel canonici. Ignorãtia iuris naturalis neminẽ excusat, si est adultus, vel discretus: quia in his parũ interest decipere vel decipi posse, vt 16. q. 1. si cupis. de hac dr̃, Ignorans ignorabitur. Ignorãtia iuris ciuilis vel canonici neminem excusat, vt j̃. co. si in laicis, &c. q̃ ipsis. aliquos tñ excusat, vt milites, mulieres [d], rusticos, minores. Io. in damno tñ vitando nulli nocet, vt ff. de iu. & fa. ign. error. in fi. nisi in his q̃ introducta sunt ad rigorem iuris cõseruãdũ, vt in cõstitutione, si qs in tantã. C. vndé vi. & in p̃scriptionib. Bart. " Ignorãtia facti alia, pbabilis, & hęc excusat: qa ẽt peritissimos fallit, vt j̃. 1. q. 1 si quis à simoniacis. & 9. q. 1. ordinationes. alia est crassa & supina, vt cum quis ignorat id qđ publicè factũ est in ciuitate. hæc neminem excusat, vt 16. dist. qđ dicitis. 12. q. 2. qui & humanis. Hoc plenius inuenies. 1. q. 4. §. vlt. in fi.

" Ignorantia iuris est multiplex.

d De hoc legi. & no. 22. q. 4. §. illicitũ. fęminas tamen non in oibus excusat ignorantia, sed ĩ quibusdam vt not. ff. de iu. & fa. ig. regula. in prin. & C. e. tit. l. fi.

3 Burc. lib. 1. cap. 100. Iuo. p. 5. c. 202. Ans. l. 7. c. 114.

" Ignorantia facti est multiplex.

DISTINCT. XXXVIII.

1 ips

VM [1] *itaque voluntaria ignorãtia omnibus noxia sit, sacerdotibus est periculosa.*

Vnde in concilio Tolet. 4. c. 24. legitur.

¶ Sacerdotibus maximè ignorantia vitanda est.

CAP. I.

3 IGnorantia mater cunctorum errorũ maximè in sacerdotibus Dei vitãda est, qui docendi officium in populis, susceperunt. Sacerdotes enim

I *Gnorantia.*] CASVS. Docet hic concilium Toletan. qp ignoran-

ignorantiam sacerdotes Dei debent vitare,quæ mater est cunctorum errorum: & ideo maximè in sacerdotibus est vitanda.Vnde sacras scripturas legere debent, quibus populos sibi commissos valeant erudire,tam in scientia fidei,quàm in morib. & hoc probatur auctoritate Apostoli dicentis: Attende lectioni. &c.

a ¶ *Ad Timotheum.*] Arg. ꝙ vni dicitur, ad oēs extenditur,vt 24.q. quodcunque.& 16.q.1 prædicator.61.dist.miramur.de pœnit.dist.1. §.his auctoritatibus [a]. C.de diuer.rescrip.l.1. ff.de pac. iurisgentium. §.pactorum.Ar.contra, 25.dist.qualis.

1.Tim.4. ibid.inferi⁹

a Ver.nunc autē. aliàs est c.ad idē de cōse. dis. 4.propriè. 1 Conc. Arc.4.c.3.

Q *Vando.*] Casvs. Docet cōcilium Toletan.ꝙ quādo episcopi ordinant presbyteros in capellis, debēt eos docere qualiter officia debeant celebrare,ne per ignorantiam in diuinis sacramentis offendant. & cum ad litanias venerint, vel ad concilium, debent ep̄o suo reddere rōnē qualiter baptizauerint, vel officia celebrauerint. Sequens c.patet.

2 Burc.lib. 2. cap.157. Ans. l.7. c. 113. Iuo p. 3. cap.129. Pan. l.3. c. 23.

b ¶ *Officialē.*] in quo continetur officiū ecclesiasticum.

† al. accedant.

c ¶ *A sacerdote.*]idest episcopo.

† al.Deum offendant.

d ¶ *Ad litanias.*] " id est,in rogationibus. Et sic patet ꝙ oēs sacerdotes venient ad cathedralem ecclesiam in festo rogationum. sic j. de cōse.dist.3.c.3.de cōse.dist.1.& hoc.

" proceſſiones rogationum.

e ¶ *Vel ad concilium.*] Sic patet,ꝙ conuentus quem habet ep̄s cū clericis suis, dicitur concilium, vt 18.q.2. abbates.2.q.2.placuit.18.di. propter.& c.placuit.

f *Si in laicis.*] " Videtur ergo quòd laici habebunt peritiā iuris: maximè si sint iudices, cum teneantur ferre sententiam in scriptis,vt dixi 20. dist.§.1. Sed potest intelligi de iure consuetudinario, vel de iure naturali, in quo periculosa est ignorantia, vt 16.q.1. si cupis [b].

" laici iuris peritiam debent habere. 3 Ans.l.7.c. 119.Pol.l.4 tit.4.

b Vel dic ꝙ hoc pōt intelligi de illis laicis, q in dignitate sunt cōstituti, de quib. hr̄ exēplū, 59.dist.si officia. Arc. 4 Burc.lib. 2. cap. 160. Iuo p.6. c. 251.Ans. l. 7.c.108.Poly.l.4.tit.4. † al.suos canones. † al.digna.

N *Vlli sacerdotum.*] Casvs. Multi populi normam canonum & decretorum nō seruabant:& ep̄i cū canones ignorarent, eos non corrigebant. Præcepit ergo Cælestinus, vt nulli eporum liceat canones ignorare,quatenus cum fuerit necesse, corrigant delinquentes.

g ¶ *Canones.*] Pœnitētiales,si intelligis de sacerdotibus.vt 26.q.7.tempora. si intelligis de episcopo,planū est,vt 23.dist.qui episcopus [c].

c Ad idem 61.dist. statuimus . & ext. de cōs. & af.c.1. in fi.& j.e.oēs.

Q *Væ ipsis.*] Casvs. Octo exponit in hoc ca. Augustinus, quæ sunt sacerdotib.necessaria , ad hoc vt ignorantiam vitent,scilicet libri sacramentorum,&c.de quibus octo si vnū defuerit, vix sacerdotis nomen habebit.

¶Quæ sint sacerdotibus necessaria ad discendum.

CAP. V.

Q *Væ ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum* [h], id est, liber sacramentorum [i],lectionarius, antiphonarius,baptisterium, computus [k],canon pœnitentialis, psalterium,homiliæ per circulum anni Dominicis diebus, & singulis festiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus si vnum [l] defuerit , sacerdotis nomen vix [m] in eo constabit: quia valde periculosæ sunt euangelicæ minæ, quibus dicitur [Si cœcus cœco ducatū præstet: ambo in foueam cadunt.]

h ¶ *Ad discendum.*] supple hæc sunt.

i ¶ *Sacramentorum.*] id est,Missale.

5 Burc.l.2. c.2. & l.19. c.8.Ans.l.7. c. 109. Pol. l.3. tit.31. Iuo p.6. ca. 22.Pan.l.3. c.24.

k ¶ *Computus.*] quò ad dies & menses.

l ¶ *Si vnum.*] Arg. ꝙ vbi plura requiruntur ex necessitate , si vnum ex his deest , nihil agitur, vt de conse. dist.4. in synodo. 22.q.2.animaduertendum.sic qui offendit in vno , factus est reus omnium, vt de pœ. dist.5.consideret.& est simile [d]. C.de test. si vnus. & ff.de transa. cū hi.§.si prætor. Arg. contra. 30. quæst.5. aliter. ff.de ven. inspic. l.1. in fine. [e]

d Scilicet.à princip.glo. Matth.15.

m ¶ *Vix.*] quia vbi res deest, nec nomen habebitur,vt 68.distinct.cor episcopi. 7. q.1. factus. C.de fer.à nullo. 35. q. 7.quid est.

e Hic adde quod le. & no. 13.q.5. c.2. in gl. 2. 23.dist.quorundā.Arc.

¶Officialem libellum ab episcopo accipiant presbyteri, cum ordinantur .

CAP. II.

2 Q Vādo presbyteri in parochijs ordinātur,libellum officialem [b] à suo sacerdote [c] accipiant, vt ad ecclesias sibi deputatas instructi succedant, † ne per ignorantiam etiam in ipsis diuinis sacramētis offendant. † Cum verò ad Litanias [d], vel ad concilium [e] venerint, rationem episcopo suo reddant,qualiter susceptū officium celebrent, vel baptizent.

Item Leo Episcopus ad clerum, & plebem Constantinopolitanæ vrbis.ep.22.

¶Insciti a sacerdotum nec excusatione digna est, nec venia.

CAP. III.

3 S I in laicis [f] vix tolerabilis videtur insciti a: quantò magis in ijs, qui præsunt, nec excusatione digna est, nec venia?

Item Cælestinus vniuersis episcopis per Apuliam, & Calabriam constitutis,epist.3.

¶Canones non licet sacerdotibus ignorare.

CAP. IIII.

4 N Vlli sacerdotum liceat canones [g] † ignorare, nec quicquam facere, quod patrū possit regulis obuiare. Quæ enim à nobis res dignè † seruabitur,si decretaliū norma constitutorum pro aliquorum libitu,licētia populis permissa,frangatur?.

Item ex dictis Augustini.

¶ *Caeteri etiam collectores Augustinum citant. Ferè autem omnia hæc habentur in pœnitētiali Bedæ, & in libro de officijs ecclesiasticis, & alibi,*

Item ex 7.synodo,c.2.

¶Quæ oportet scire eum, qui episcopus est ordinandus.

CAP. VI.

6 O Mnes psallētes repromittimus [n] Deo [In iustificationib. tuis meditabor: nō obliuiscar sermones tuos.] Quod oēs quidem Christianos obseruare saluberrimum est,sed præcipuè hos, qui hierarchicam consecuti sunt dignitatē. Vnde definimus oēm qui ad episcopatus prouehendus est gradum,modis omnib. psalterium [o] nosse, vt ex hoc & omnis clerus , qui sub ipso fuerit,ita moneatur, & imbuatur. Inquiratur autem diligenter à metropolitano,si in promptu habeat legere scrutabiliter,& non transitoriè tam sacros canones, & sanctum Euāgelium,quàm diuini Apostoli librum,& omnem diuinā scripturam,atque secundum mādata Dei conuersari, & docere populum sibi commissum. Substantia [p] enim summi sacerdotij nostri sunt eloquia diuinitus tradita,id est vera diuinarum scripturarum disciplina , quemadmodum magnus perhibet Dionysius. 7 Quòd si disceptauerit [q], & ita libenter facere , & docere minimè spoponderit , nullatenus consecretur.Ait enim propheticè Deus.[Tu scientiam repulisti & ego repellam te.ne sacerdotio fungaris mihi.]

6 Mutatus est periodi ductus. Iuo p.5. c.373. Psal. 118.

n ¶ *Repromittimus.*] id est, videmur nos obligare, cum dicimus illa verba: In iustificationibus tuis meditabor.

o ¶ *Psalterium.*] 85. dist. archidiaconum [f]. 23.distinct. qui episcopus.

f Al.incipit, Florentinū.

p ¶ *Substantia.*] idest, de substantia sacerdotij videtur esse,quòd ordinandus habeat scientiam.

7 c.1.eccle. Hierarchię.

q ¶ *Si disceptauerit.*] id est , si contradixerit.

Osez 4.

a Placuit.

a *Lacuit.*] ¶*Inculcentur.*] similiter cum nouum celebratur concilium, vt 18.dist. decernimus, 11.q.3.curæ.

b *Sicut stellas.*] ¶*Firmamento.*] id est, meditationi & lectioni. Hug.

c ¶*Mundana.*] Vnde dicitur: Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia nó amabis. de conse.dist.5.nũquam. Hug.& Lau.

d *Si iuxta.*] ¶*Sapientiam.*] sic argnmẽtatur: Christus est scientia: ergo qui ignorat scientiam, ignorat Christum [a]: & intellige de tali ignorãtia, quæ contemnit discere. ſ.proxi. c.fi. Io.

e *Qui ea.*] ¶*Sapiuntur.*] id est, approbantur.

f ¶*Ignorat.*] Intellige de eo qui contemnit scire, vel de eo qui de facili scire posset, si habuisset tractatum cum peritis, vt C.de ing.ma. l.3.ſ.dist.proxi.

Quamuis.] Hæc est scda pars huius dist. in qua dicit, ꝙ illi errãt qui falsa pro vero approbant, vel econtrario. Io.de Fan.

Casvs. Quidã contra Aug.ita argumentabantur: nõ potest quis errare nisi ignorantia rerum: sed omnis ignorantia est nescientia. ergo quicunque nescit, errat. Dicit Aug. quòd ignorantia est vitanda in maiorib.& in minoribus: non tamen sequitur, ꝙ quicunq; nescit, errat. Sed ille dicitur errare, qui putat se scire ꝙ nescit: & qui falsum pro vero asserit. Verumtamen multum refert in quibus rebus quis erret. Nam si in re honesta, & quæ ad salutem animæ proficiat quis erret, sciens præponitur nescienti, & non errans erranti. In rebus autem diuersis, si ista sint vtilia, illa inutilia, & noxia: in noxijs nescions præponitur sciẽti: quia talia melius est nescire quàm scire.

g ¶*Errare.*] Errare enim est aliud pro alio putare. vt 22.quæst.2. in quibus. [b]

h ¶*Eademque.*] In his quæ spectant ad salutẽ animæ, nihil interest decipi vel decipere, vt 16. q.1.si cupis.

i ¶*Quàm scire.*] Hic videtur quòd bonũ sit ignorare mala, vt 32. dist. hospitiolum. Sed contra, omnis scientia à Deo est, [c] vt 37. dist. §. hinc. & bonum est scire mala, vt ea vitemus, vt ſ.dist.proxi.qui

1 pro declaratione huius ca. vide Ale.ď Imo. in l. si quis. C.de pac.& §. igitur ordinandus. ĩ authẽ. qũo op. epi.

a Addẽ q̃ tñr scire Christiani ad beatitudinẽ cõsequẽ dã. not. Bal. in gl. super rub. C. de sum.tri. In. & Io.An. in c.2. §. pro defectu. de renun.

† al. pœniteant] al. asserant.

2 1.Cor.1.

1.Cor.14.

3 lib.moral. 15.c.23.mutato verborũ ordine.

b Adde qualiter errare ignorare, nescire, & tubare differunt, no. gl. sup rub. ff.de iur. & fa.ign. & in l. de statu. ff.de test.

c Arg.cõtra 26.q.2.q fine.& q.5.episcopi. in prin.

4 Sentent.l. 1.dist. 18.c. illud.

† al. error. q.p.c. cauẽdus.] orig.

Item ex concilio Carthag.3.c.3.

¶De eodem. CAP. VII.

PLacuit 1, vt ordinandis episcopis, vel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta cõciliorum auribus eorum inculcentur [a], ne se aliquid contra statuta concilij feciſſe pœniteat. †

Item Zepherimus Papa epi.1. ad episcopos Siciliæ.

¶Sacræ scripturæ inhærentes non obscurantur iniquitate mundana.

CAP. VIII.

SIcut stellas cœli non extinguit nox, sic mentes fideliũ firmamento [b] inhærentes sanctæ scripturæ non obscurat mundana [c] iniquitas.

Item Hieronymus ad Eustochiũ in proœmio comment.in Esaiam.

¶Ignorantia scripturarũ est ignorantia Christi.

CAP. IX.

2 SI iuxtà Apostòlum Paulum, Christus Dei virtus est, Deiq; sapientia, & qui nescit scripturas, nescit Dei virtutem, eiusque sapienaiam [d], ignoratio scripturarum, ignoratio Christi est.

Item Gregorius in pastorali, p.1. cap.1.

¶A Domino sciuntur, vel ignorantur, qui ea quæ Dei sunt, sapiunt, vel ignorant.

CAP. X.

QVi ea, quæ Dei A sunt, sapiunt, à Domino sapiũtur [e]: & qui ea quæ Dei sunt, nesciunt, à Deo nesciuntur. Paulo attestante, qui ait [Si quis ignorat [f], ignorabitur.] *Idem.* 3 Quicunque stultus est in culpa, erit sapiens in pœna.

A ¶Dei sunt.] *In loco indicato legitur,* Qui ea, quæ sunt Domini nescsiunt, à Domino nesciuntur, Paulo attestante, &c.

Item Augustinus in Enchiridio ad Laurentium, c.17.

¶Non qui aliquid nescit, sed qui putat se scire quod nescit, errare probatur.

CAP. XI.

4 3 QVuamuis errare † [g], quanta possumus cura, cauendum sit, non solúm de mensa. & c. si quid veri. Dic quòd omnis scientia bona est.

" sed dicitur aliqua scientia mala. quia mala est illi, cui dat occasionem peccandi: sicut Adæ fuit malum pomum paradisi, vt 2.q.3.quid ergo. & Iudæ buccella. vt 1.q.1. §. opponitur. ver. nec mirum. de conse.dist.2.& sancta.

" Scientia aliqua dicitur mala.

in maioribus, verùm etiam in minoribus rebus, nec nisi rerũ ignorantia possit errari, nõ tamen est consequens, vt continuò erret quisquis aliquid nescit: sed quisquis se existimat scire qd̃ nescit. Pro vero quippe approbat falsum: quod est erroris propriũ. Verumtamen in qua re quisq; erret interest plurimũ. Nam in vna eadẽq; [h] re, & nescienti sciens, & erranti non errans recta ratione prę ponitur. In diuersis autem rebus, id est, cum iste scit alia, ille alia, & iste vtiliora, ille minus vtilia, vel etiã noxia, quis non in eis, quæ ille scit, ei præferat nescientem? sunt enim quædam, quæ nescire, quàm scire [i] sit melius.

3 *Sed licet per ignorantiam grammaticæ artis aliquid vitiosum proferant episcopi, vel presbyteri, non tamen ideo à scholasticis sunt despiciendi: quia morum vitia magis quàm verborum sunt præcauenda.*

Vnde Augustinus in libro de catechizandis rudibus, c.9.

¶Non contemnant scholastici ecclesiasticam simplicitatem.

CAP. XII.

5 SEdulò monẽdi sunt scholastici A, vt humilitate induti Christiana, discant non contemnere, quos cognouerint morum vitia, quàm verborum amplius deuitare, & cordi casto linguam exercitatam nec conferre audeant: quam etiam præferre consueuerant. *& infrà.* His etiam maximè vtile est, nosse ita esse præponendas verbi sententias [k], vt præponitur animus corpori. Ex quo fit, vt ita malle debeant veriores, quàm disertiores audire sermones, sicut malle debent prudentiores, quàm formosiores [l] habere amicos. Nouerint etiam nõ esse vocem ad aures Dei, nisi animi affectum. Ita enim nõ irridebunt, si aliquos antistites, & ministros ecclesiæ fortè animaduerterint, vel cum barbarismis, & solœcismis Deum inuocare, vel eadẽ verba, quæ pronuntiant, nõ intelligere [m], perturbatèq; distinguere: non ꝙ ista minimè corrigẽda sunt, vt populus ad id, quod planè intelligit, dicat [n],

5 Iuo p.6.c. 383.

" Sententia potius quã verba attẽdi debet.

" Seneca.

" Imperitia ñ facit quẽ deponi.

d Ad idem 73.dist.cpo rũ, in fi.25. q.2.& ĩ Galliarũ. in fi.

" Presbyter an sine ministro possit celebrare.

SEdulò.] Casvs. Quidam prælati p ignorantiam grammaticæ lectionis Deũ cũ solœcismo & barbarismo inuocabant: & propter hoc à peritis scholasticis despiciebantur. quare quæsitũ fuit ab Augustino, an hoc deberent facere? Et resp. quòd non: & hoc probatur trib. rationibus. Prima est, quia diserta lingua scholasticorum casto cordi non debet præponi. Secunda est, quia scientia præponitur verbis, sicut animus corpori: & sicut prudens amicus formoso præponitur. Tertia est, quia Deus magis inspicit affectum quàm vocem. ignorantia tamen talis est reprehẽdenda: sed ab his tolerãda qui didicerunt: quia sicut sonus in foro, ita votũ in ecclesia benedicitur.

k ¶*Sententias.*] "No. ꝙ magis consideranda est sententia quàm verba, vt 1.q.1. marchion. 22. quæst. 5. humanæ. de consec.dist.4. retulerunt. etsi non sanctificatur. & potius mens est cõsideranda quàm verba. vt 23.q.1. paratus. Arg.cõtra. ext. de spõsa. ex literis. fol. non est à verbis recedendum: nisi ex verbis prauus generetur intellectus: & tunc verba sunt interpretanda.

l ¶*Quã formosiores.*] Vnde Seneca. "Infirmus non quærit medicum eloquentem, sed curare scientem.

m ¶*Intelligere.*] Argu. "quòd non est deponendus aliquis propter imperitiam [d], vt 10.q. 1.placuit.

n ¶*Dicat.*] Arg.contra. extra de fil.presbyt. proposuit. 7. quæst. 1. illud. sed nec hic populus respondet, Amen, officiãdo ecclesiam vel missam. " Et ita videtur, quòd

tur,quòd nec ſine miniſtro poteſt presbyter Miſſam dicere, licet H.dixerit, quòd bene poſſit cum populo tantùm eccleſiam officiare.

a ¶*Amen.*] Videtur ergo ſufficere, ſi populus reſpondeat ſacerdoti in Miſſa [a].& ſic eſt contra.7.q.1.illud. Sed dic ꝙ non reſpondet populus officiando miſſam.

a Dicit Hug. quod quidem verum eſt. ſed hoc nō colligitur hic. non.n.dī ꝙ populus ſic rñdeat officiando, &c. vt ſequitur. de hoc ī. in gl. præced. Arch. †tamē] or.

b ¶*Vt ſono.*] Hoc eſt dicere, ſicut in concione laici compoſitos ſermones & politos conſiderant: ſic viri eccleſiarum votum & intentionem conſiderare debēt ſacerdotis.

c ¶*Itaque.*] id eſt, quamuis.

d ¶*Illa.*] concio.

e ¶*Bona dictio.*] nominetur: non tamen poteſt dici benedictio. 28.diſt.presbyterum.

Nvllus.]Casvs. Quidam epiſcopi dedignabātur diſcere à iuuenib. vel ignobilib. propter opprobrium ſenectutis, vel nobilitatem generis: quos Clemens reprehēdit, dicens ꝙ potius ſunt membra diaboli quàm Chriſti:& potius ſunt infideles quàm fideles.

f ¶*Opprobrium.*] Et dicit Auguſtinus. "Ego ſenex à puero non dum anniculo paratus ſum edoceri,vt 24.q.3. ſi habes.& ſtultus eſt,q bona quæ videt, diſcere cōtemnit,vt 22.diſt. de Conſtantinopolitanæ. & ſi vnum pedem haberem in ſepulchro, alium extra: adhuc vellem diſcere, vt ff.de fideic.lib. apud Iulianū. Vnde Seneca. "Nulla ætas ſera eſt ad diſcendum.

"Incitatio optima ad diſcendum.

"Seneca.

Ecce.]Hæc diſt. breuis eſt: & ideo non diuiditur.

g ¶*Ecce.*] In tribus ſupradictis diſt. demonſtratum eſt, ep̄m debere eſſe prudentem in literis tam diuinis quàm ſecularib. "Nunc verò in hac 39. diſt. oſtēdit, ꝙ oportet epiſcopum eſſe prudentem in negotijs ſecularib. vt ſua cautela reddantur eccleſiæ indēnes: & cuique neceſſaria pro ſuo modulo miniſtrentur, & hoc exemplo Domini,qui turbas ſequētes non ſolùm verbis ſpiritualib.ſed etiam corporalib.alimentis reficiebat: quam peritiam: quia Petrus diaconus non habuit,eſt à dignitate repulſus, ad quam fuerat electus, vt probat ſequens c.quod per ſe patet.

"Epiſcopus debet eſſe prudens in negotijs ſecularibus.

†al.non fugere.

h ¶*Habere peritiam.*] Et ita hoc eſt adhuc de illo capitulo, de quo tractatur 36.diſt.ſcilicet,oportet epiſcopum eſſe prudentem,ſecundum Hug.& Lau.

Amen [a]: ſed quia † piè tolerāda ſunt ab eis, qui didicerunt, vt ſono [b] in foro,ſic voto in eccleſia benedici.Itaque [c] forenſis illa [d], nonnūquam fortè bona dictio [e], nunquam tamen benedictio dici poteſt.

a ¶Scholaſtici.] *Vox iſta abeſt ab originali. Sed in eo hæc præcedunt:* Sunt item quidam de ſcholis viſitatiſſimis grammaticorū, oratorūq; venientes,quos neque inter idiotas numerare audeas, neque inter illos doctiſſimos,quorum mens magnarum rerum eſt exercitata quæſtionibus. His ergo, qui loquendi arte cæteris hominibus excellere videntur,cum veniunt, vt Chriſtiani fiāt, hoc amplius, quàm illis illiteratis impartire debemus,ꝙ ſedulò admonendi ſunt,vt humilitate,&c.

Item Gregorius ad Leandrum Epiſcopum Hiſpalenſem, in præfat. Moral.ad finem.

¶De eodem. CAP. XIII.

INdignum vehementer exiſtimo,vt verba cæleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati.

¶*Hoc, & duo ſequentia capita abſunt à multis antiquis exemplaribus,neque gloſſam habent.*

[*Item Auguſtinus de vera religione,c.49.& 50.*]

PALEA. CAP. XIIII.

LOcutio diuinarum ſcripturarum ſecundum cuiuſque linguæ proprietatem accipienda eſt. Habet enim omnis lingua,ſua quædā propria genera locutionum, quæ cum in aliam linguam transferuntur,videntur abſurda.

[*Item Hieronymus ad Pammachium, epiſt. 52. cuius initium eſt* [*Chriſtiani interdum pudoris eſt.*]]

PALEA. CAP. XV.

ECcleſiaſtica interpretatio, etiā ſi habet eloquij venuſtatē, diſſimulare eam debet,& fugere †, vt non otioſis philoſophorum ſcholis, paucisque diſcipulis, ſed vniuerſo loquatur hominum generi.

Item Clemens Papa epiſt.3.

¶Propter opprobrium ſenectutis,à paruulis, & à minimis non erubeſcat diſcere epiſcopus.

CAP. XVI.

NVllus epiſcop⁹ †propter opprobrium [f] ſenectutis, vel nobilitatem generis à paruulis,vel minimis † eruditis, ſi quid fortè eſt vtilitatis, aut ſalutis,inquirere negligat. Qui enim rebelliter viuit, & diſcere atque agere bona recuſat,magis diaboli,quàm Chriſti membrum eſſe oſtenditur, & potius infidelis, quàm fidelis monſtratur.

† abeſt ab originali.

DISTINCT. XXXIX.

IPS Ecce [g] *plenariè mōſtratum eſt, quòd ſacerdotes oportet literarum tam ſacrarum, quàm ſecularium eſſe peritos. Nūc quæritur, an ſecularium negotiorū oporteat eos habere peritiā* [h]. *Hanc prælatis eße neceſsariam multis rationibus probatur. Debent namque prælati ſubditis non ſolùm ſpiritualia,ſed etiam carnalia ſubſidia miniſtrare,exemplo Chriſti,qui turbas ſequentes nō ſolùm verbo docebat, ſed etiam virtute ſanabat, & corporalibus alimentis reficiebat. Vt autem prælati hæc omnia plenè poſſint perficere, ſecularium negotiorum oportet eos habere ſolertiam* [i]: *vt eorum cautela & eccleſiæ ſeruētur indemnes, & cuique neceſſaria pro ſuo modo* [k] *miniſtrentur. Vnde quidam in epiſcopum electus, à Beato Gregorio pro ſua ſimplicitate repellitur, ne eius occaſione res eccleſiæ dilapidarētur.Sic enim ſcribit Gregorius clero,& nobilibus. Neapol. lib.8.epiſt.40.*

¶Secularium negotiorum imperiti non ſunt in epiſcopos ordinandi.

CAP. I.

IPEtrus diaconus, quem à vobis electum aſſeritis, omnino (vt dicitur) ſimplex eſt [l]: & noſtis, quia talis hoc tempore in regiminis debet arce conſtitui, qui non ſolùm de ſalute animarum, verum etiam de extrinſeca [m] ſubiectorū vtilitate, & cautela ſciat eſſe ſolicitus.

DISTINCTIO XL.

IPS Portet [n] *quoque epiſcopum eße ornatum, & hoſpitalem,Ornamenta epiſcopalia, virtutes debent intelligi, quæ à Do-*

i ¶*Solertiam.*] id eſt, induſtriam, & ſolicitudinem. Solers enim antiquitus dicebatur qui erat omni bona arte inſtructus. Et dicitur ſolers,quòd ſit ſolicitus in arte & vtilis, ſecundum Papiam.

k ¶*Pro ſuo modo.*] quia plus quandoque conferendum eſt vni quàm alteri, vt 1.q.2.clerici. 12.quæſt.2.vulteranæ. extra de præben.de multa. in fi.

† al. minus.

l PEtrus.] ¶*Simplex eſt.*] "Quædam eſt ſimplicitas, q̄ eſt contraria dolo [b]: & illa eſt bona,vt 16.q.1. ſi cupis. ſed hic vocat ſimplicitatem negligētiam, ſiue ſtultitiam, vt 36.di.in prin. illa enim impedit promouendū, vt hic, & arg.74. diſtin. epiſcoporum.ſed promotum non deijcit,ſed datur ei coadiutor, vt 7.q.1.quia frater.& 12.q.2. vobis. tamen iſte Petrus nō tantùm propter ſimplicitatem fuit remotus, ſed etiā quia ſolidos dedit ad vſurā, vt 47.diſt.de Petro.

"Simplicitas eſt duplex.

b 2.q.7.ſancta quippe ruſticitas,i. ſimplicitas. aliqñ ē ſimplicitas cōtraria difficultati.C.d fu. l. vlt. in prin. inſti.d fideic. hær. §.quia. Ar.

m ¶*Extrinſeca.*] Debet enim cautus circa ſua negotia eſſe, vt 23. diſtin. qui epiſcopus.& eſt ſimile 86. diſt. fratrem.Ioannes.

Portet.] Hæc diſt. diuiditur in ſex partes, in quarum prima probat primò & principaliter,quòd ornatus debet eſſe ſacerdos, & omnes alij clerici, vt honorem faciant ſuis cathedris, & dignitatibus: & hoc probat per quatuor auctо. Secunda ibi, *Homo Chriſtianus.* Tertia ibi, *Si Papa.* Quarta ibi, *Ante omnia.* Quinta ibi, *Illud.* Sexta ibi, *Multi.* Ioan.de Fan.

Casvs. Hic intitulatur 40.diſ.in qua proſequitur quintum ca. Apoſtolicæ regulæ, ſ. oportet epiſcopū eſſe ornatum: ſed per ornamenta virtutes intelliguntur: & hoc probatur auctoritate Pſal. & exemplo ſacerdotū veteris teſtamenti, qui varijs veſtibus vtebantur, quæ deſignāt veſtes interiores, ſ. virtutes, & bonos mores, quibus ſuæ cathedræ conferāt decorem, quem ab eo non accipiunt: nec intelligant ſibi licentiam peccandi conceſſam ex dignitate ſibi data, ſed neceſſitatem bene viuendi: quod probat ſeq. cap.

1 Anſ.l.6. c.13. Poly. l.2. tit.1.

1. Tim. 3.

n ¶*Oportet.*] Hic proſequitur 5.c.Apoſtolicæ regulæ, oportet epiſcopum eſſe ornatum.Eſt autem duplex ornatus, exterior,& interior. Exterior ornatus conſiſtit in grauitate, & in inceſſu, & in habitu, & in temperantia cibi & potus. de iſto

ornatu

ornatu agitur in proxima sequen. distin. Interior ornatus est virtus. & de hoc agitur hic; & ostendit quòd locus non dat virtutem, nec dignitas, sed vitæ meritum. Ioan.

NOn nos.] CASVS. Quidam dicebant, quòd Petrus & successores eius licentiam peccandi à Domino receperunt cum priuilegio dignitatis. Symmachus autem Papa dicit, non esse verum: quia Petrus transmisit ad posteros Apostolicam dignitatem cum hæreditate in nocentiæ, quam per bona opera acquisiuit: verumtamen nullus debet dubitare sanctum esse quem apex tantæ dignitatis attollit: in quo si bona propria desint, sufficiunt merita Petri, vt bonæ opinionis habeatur. Quæ sequuntur vsque ad c. si Papa. plana sunt.

Psal. 131. Exod. 28.

a ¶*Perennem meritorum.*] id est, Apostolicam dignitatẽ per bona merita acquisitã. [a]

a Arg. 24. q. 1. pudenda.

b ¶*Cum hæreditate.*] id est, ad hoc transmisit, vt essent hæredes bonitatis suæ.

1 Poly. l. 3. tit. 7.

c ¶*Pro actuum luce.*] idest, per bonos actus.

d ¶*Quos.*] id est, quia eos.

e ¶*Quis enim.*] q. d. & si quandoque fortè Apostolici non essent boni: "tamen semper præsumuntur esse boni. quis enim, &c. Sed nonne contrarium est 19. distinct. Anastasius. 21. dist. nunc autem? Sed non dicitur hic, q̃ sancti sunt: sed quòd sancti præsumũtur, donec contrarium constet: quia hæreditatem innocentiæ recipiunt, vt hic dicitur. Sed quid si constet de ipso, quòd adulterium commisit, vel homicidium? "Dicit Hug. quòd licet nõ possit accusari, inde tamen peccat: & quod hic dicitur, bene facere intelligitur de his, quę possunt æquè retorqueri ad bonum, vel ad malum: quia semper in dubio pro ipsius facto præsumitur. Sed hoc certè idem est in quolibet sacerdote, vt 11. quæst. 3. absit. & 41. distin. c. 1. & 16. quæst. 1. si clericatus? Resp. hoc verum est: sed tamen magis præsumitur pro Papa, vt 93. distinct. c. 1. vnde sacrilegij instar esset disputare de facto[b] suo, vt 17. q. 4. §. qui autem. Vel dic quòd facta Papæ accusantur, vt homicidia Sampsonis, & furta Hebræorum, & adulterium Iacob, vt extra de diuor. gaudemus. Ioan.

" Papa sive apostolicus semper præsumitur bonus.

" Papa de homic. vel adulterio accusari nequit.

2 j. 2. q. 7. c. non oẽs. Poly. l. 3. tit. 8. Bur. l. 1. c. 207. Iuo p. 5. c 321.

b Ista fuit sententia Lau. dicentis, q̃ qui de alijs præsumit vel dubitat peccat venialiter: de Papa, mortaliter. arg. huius §. hic all. qui autem.

f ¶*Illustrat.*] id est, dat eis occasionem bene viuendi, vt 81. dist. valet.

g NOn est.] *Stare.*] dignè, sicut exigit eminentia dignitatis. Hug.

h ¶*Opera eorum.*] 35. dist. c. ecclesiæ.

i NOs.] *Non ex locorum.*] tantùm: ne sit contra. 81. dist. valet.

k ¶*Morum.*] C. de epis. & cler. si quemquam.

l ¶*Nobilitate.*] sic j. 1. q. 1. vilissimus.

m NOn loca vel ordines.] tantũ: quia per ordines cõfertur gratia, vt 1. qu. 1. quidquid. & est simile 23. q. 4. sicut 2.

HOmo.] Hæc est 2. pars huius dist. in qua probat, quòd vnus in eodem genere peccati magis punitur q̃ alius: & hoc probat per istud c. Io. de Fant.

n ¶*Cadit.*] id est, cadere videtur ab ecclesia. "Ex hoc c. plurimi dicunt, quòd circunstantiæ loci & temporis & dignitatis & scientiæ aggrauant peccatum[c]: vt magis peccet clericus, quàm laicus in eodem genere delicti, & magis literatus, quàm non literatus, & magis peccatur in loco sacro vel tempore quàm extra. arg. 19. dist. nulli. & 50. distinct. quia tua. & 11. quæst. 3. præcipuè. & 25. quæst. 1. nulli. de pœn. distin. 5. considèret. & 32. quæst. 5. qui viderit. & augetur peccatum dignitate peccãtis[d], vt ff. de re mil. omne. §. augetur. Alij dicunt q̃ circunstantiæ cũ sint bonæ & à Deo, non debent esse alicui occasio mali. vnde dicunt, q̃ circunstantiæ non aggrauant peccatum, sed solus contemptus. si ergo laicus ex maiori contemptu peccat, magis peccat quàm clericus. Sed quia non cõstat ecclesiæ qualiter quis peccat, an ex cõtẽptu, vel alio modo. 24. q. 3. Deus. ideo nõ põt iudicare de peccato secundũ contẽptũ, & iõ iudicat p circunstãtias, quasi per quasdã p̃sumptiones, & magis punitur clericus q̃ laicus: quia magis p̃sumitur contra ipsum. & licet hic duæ causæ tm̃ enumerentur, q̃ videntur aggrauare peccatũ: tamẽ plures sunt. de pœ. dist. 5. considèret.

" Circunstãtiæ peccata aggrauantes.

3 Burc. l. 1. c. 208. Iuo p. 5. c. 321. Pol. l. 3. tit. 7.

c Adde ad hoc tex. gl. & doc. in l. autfacta. §. iff. de pœ. & de hoc satis not. Gof. in sum. de pœ. & remis. §. cõfitetur qs &c.

4 Pol. ibid.

d Ad hoc 5. q. 6. presbyteri. C. de epis. & cler. presbyter.

5 Concor. tex. in l. nemo. C. de sum. tri. & l. omnes. §. q manus. ff. d re mil.

† al. gestis.

6 Iuo p. 5. c. 23.

Vnde Symmachus Papa ait.

¶Officium sacerdotij non confert, sed adimit peccandi licentiam.

CAP. I.

1 NOn nos beatum Petrũ, sicut dicitis, à Domino cum sedis priuilegijs, vel successores eius, peccandi iudicamus licentiam suscepisse. Ille perennem[a] meritorũ dotem cum hæreditate[b] innocẽtiæ misit ad posteros. Quod illi concessum est pro actuum luce[c], ad illos pertinet, quos[d] par conuersationis splendor illuminat. Quis enim[e] sanctũ dubitet esse, quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo si desunt bona acquisita per meritum, sufficiunt, quæ à loci decessore præstantur. Aut enim cleros ad hæc fastigia erigit: aut qui eriguntur, illustrat[f].

¶*Caput hoc, quod citatur ex Symmacho, est in libro, quem pro Symmacho Ennodius diaconus scripsit: iureque Symmachi nomine citatur, quòd eum librum Symmachus, & vniuersa quinta synodus pro causa Symmachi habita sic approbarunt, vt parem ei cum synodis, & Apostolicis decretis auctoritatem tribuerint.*

Item Hieronymus ad Heliodorũ, epist. 1.

¶Filij sanctorum sunt, qui exercẽt opera eorum.

CAP. II.

2 NOn est facile stare[g] loco Pauli, tenere gradum Petri iam cum Christo regnã tium: quia A hinc dicitur, non sanctorum filij sunt, qui tenẽt loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum[h].

A ¶Quia hinc.] *Hæc vsque ad finẽ non sunt inuenta Apud B. Hieronymum, ex quo tamen, aut ex eius dictis, citant etiam cæteri collectores.*

Item Gregorius.

¶Morum nobilitas, non loci, vel generis, sacerdotes notificet.

CAP. III.

3 NOs qui præsumus, nõ ex locorum[i], vel generis dignitate, sed morum[k] nobilitate[l] innotescere debemus: nec vrbium claritate, sed fidei puritate.

Item Gregorius ad Anastasium presbyterum, lib. 6. epist. 29. vel c. 193.

¶Non loca, vel ordines, sed mérita nos Deo iungunt.

CAP. IIII.

4 NOn loca, vel ordines[m] creatori nostro nos proximos faciunt: sed ei nos merita bona iungunt, aut mala disiungunt.

Item Ioannes Chrysostomus, [id est auctor operis imperfecti, in Matheum homilia 40. ad c. 21.]

¶Magnitudo peccati, vel dignitatis quemque fortiter deijcit.

CAP. V.

2 HOmo Christianus fortiter cadit[n] in peccato propter duas causas, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis. 5

Item ex dictis † Bonifacij B martiris.

¶Damnatur Apostolicus, qui suæ & fraternæ salutis est negligens.

CAP. VI.

3 SI Papa suæ, & fraternæ salutis negligens, deprehenditur inutilis, & remissus in operibus suis, & insuper

Si Papa.] Hæc est tertia pars huius distin. in qua probat, q̃ Papa magis punitur quàm alij, si malè regit ecclesiam Dei. & hoc probat per hoc c. Ioan. de Fant.

CASVS. Bonifacius martyr consultus fuit, an Papa ab aliquo possit iudicari, si inueniatur negligens & remissus in operibus suis, cũ noceat sibi & omnibus subditis suis: & similiter multos secum trahit. Et resp. q̃ non, cum debeat omnes alios iudicare, nisi hæreticus deprehendatur: pro cuius salute, cum ipse sit caput ecclesiæ post Deum, vniuersitas fidelium instãtius orat:

orat: sed licet iudicari non possit, nihilominus punietur cum ipso diabolo in æternum.

«Prelati tacere nō debent.

a ¶ *Taciturnus.*]" Taciturnitas mortalis est in prælato, vt 43.di.c.j.

b ¶ *Mancipio.*] id est, diabolo, qui mancipatus est gehennæ.de pœ. dist.1.mancipium.

†al. vapulaturos.

«Papa iudicatur à nemine.

c ¶ *A nemine.*]" Papa à nemine potest iudicari, vt 9.q.3.nemo. quod intellige nisi ipse se subijciat alij.2.q.7. nos si incompetenter. Sed contra 24.q.2.sane profertur.versi.item Romanorum. vbi dicitur, quòd Dioscorus Papa Romanus fuit excommunicatus, quamuis in fide non peccauerat. Sed ibi appellat Papam patriarcham Constantinopolitanum. Item adhuc obstat 11.q.2.nō liceat ibi, vnus Papa iudicat de suo successore. Sed ibi non iudicat de ipso, sed dicit quòd non liceat ei alienare res ecclesiæ.

d ¶ *A fide deuius.*]Qđ intelligit Hugo, cum Papa non vult corrigi: si enim paratus esset corrigi, non posset accusari, vt 24.q.1. apertè. & cap. ait. & cap. hæc est fides. & 2.q.3.dixit Apostolus.

«Papa an de crimine accusari possit.

" Sed quare non potest accusari de alio crimine? ponamus quòd notorium sit crimen eius vel per confessionem, vel per facti euidentiam: quare nō accusatur vel de crimine simonię, vel adulterij: etiam cum admonetur, incorrigibilis est & scandalizatur ecclesia per factū eius? Certè credo ꝙ si notoriū est crimen eius quandocunque, & inde scandalizatur ecclesia, & incorrigibilis sit: quòd inde possit accusari.

1.Cor.1.

Esa.14.

Nam contumacia dicitur hæresis [a], vt 81. distin. si qui presbiteri. & contumax dicitur in fidelis, vt 38. distinct. nullus. Hic tamen specialiter fit mentio de hæresi, ideo quia & si occulta esset hæresis de illa posset accusari: sed de alio occulto crimine non posset. Item nū quid potest denunciari crimen Papæ secundū regulā istam: si peccauerit in te frater tuus [b]: cū nomine fratris quilibet Christianus dicatur, vt 11.q.3. ad mensam? Sed dico ꝙ non à bono taciturnus [a], quòd magis officit sibi, & omnibus, nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit primo mancipio [b] gehennæ, cum ipso plagis multis in æternum vapulaturus †. Huius culpas istic redarguere præsumit mortalium nullus: quia cunctos ipse iudicaturus à nemine [c] est iudicandus, nisi deprehendatur à fide [d] deuius: pro cuius perpetuo statu vniuersitas fideliū tātò instantius orat quantò suam salutē post Deū ex illius incolumitate animaduertit propensius pendere.

a Dic ꝙ hæreticus dicitur plurib. modis, vt no.24.q.3. inter. & ex. de hær. firmissimè.

b Vt 2.q.1. si peccauerit.

B ¶ Dictis Bonifacij.] *Nauclerus gen.26.testatur hoc fuisse dictum Bonifacij martyris. Verum Deus dedit presbyter Cardinalis, tit. Apostolorū in Eudoxia, tempore Victoris Papæ iij. libros quatuor de rebus ecclesiasticis composuit, qui in bibliotheca Vaticana seruant. Et li.1.c.231. ex gestis (sic habēt ēt multi Gratiani codices, & Iuo) Bonifacij martyris, & Archiepi Moguntini sedis Apostolicæ legati, hæc sanctissimi illius viri de Romano Pontifice, ac sede Apostolica verba refert, in quibus est hoc caput: & quidem ex antecedentib. & sequentib. valde illustrat.* Sācta Romana Ecclesia priuilegio specialis auctoritatis diuinitus, & humanitus caput omnium ecclesiarum post Christum Iesum effecta, secūdum Antistitis, vel rectoris sui qualitatem, & valitudinem afficit totius Christianitatis membra, vt illius incolumitati sua respondeant incolumitate, & cōgaudeant: & nihilominus eius languoribus suo lā guore cōsentiant: & sicut eius gloria iuxta Apostolum conglorificātur: sic eius deiectione deijciuntur vt illud propheticū in eo precipuè cōpleri deprehendatur[Omne caput languidū, & omne cor mœrēs: à plāta pedis vsque ad verticem nō est in eo sanitas.]Et reuera tanta reuerentia apicē præfatæ Apostolicæ sedis omnes suspiciunt, vt nō aullā sanctorum canonum disciplinam, & antiquā Christianæ religionis institutionem magis ab ore precessoris eius, quàm à sacris paginis, & paternis traditionibus expetant: illius velle, illius nolle tantùm explorant, vt ad eius arbitrium suam conuersationem & ipsi remittant, aut intēdant. Quòd si, vt summopere sibi, & omnibus expedit, zelo domus Dei sine intermissione tabescens, fidelis dispensator & prudens existens, Deo & hominibus opere & sermone irreprehensibilē sese cō seruare studuerit, vt verè fatear, vniuersum penè mundum secum attonitum, & solicitum post Deum currere facit: ex vtroque sexu populos diuersæ professionis, conditionis, & ætatis cateruatim Domino suo super omnia bona ipsius constituendus ducit. Si verò suæ, & fraternæ salutis negligens deprehenditur, inutilis, & remissus in operibus suis. & iusuper à bono taciturnus (quod magis officit sibi & omnibus) nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit, primò mancipio gehennæ cum ipso plagis multis in æternum vapulaturus: cuius culpas istic redarguere præsumit mortalium nullus: qa cunctos ipse iudicaturus à nemine est iudicandus, nisi fortè deprehendatur à fide deuius: pro cuius perpetuo statu vniuersitas fidelium tātò instantius orat, quantò suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertunt propensius pendere. Saluo enim diuinæ omnipotentię mysterio, vt dignum est, loco ab ipsa secundo illud B. Iob non incongruè aptari sanctæ Romanæ Ecclesię potest: [Si destruxerit, nemo est qui ædificet: & si incluserit hominem, nullus est qui aperiat ei: si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si emiserit eas, subuertent terram] nec immeritò: cum ipsa specialius in Petro cœli, terræque retentet habenas. Hæc cū omnium fidelium in Christo spiritualis sit mater, nemo debet renuere illius feriri disciplina, vel emendari censura, iuxta illa prouerbia Salomonis[Ne dimittas legem matris tuæ, liga eam in corde tuo iugiter: qui enim abijcit disciplinā, infelix est: & stultus homo despicit matrem suam.] & rursus[Est maledictus à Deo, qui exasperat matrē: & maledictio matris eradicat fundamēta,]illa vtique quæ arrogāt †, diuisa à sede illius, cui dictum est [Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meam.] & super arenam concupiscentiæ carnalis, seu humanæ præsumptionis probantur posita: cursus riui minimè prosperat, si à suo fonte diuidatur.

† fortasse] arrogāter. Matth. 16.

Item Augusti.ad Valeriū, epist.148.

¶Non ordines, sed vitæ merita nos Deo commendant.

CAP. VII.

4 ANte omnia peto, vt cogitet religiosa prudētia tua, nihil esse in hac vita, & maximè hoc tempore facilius, & lætius, & hominibus acceptabilius episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, si perfunctoriè [e], atque adulatoriè res agatur: sed nihil apud Deū miserius, & tristius, & dānabilius. ¶ 2 Itē nihil esse in hac vita, & maximè hoc tēpore difficili[9], laboriosius, periculosius [f] epi, aut presbyteri, aut diaconi officio: sed apud Deū nihil beati[9], si eo modo militē, quo noster Imperator iubet. Quis aūt iste sit modus, nec à pueritia, nec ab adolescētia mea didici, & eo tpe, quo discere cœperam, vis mihi [g] facta est merito peccatorum meorū. Nam quid aliud existimē nescio, vt secundus locus [h] gubernaculorum mihi traderetur. qui remum tenere non noueram.

1 Anſ.l.6.c. 196. Iuo p. 6.c.389.

e ¶ *Si perfunctoriè.*]id est, negligenter.

f ¶ *Periculosius.*] " quia qui episcopatum desiderat in terra, inueniet confusionem in cœlo 8. quæstione prima, qui episcopatum. & infrà eadem capitu. multi.

" Epatum desiderare valde periculosū est.

2 Anſ.l.6.c. 186.

g ¶ *Mihi.*] & sic aliquis potest cogi vt fiat episcopus. quod verum est, si ab initio cogitur, vt fiat de nolente volens, vt 23. quæstione. 4. displicet. sed si perseueraret in voluntate, non esset cogendus, vt 74. distinctio. vbi ista.

h ¶ *Vt secundus locus.*] " qa primus locꝰ est Papatus, secundus locus est epi-

" Papatus est primus locus.

est episcopatus. Vel ideo hoc dixit, quia factus est coepiscopus alteri, vt 7.q. 1.non autem.

S *Icut viri.*]CASVS.In hoc c.no.similitudo inter matrimoniũ carnale &spũale:qâ-sicut legitima coniunctio,s.animorum,vnum facit matrimonium, & sicut duorum commistio vnum facit corpus, ita clericatus & sacerdôtiũ vnum faciunt presbyterum,& electio & consecratio faciunt vnũ episcopum. Et hæc omnia supradicta vnũ corpus efficiunt, i. ecclesiam, quod cito rumpitur, nisi legaliter obseruetur.

a ¶ *Clericatus.*] i.minor ordo. hic videt,ꝙ si laicus promoueretur i sacerdotem, nullum reciperet characterẽ. sed si haberet aliquem minorẽ ordinẽ, & per saltũ reciperet superiorẽ, bene reciperet characterem,vt 52.dist. solicitudo.Alij dicũt, ꝙ laicus verum ordinem reciperet,dũ tñ baptizat⁹ fuerit.arg.1.q.1.ventũ. Io. quod verũ [a]credo. Bar.

a Idem no. 36. dist. ca. j.in glo.

b ¶ *Electio.*] cõsueuit istud induci,quòd ex sola electione nõ cõsequitur aliqs ius, vt de hoc dixi 63.dist.quanto.

† Quo loci illud aduerte.Orig.

I *Llud.*] Hæc est quinta pars huius dist. in qua probatur, quòd nõ est ita magnus, qui cadere non posset, si gratiã non haberet, & hoc probat̃ ꝓ hoc c. & duo c.seq.Ioan.de Fant.

CASVS.Quidã nimis gloriabãtur de loci nobilitate,sed Ambro. ꝓbat non esse gloriandũ: quia in loco nobili põt esse malus, & in vili loco bon⁹ ĩueniri, & hoc probat exemplo Adę & Euæ. nam Adam creatus fuit in agro Damasceno, & tamen melior est inuentus Eua, quæ in paradiso est creata.

† al. Quam libet.

c ¶ *Extra paradisum.*] in agro damasceno.

d ¶ *Non loci.*] argu.ꝙ ratione loci, vel dignitatis, vel nobilitatis ꝓ aliquo non præsumitur, vt 12.q. 2. gloria. arg. contra. 24. dist.qñ. Et certè pro nobilibus semper debet præsumi in ijs, quæ spectant ad nobilitatem. argu. ff.de fi.instr.l.fi.Io.

Gen.19.

Q *Vælibet.*]CASVS. Quidã dicebant,ꝙ aliquis non poterat saluari, nisi in locis solitarijs: sed Greg.dicit hoc non esse verum; & hoc probat exemplo trium. Nam Loth in ipsa ciuitate fuit iustus,& in mõte peccauit. Adã in paradiso deliciarũ peccauit, quo nihil est iucundius. Et Angelus de cælo per peccatum descendit.c.quod sequitur,patet.

1 Burc.l.1. c. 206. Iuo p.5. c.320.

Item Isidorus.

¶Corrumpitur,& ad terram sacerdotiũ trahitur, nisi legaliter, & iustè seruetur.

CAP. VIII.

S Icut viri, & muleris digna coniunctio vnum facit matrimonium, & sicur duorum copulatio vnum perficit corpus: ita clericatus [a], & sacerdotium vnum faciunt presbyterum, & electio [b] & consecratio vnum faciunt episcopũ: quę omnia vnum efficiunt corpus: quod citius corrumpitur, & ad terram trahitur,nisi legaliter seruetur, nisi iustè viuendo laudetur.

Item Ambr.lib.de paradiso, c.4.

¶Gratia, nõ locus saluat animam.

CAP. IX.

5 I Llud † autem animaduerte,quia extra paradisum [c] vir factus est,& mulier intra paradisum: vt aduertas,quòd nõ loci [d], non generis nobilitate,sed virtute vnusquisque gratiam sibi comparat. ¶Deniq; extra paradisum fact⁹, hoc est in inferiore loco, vir melior inuenitur: & illa,quæ in meliore loco,hoc est in paradiso, facta est,inferior reperitur.

Item Greg.li.6.reg.epist.5.seu. 169.

¶De eodem.

CAP. X.

Q Vęlibet † occulta [e] loca sine gratia Dei animam saluare non possunt: quod aliquando in ipsis quoque conspicimus erratibus [f] electorũ, Nam Loth in ipsa peruersa ciuitate [g] fuit iustus,in monte [h] peccauit. Sed ista cur dicimus cum maiora nouerimus? Quid enim paradiso incundius? ꝙd cælo securius? & tamen homo ex paradiso, & Angelus de cælo peccando cecidit [i].

Idem.

¶De eodem.

CAP. XI.

1 A Dam primus homo pro peccato de paradiso eiectus est [k]: hoc est,quia Dei nobilitatem à se deiecit, nobilitate loci priuatus est.

e ¶ *Occulta.*] arg.contra eremitas.

f ¶ *Erratibus.*]id est,peccatis, vel delictis.

g ¶ *Peruersa ciuitate.*] arg.quòd non nocet bono malorum conuersatio,vel cohabitatio.

h ¶ *In monte.*]15.q.1. inebriauerunt [b].

b Et 35. di. sexto die.

i ¶ *Cecidit.*]Nã ex verietate locorum nullũ diserimen inducitur.C. de temp.in integ.rest.l. vlt.arg. contra. 32.q.5. qui viderit.

c de casu ei⁹ hĩ de pœ. dist.2.in pr. Laur.

i ¶ *Cecidit.* [c]] " Et hæc est causa,quare nos persequitur,quia nos illuc debemus ascendere vnde ipse descẽdit. 16. q.2.cap.1.

" Dæmon quare nos persequit.

k *Adam.*] ¶ *Eiectus est.*]Gen. 4.de pœn. dist.1.Adã.& priuatus,vt de pœ.di.1. cap.serpens.& capit.sicut primi.

Item Ioannes Chrysostomus, [id est auctor operis imperfecti,in Matthæum,homil.43.ad cap.23.]

¶Non est verus sacerdos omnis, qui nominatur sacerdos.

CAP. XII.

6 M Vlti sacerdotes, & pauci sacerdotes: multi nomine, pauci opere. Videte ergo, quomodo sedetis super cathedram: quia non cathedra facit sacerdotem,sed sacerdos cathedram: non locus sanctificat hominem, sed homo locum [l]; non omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus sacerdos. Qui bene sederit super cathedram, honorem accipit ab illa: qui malè sederit, iniuriam facit cathedræ: ideo ꝙe malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, nõ dignitatem. In iudicio enim sedens, si quidem bene vixeris,& bene docueris, omnium iudex es: si autem bene docuerir, & malè vixeris, tui solius condemnator eris †. Nam bene viuendo, & bene docendo, populum instruis, quomodo debeat viuere: bene autem docendo, & malè viuendo,Deũ instruis, quomodo te debeat condemnare. *Idem.* ¶ 2 Quicunque desiderauerit [m] † primatum in terra, inueniet confusionem in cœlo: nec [A] inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit [n]: nec vnusquisque eorum festinet, quomodo alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam non qui maior fuerit in honore [o], ille est iustior: sed qui fuerit iustior, ille maior. Conuersatio ergo melior est desiderãda nõ dignior gradus.

† al.es.

2 Ibi. hom. 35.ad c.20.

† al. desiderat.

m ¶ *Desiderauerit.*]Ad hoc.vt prę̃sit, non vt ꝓsit,ne obstet.8.q. 1. qui episcopatum.

n ¶ *Tractauerit.*] No. ꝙ eo solo ꝙ aliquis loqui de cp̃atu,punit̃,sic eo ipso " ꝙ quis loquitur ambitiose de nũmis peccat.16.q.1. si cupis. & q loquit̃ de mulierib⁹, vt 32.di hospitiolũ.

" Peccat q de nummis ambitiosè loquitur.

o ¶ *In honore.*]quia nõ gradus elegantior,sed vitæ melioris actio comprobatur. 23.q. 4.sicut hic.& 16.q.1.sunt nõnulli.Et est hic ar.ꝙ illa pars quę iustiori

iustiori rationi innititur, maior dicitur, licet sit minor. sic 31. distinctio. Nicæna. 19. dist. in canonicis. 4. q. 3. §. 2. ext. de testibus, in nostra [a]. & 20. dist. §. 1.

a Ext. d ele. ecclesia vra 2. ibi videas. & dixi plenè 31. di. Nicena. Arch.

Cce.] Supra in præcedenti distin. dictum est, quòd oportet episcopum esse ornatum moribus & virtutibus. "

" Ornatus exterior clericorum.

In hac verò 41. dist. dicitur, quòd oportet ep̃m esse ornatum in exterioribus, & in habitu, s. & incessu. in habitu, ne fulgidis, vel sordidis vestibus se exornet: quod probat auctoritate Hieronymi dicentis: Nec affectatæ sordes, nec exquisitæ delitiæ laudes pariunt. qd tam de vestibus quàm decibis est in elligendũ. Et ad hoc inducit sequens ca. De incessu autem dicet j. ea. §. vlt.

a ¶ *Et incessu.*] vt grauitate itineris offẽdat gratuitatem mentis, vt j. ead. §. vlt.

Quisquis.] Casvs. Hoc ca. diuiditur in ij. partes. In prima parte dicitur, q̃ nullus debet vti rebus transitorijs strictius vel abundãtius quàm socij, cum quibus viuit: quia remissius vtendo aut hypocrisim significat, aut intemperantiam: abundantius vtendo, vel laudem significat, vel quia est gulosus vel prodigus. In 2. parte quæ incip. ibi, *In omnibus.* ostẽdit vsum illorum pretiosorum non esse repudiandum, si tranquillè, & sine turpitudine, vel voracitate assumantur. Et hoc probatur exemplo Christi, qui cibum delicatũ, scilicet piscẽ comedit, & reprehenditur vsus vilium ciborũ, si nimis ardenter & cũ voracitate assumantur, quod probatur exẽplo Esau & iumentorum.

1 Ino p. 4. c. 24. Pan. l. 2. c. 195.

b ¶ *Viuit.*] Not. quòd quilibet se conformabit socijs in cibo & in moribus, vt dist. 8. quæ contra. 12. distin. illa. "

" Excõicatus ratione societatis toleratur.

Et est arg. quòd ratione societatis toleratur excommunicatus, quia excommunicatus ratione contractus ad communionem admittitur. ext. de sen. excõ. si verè.

c ¶ *Aut intemperans.*] scilicet nolens conformare se alijs.

† al. sanus

d ¶ *Superstitiosus.*] id est, inanis gloriæ cupidus, vel hypocrita.

Luc. 24.

Gen. 25.

e ¶ *Significat.*] fortè habet ventrem insatiabilem, vel causa infirmitatis hoc facit.

f ¶ *Aut flagitiosus est.*] prodigus, vel hypocrita.

A ¶ Nec inter.] *In loco iudicato legitur*, vt inter seruos Christi non sit de primatu certamen, nec vnusquisq;, &c. *Sed obstitit gl. ne mutaretur.*

DISTIN. XLI.

Cce quibus oportet sacerdotẽ esse ornatũ moribus: sed præterea oportet illum esse ornatum in exterioribus, habitu videlicet & incessu [a]: *habitu vt nec fulgidis, nec sord dis se vestibus ornet. Vt enim ait Hieronymus* B, *nec affectatæ sordes nec exquisitæ deliciæ laudem pariunt: quod tam de vestibus, quàm de cibis intelligendũ est.*

B. ¶ Hieronymus.] *Ad Eustochium de custodia virg. sic scribit:* nec affectarq; sordes, nec exquisitæ munditiq; conueniunt Christiano. *Ad Nepotianum quoque in eãdem ferè sententiam*, vestes pullas æquè deuitas, vt candidas, ornatus, vt sordes pari modo fugiendæ sunt, quia alterũ delicias, alterum gloriam redolet.

Vnde Augustinus ait lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 12.

¶ Pro moribus eorum, cum quibus viuimus, etiam vti debemus alimentis.

CAP. I.

1 QVisquis rebus prætereuntibus restrictius vtitur, quàm sese habent mores eorum, cum quibus viuit [b]: aut intẽperans [c] A, aut superstitiosus [d] est. Quisquis verò sic eis vtitur, vt metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat: aut aliquid significat [e]; aut flagitiosus [f] est. In omnibus enim talibus non vsus rerum, sed libido [g] vtentis in culpa est. *& infrà.*

¶ Quid igitur locis, & temporibus, & personis conueniat, diligenter attendendum est, ne temerè flagitia [h] reprehendamus. Fieri enim potest, vt sine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis, pretiosissimo cibo sapiens vtatur: insipiens autẽ fœdissima gulæ flamma in vilissimum olus ardescat, & sanius † quisque maluerit, more Domini, piscẽ vesci [i], quã lenticula more Esau nepotis Abrahæ, aut ordeo, more iumentotum. Non enim propterea continentiores nobis sunt pleræque bestiæ: quia vilioribus aluntur escis. Nam in

g ¶ *Sed libido.*] q. d. potius cõsiderabimus causam facti quàm ipsum factum. sic 23. q. 8. occidit. & 29. distin. sciendum. arg. contra j. 32. q. 4. origo.

h ¶ *Flagitia.*] i. non statim dicamus aliquid esse vitiosum. nam dubia in meliorem partem sunt interpretanda. ext. de reg. iur. estote.

i ¶ *Piscẽ vesci.*] hãc historiam habes de pœn. dist. 2. §. opponitur.

omnibus huiusmodi rebus non ex earum rerum natura, quibus vtimur, sed ex causa [k] vtendi, & modo appetendi, probandum, vel improbandũ, quod facimus.

k ¶ *Sed ex causa.*] vt j. 21. quæstione. 4. omnis iactantia.

A ¶ Intemperans.] *Apud sanctum August. & Iuonem legitur:* temperans. *sed ob glossã non est mutatũ.*

Idem super epistolam Ioannis.

¶ Non cibus, sed appetitus in culpa est.

CAP. II.

DEliciæ quælibet, si absq; desiderio percipiantur, non officiunt: & viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abstinentiæ: Dauid enim aquam malè concupitam effudit, & Helias carnes comedit.

¶ *In operibus B. Augustini aut impressis, aut manuscriptis, quæ hactenus ad manus venerint, hæc non sunt inuenta. Cæterùm apud Prosperum de vita contemplatiua l. 2. c. 22. eadem ferè leguntur:* Nec deliciæ quælibet, si absque desiderio percipiãtur officiunt: & viles cibi plerunq; abstinentiq profectum, si appetenter accipiantur, impediunt. Hinc est, q̃ sanctus Dauid aquæ in se concupiscentiam castigauit, atque eam sibi à suis oblatam, ne desiderio suo ex ea satisfacere videretur, effudit: & sancto Heliæ perceptio carniũ non concupita non nocuit.

Idem de verbis Domini secundũ Matthæum, serm. 5. †

¶ Contra suæ infirmitatis consuetudinem, aliquibus cibis diuites vti non cogantur.

CAP. III.

NOn cogantur [l] diuites [m] pauperũ cibis vesci: vtãtur consuetudine infirmitatis suæ: sed doleant aliter se non posse: si consuetudinem [n] mutant, ægrotant. Vtantur superfluis [o], dent inopibus necessaria. Vtantur pretiosis, dent pauperibus [p] vilia.

Idem lib. 2. quæst. Euang. c. 11.

¶ Æquanimitas tolerandi, nõ vsus vel abstinentia cibi iustitiam facit.

CAP. IIII.

QVod dicit Dominus

l ¶ *Non cogantur.*] Argum. quòd mitius agendum est cum diuitibus & nobilibus, quàm cũ pauperibus [b], vt 86. distin. non satis. & 84. distin. peruenit. 50. dist. contumaces. 26. q. 7. tẽpora. Argu. contra. 22. q. 5. qui compulsus. " Dic quòd ignobiles magis puniuntur corporali pœna, quàm nobiles: sed pecuniariter magis punitur nobilis quàm ignobilis, vt 24. q. 1. qui contra. & ff. de pœn. si quis aliquid. & l. quẽdã.

b Ad idẽ qđ legi. & not. ext. de vot. cap. 1.

" Nobilium & ignobiliũ pœna non est æqua.

m ¶ *Diuites.*] cũ sunt in pœnitentia.

n ¶ *Si consuetudinem.*] Argum. " quòd commutationes pœnarum possint fieri in spiritualibus. 82. distinctio. presbyter.

" Pœnæ in spiritualib⁹ possunt cõmutari.

o ¶ *Superfluis.*] id est, pretiosis.

p ¶ *Pauperibus vilia.*] Argumen. contra infrà 49. distinct. cap. vltim. in fine.

Quod dicit.] Casvs. Augu. exponit hic illum locum Euangelij super Matth. venit Ioannes non manducans neque bibens, &

† ad illa verba] petite, & dabitur vobis] sed paulò aliter

2 Ino par. 4. c. 23.

Matt. 11.& Luc.7.

dicunt, dęmonium habet. venit filius hominis manducans & bibens & dñt Iudæi: Ecce hic homo vorator eſt,& potator vini. Sed iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis,i.Chriſtus iuſtus eſt oſtenſus à ſuis Apoſtolis. Eſt ergo caſus. Quæſitum fuit ab Auguſtino vtrũ ſit virtus in abſtinendo vel manducando: & reſpõdet quod non: ſed iuſtitia eſt in æquanimitate tolerandi inopiam & tẽperandi ſe in abundantia ciborum: & nõ ſe corrumpendi. Et hoc probat exemplo Apoſtoli dicentis: Scio eſurire, & ſcio abundare. in cibis enim non multum intereſt ſiue parũ ſiue multum ſumat qs: cum ille qui parum ſumit,& ardenter, reprehendatur: & is qui paulò plus & ante horam cum oportet ſumit ſine auiditate, commendetur.

a ¶ *In Euangelio.*] tangit hic quòd Chriſtus in Euangelio Matt. xj. dicit de Iudæis: " Venit Ioannes non manducans carnes, neque bibens vinum: & dixiſtis, dæmonium habet. venit Ieſus manducans & bibens: & dixiſtis, ecce vorator & potator vini. ſed licet alij malè opinarentur de ipſo: tamen iuſtificatus eſt ab Apoſtolis ſuis [a].

" abſtinentia Chriſti & I. Baptiſtæ diuerſa fuit.

a i.Chriſtus iuſtus eſt oſtẽſus à ſuis diſcipulis ſiue Apoſtolis, ſm B. Brix.qui ipſum oĩa iuſtè facere intellexerũt.

b ¶ *Ipſi.*] datiui caſus.

c ¶ *Poſitas.*] coram alijs.

d ¶ *Si id in tempore.*] id eſt,pro tempore,ſcilicet cum coram aliquibus tempore neceſſitatis citius proponitur cibus.

Philip.4.

e ¶ *Neque.*] i.nõ ideo debet quis ſtatim comedere, ꝙ videt alios neceſſitate exigente comedere, & proponitur cibus.

f ¶ *Cum.*]id eſt,quãdo.

g ¶ *His.*]id eſt,eis.

h ¶ *Scio.*] ſic faciẽt epiſcopi, cum venient ad pauperes eccleſias: ne breuis hora conſumat victum longi temporis. extra de cenſibus cum Apoſtolus.

1 Iuo par.8. c.321.

P *Arſimoniam.*] Casvs. Octo enumerantur in ca. quorum ſex commendantur,& duo reprobant.[1] & ſcire debes,quòd parſimonia eſt vſus rerum temporalium cum moderatione.

" Parſimonia.

in Euangelio [a] [Iuſtificata eſt ſapiẽtia ab omnibus filijs ſuis] oſtendit filios ſapientiæ intelligere nec in abſtinendo, nec in manducando eſſe iuſtitiam, ſed in æquanimitate tolerandi inopiam, & in temperantia per abundantiam non ſe corrumpendi, atque opportunè ſumendi,vel non ſumendi ea, quorum non vſus, ſed concupiſcentia reprehendenda eſt. Non enim intereſt omnino, quid alimentorum ſumas, vt ſuccurras neceſſitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum his, cum quibus tibi viuendum eſt. Neque quantum ſumas, intereſt multum: cum videamus aliorum ſtomachum citius ſaturari: & eos tamen illi ipſi [b] paruo quo ſentiantur, ardenter, & intollerabiliter, & omnino turpiter inhiare: alios autem pluſculo quidem ſatiari, ſed tolerabilius inopiam perpeti, & vel ante ora poſitas [c] epulas,ſi id in tempore [d] opus ſit, cum tranquillitate aſpicere, neque [e] tangere. Magis ergo intereſt, non quid,vel quantũ alimentorum pro congruentia hominum, atque perſonæ ſuæ, & pro ſuæ valetudinis neceſſitate quis capiat: ſed quanta facilitate, & ſerenitate animi careat, cum [f] his [g] vel oportet,vel neceſſe eſt carere vt illud in animo Chriſtiani compleatur, quod Apoſtolus dicit.[Scio [h] & minus habere: ſcio & abundare, vbique & in omnibus imbutus ſum, & ſatiari,& eſurire,& abundare,& penuriam pati: omnia poſſum in eo,qui me confortat.]

Item ex concilio Gangrenſi, c.vlt.

¶ Temperantia ciborum, & veſtium, non diſſolutio eorum laudatur.

CAP. V.

1 PArſimoniam [i] cum veſte humili non reprobamus: ſunt ẽt ornatum A præter corporis diligentiam [k] infucatum [l] laudamus. Diſſolutos autem, & fractos in veſtibus inceſſus non recipimus: & domos Dei honoramus, & cõuentus,qui in his fiunt, tãquam ſanctos, & vtiles recipimus,pietatem in priuatis [m] domibus non concludentes, ſed omnẽ locum in nomine Dei ædificatum honorantes: & cõgregationem in eccleſia factã ad vtilitatem communem recipimus, & bona opera, quæ ſupra [n] vires B in fratres pauperes exercentur, ſecundum eccleſiaſticas traditiones beatificamus: & omnia, quæ conueniunt traditionibus Apoſtolicis, & ſanctarum ſcripturarum pręceptis, in eccleſia fieri exoptamus.

A ¶ Præter corporis.] *Eſt ex priſca verſione: Grecè eſt,* δὶ ἐπιμέλειαν μόνον τοῦ σώματος ἀπερίεργον, *i.* pp corporis tantùm curã minimè ſuperuacaneam atque operoſam. *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

B ¶ Supra vires.] *In priſca illa verſione eſt:* iuxta vires. *Dionyſiana habet, vt Gratianus. Grecè autem:* τὰς καθ' ὑπερβολὴν εὐποιίας τῶν ἀδελφῶν τὰς κατὰ τὰς παραδόσεις, διὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς τοὺς πτωχοὺς γινομένας; id eſt, eximias, atque excellentes fratrum beneficentias, quæ ſecundum traditiones per eccleſiam in pauperes fiunt.

Item Gregorius Ioanni Conſtantinopolitano,lib.1.reg.epiſt.24.

¶ Sub ſpecie virtutis ſæpe ſe vitia ingerunt.

CAP. VI.

SÆpè ſe vitia [o] eſſe virtutes mẽtiuntur,vt tenacitas,parſimonia,effuſio,largitas,crudelitas, zelus iuſtitiæ, remiſſio, pietas velit videri.

Item ex concilio Carthagin.4.c.15.

¶ Meritis fidei, & vitæ, non diuitijs epiſcopalis auctoritas quæritur.

CAP. VII.

EPiſcopus vilẽ ſuppellectilẽ [p], & menſam, ac victũ pauperẽ habeat, & dignitatis ſuæ auctoritatem fide, & vitæ meritis quærat. ¶ Hoſpitium quoque non longè ab eccleſia habeat.

Iem ex eodem,cap.45.

¶ De eodem.

CAP. VIII.

2 CLericus profeſſionem ſuam & habitu,& inceſſu probet: & ideo nec veſtibus, nec calceamentis decorem quærat.

Sicut ergo in cibis mores eorum,cũ quibus viuimus, obſeruare monemur: ſic & de indumentis intelligendũ eſt. Vt enim alibi dicitur: [3 *Quiſquis contemptis his, cum quibus viuit, lautiora ſibi, vel auſteriora præ cęteris indumenta, vel alimenta quærit, aut intemperans ſui, aut ſuperſtitioſus eſt.*] *in Inceſſu autẽ debet eſſe ſacerdos ornatus, vt grauitate itineris, mentis maturitatem oſtendat. Incompoſitio enim corporis (vt Auguſtinus ait* [4] *) inæqualitatem indicat mentis.* [5] *Vnde hiſtoriographus* [q] *ille cum eius mutabilitatem* [r] *deſcriberet, cuius conſcientia excitata* † *curis mentẽ vaſtabat*

i ¶ *Parſimoniam.*] i.tẽperatum vſum.

k ¶ *Diligentiam.*] i.voluptatem.

l ¶ *Infucatum.*] id eſt, pretioſum: vel infucatum, id eſt non pretioſè fucatum.

m ¶ *In priuatis.*]Ar. " contra illos qui dicunt melius eſſe orandum in priuato loco,& non coram hominibus, quàm in eccleſia,ex illa auctoritate: Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem: ſed illud de cubiculo mentis intelligitur.

" Orare publicè quàm clam melius eſt.

n ¶ *Quæ ſupra.*]Nam quidquid ſuper erogaueris, reddam tibi, ſic 86.diſt.non ſatis.

Saepe.] Casvs. Dicit hic Greg. ꝙ vitia diligenter ſunt pcauenda,quia ſæpe ſub ſpecie virtutum vitia latenter ſubintrant.

o ¶ *Sæpe ſe vitia.*]Stulti dũ vitant vitia in contraria currunt.

P E *Piſcopus.*] ¶ *Supellectilem.*] hoc hodie non tenet: quia modò habent amplas poſſeſſiones, vt 12.q.1. expedit. & ſic non eſt contra de conſe. diſtin. 1. vaſa. & ext. de cenſi. cum Apoſtolus. vbi dicitur quòd archiepiſcopi 50.equitaturas habebunt in viſitationibus.

Sicvt ergo. Cõcludit Gratianus ex ſupradictis, quòd ſicut mores eorum cum quibus viuimus, ſeruandi ſunt in cibis: ſic etiam in indumentis,& in inceſſu etiam debet eſſe ſacerdos ornat⁹, vt grauitate itineris mẽtis oſtendat maturitatem. Si enim incõpoſitè & nõ decenter incedit(vt dicit Aug.) mẽtis inæqualitas indicatur. Et hoc probatur exemplo Catilinæ, qui propter variũ inceſſum fuit à Salluſt.notatus.

ibid.c.14.

q ¶ *Vnde hiſtoriographus.*]Salluſtius.

r ¶ *Mutabilitatem.*] Catilinæ.

Hoſpitalem.

2 Burc.l.2. ca.209.Iuo p.6.ca.284. Anſel.l.7.c. 202.

3 ſ.eod.cap. quiſquis.

4 Epiſt.109. ad Monachas habet ſenſus.

5 Salluſtius ā Catilina. † al. excitatam,al.exagitatam.

Hospitalem.] Hęc dist.diuiditur in 4.partes.in quarum prima dicitur, quòd sacerdotes debent esse hospitales,& recipere pauperes Xpi.& hoc probatur per id quod sequitur vsque ad c. quiescamus. Secunda ibi, *Quiescamus*. Tertia ibi, *Sed licet*.Quarta ibi, *Non oportet*.Io. de Fã.

CASVS. In hac 42. dist. prosequitur Grat. sextum cap.Apostolicę regulæ : s.oportet sacerdotem esse hospitalem. quod probat 8. rõnib. Prima est in principio Secũda incipit ibi, *Qui enim Apostolum*. Tertia ibi, *Si enim sacerdos*. Quarta & quinta incipiunt ibi, *Ordinandus itaq;*.Sexta ibi, *Quomodo etiam secundum Hieronym*.Septima ibi, *Vnde Apostolus*. Octaua ibi, *si enim vidua*.Casus autem seq.c.planus est.

a ¶ *Hospitalem.*] In hac dist.ostendit Gratianus quòd hospitalis erit ordinandus : quia non haberet frontem inuitandi alios ad hospitalitatem, si domũ suam hospitibus clauderet : & quia hæc pietas remuneratur æternaliter & temporaliter. Item exẽplo Abrahæ & Loth : qui quoniam hospitales erant, Angelos hospitio recipere meruerunt [a]. Addit etiam q̃ in hospitalitate non erit electio vel delectus personarum [b]. adiungit etiam de conuiuijs in ecclesia non faciendis [c] .su fine breuiter tangit 7.ca. Apostolicæ regulę : scilicet, oportet ẽpm esse pudicum [d].

b ¶ *A seipso.*] sim. ff. de neg.gest.si pupilli.§. vlt.ff.de tidciuf. tut.ff.d pact.cum in co. 47.dist. §.necesse.in prin.

c ¶ *Aliena.*]47.dist.sicut j.93 dist diaconi.j. 14.q.4. quid dicam. sic ext de relt.spol.sæpe.& 16.q.1.decimæ.

d ¶ *Corporalis.*] sine operibus pietatis.

ADDITIO. qđ dicit ad modicum, dicas respectu corũ per quę habetur vita æterna.vtilis tamen est,quia oportunitatem peccandi aufert. de cons.di. 5.nunquam. Laur.

e ¶ *Ad omnia.*] id est ad temporalia & æterna, vt 16. quæst. 1.decimæ.

f ¶ *Ab hac.*] hospitalitate.

g ¶ *Alienus.*] vt 85.dist.archidiaconum.

h ¶ *Vidua.*]31.q 1.quomodo.

Si quis.] HINC ETIAM. Adhuc probat Grat. hospitalitatem esse tenendam, & qui eam non habuit, abijcitur ab ecclesia, sicut Ioan.eiecit quendam Diotrepem,quia pauperes non recipiebat. Et ostendit etiam quòd omnibus indifferenter quibus possumus debemus hospitalitatem exhibere : quod probat sequenti c.

i ¶ *Diotrepem.*]proprium nomen. vel id est, sacerdotem.

Vieſcamus.] Hæc est 2. pars huius distinct. in qua dicitur, quòd in eleemosynis dandis non debet esse differentia cum petitur pro nutrimento.si autem peteretur causa prædicationis, tunc esset discernendum. Hoc autem intelligo de eleemosynis quotidianis, non autem de præmeditatis.aliàs contradiceret Hieron. 16. quæstio.1.cap.fi.vbi dicit, quòd in paupere magis est attendenda religio, quàm paupertas. Io. de Fan.

CASVS. Quidam dicebant, quòd in omnibus hospitib. recipiendis facienda erat examinatio. Sed dicit Ioan. Chrysost. non esse verum. Nam si petat aliquis tãquam prelatus, facienda est examinatio, quia fortè non rectè petit, vel est intrusus, vel excommunicatus. Non enim datur tantùm temporale, sed etiam accipitur spirituale.Si verò petit amore Dei, indifferenter est omnibus dandum,exẽplo Abraham,qui meruit Angelos recipere : quod fortè non fecisset si distinxisset personas. Quæ sequuntur, patẽt vsque ad distinctionẽ.

k ¶ *Curiositate.*] Non enim semper erimus curiosi, nam multa sunt dissimulanda.ff.de nou. l.doli.in fi.

l ¶ *Periculum.*] " Si enim in minoribus adhibenda est discretio, fortius in maioribus. sic 7.q. 2. capit.vlt.ff.ad Carb.l.1.§.2.

m ¶ *Postulat.*] " Ergo indistinctè omnibus est danda eleemosina, vt infrà eod. cap.proxi. & suprà §. proxi. & 86. dist.pasce. & 1.quæst.2. quàm pio. & 11.quæst. 3. quoniam multos. & 16. quæst. 1. si cupis.& 23.q. 4.duo. alibi dicit: omni petenti te tribue. Sed contra [e]: Dns dicit Desudet eleemosyna in manu tua, donec inuenias iustum cui des. Et in Canticis,vbi dicitur: Ordinauit in me charitatẽ. Et dicit Ambros. Ordinata est charitas vt primò Deus, secundò parentes, deinde filij, postea domestici, vltimo extranei diligantur Et alibi dicit Ambros. quòd delectus personarum debet esse in misericordia impendenda, vt 86. distinctione. non satis. & Hieronym. dicit, quòd in pauperibus non tam paupertas quàm religio est attendenda, vt 16. quæstione prima. quoniam quid quid. & Augustin. dicit : Vtilius esurienti panis tollitur, quàm de cibo securus, &c. vt 5. quæstione. 5. non omnis.23.quęstione.4.nimium. Distingue ergo : eorum qui petunt eleemosynam,alij sunt cogniti,alij non.Item alij petunt quasi ex debito, vt prædicatores & prælati, alij pro sustentatione corporis. Si ergo quis petat ex debito, & ratione officij, quia dicit se ad hoc missum vt ibi prædicet, & tale officium constat ei commissum esse, recipiendus est, si est incognitus, est examinandus an ita sit, vt in hoc capitul. Si autem quis petit pro nutrimento, tunc indistinctè omnibus est danda, vt hic, & 1. quæstione. 2. quam pio. & 11. quæstio. 3. quoniam. nisi quis per securitatem cibi negligat

† al. vexabat.

vastabat † *: inter cætera hoc etiam notabile indicauit,dicens [Citus modò,& modò tardus incessus.*

DISTIN. XLII.

Hospitalem [a] *verò sacerdotem esse oportet ne sit in numero eorum, quibus in iudicio dicetur [Hospes eram,& non suscepistis me.] Qui enim Apostolum secutus, alios ad hospitalitatem debet inuitare, quomodo hospitalitatis exhortator poterit esse, qui domum propriã hospitibus claudit ? Si enim sacerdos primùm à seipso* [b]*, & à domestica ecclesia sua debet exigere quod postea populis imperet : si primum, imitando Christum, ipse debet facere, quæ postea populum doceat,necesse est,vt pauperes hospitio recipiat,quò ad hospitalitatem facilius suo exemplo subditos attrahat.*

¶ [1] *Ordinandus itaque sacerdos ad memoriam reuocet, quomodo Abraham, & Loth per hospitalitatis opera, Deo placuere, & Angelos hospitio meruerunt recipere : quomodo Angeli Sodomis hospitalem domum ingressi, Loth cum familia sua liberauerunt : quomodo clausas domos cum hospitibus ignis ingressus perdiderit: quomodo etiam secundũ Hieronymum* [2]*, aliena* [c] *rapere conuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur : ac sic per opera pietatis se instruat, & præsentis vitæ subsidia, & æternæ claritatis præmia à Deo percipiat : vtrumque enim pietati promittitur.* ¶ *Vnde Apostolus scribẽs ad Timotheum ait [Exerce teipsum ad pietatem.Nam corporalis* [d] *quidem exercitatio ad modicum vtilis est : pietas autem est vtilis ad omnia* [e]*, habens promissionem vitæ, quæ nunc est,& futuræ.] Ab hac* [f] *quisquis alienus* [g] *fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit.* ¶ [3] *Si enim vidua* [h] *in ecclesia recipi prohibetur, quæ pauperes non hospitio, quæ pedes sanctorum non lauit, quæ omne opus bonum non est executa : multò magis sunt prohibendi à sacerdotio, qui ab opere pietatis probantur alieni. Vnde* † *hospitalitatis opera despicientes, in Gangrensi concilio excommunicantur.Sic enim in eo statutum est,c.11.*

¶ Non sunt despiciendi, qui conuiuia pauperibus exhibent.

CAP. I.

[4] SI quis despicit eos, qui fideliter agapes [5], id est cõuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres,& noluerit cõmunicare huiuscemodi vocationibus, paruipendens quod geritur,anathema sit.

Hinc etiam Ioannes Euangelista in epistola sua quendam Diotrepem [i] *excommunicat, qui nec pauperes recipiebat, & recipientes de ecclesia eiciebat.In hospitalitate autem non est habendus delectus personarum : sed indifferenter quibuscunque sufficimus, hospitales nos exhibere debemus.*

Vnde Ioãnes Chrysostomus in epistil.ad Hebræos homil.11.ad c.6.

¶ In recipiẽdis hospitibus nulla debet esse distinctio.

CAP. II.

[2] QViescamus ab hac absurda curiositate [k], & diabolica,& peremptoria †. Si enim in clero se electum esse dicat, si sacerdotem se nominet, scrutare : non enim sine periculo in talibus indiscussa communicatio est : circa maiora periculum [l] vertit: nõ enim das, sed accipis.Si verò pro nutrimento postulat [m], nihil in his examines. Inquire

† al. vnde quidam.

4Burc.l.19. c.124. Iuo p.15.c.136. Ansl. 5,ca. 76.

5 vide ī hũc locũ Alc.li. ptissimis.j. in dictiõe agapes.Opinatur emAlc. ilapinas hic legendum, nõ agapes,

Epist.3.

" Discretione maiore ī maioribus opus est.

"Eleemosyna quibus est danda.

† al. perniciosa.

e Hug. dicit q̃ hoc dixit ī Euãgelio, sed nescio vbi.Sed põt sumi Eccle. 12. vel hoc dixit ſm interpretatio. 70.interpretũ. đt Rod. q̃ ista auctoritas, desudet, &c.sumitur ex c. p̃ced. vbi dr̃ sic, si benefeceris, scito cui benefeceris, & erit gr̃a in oculis tuis multa.Arc.

1 Glo. ord. gen. 19. ex Alcuino. Gen. 18. & 19.

2 Vt j. §. 1.

b Et j. ead. quiescam. Matth. 25.

c Vt j.c. nõ debet. & c. seq.

d scilicet in §.pudicus.

2 In reg.Monacharum, cap. de paupertate.

1.Tim.4.

1.Tim.5.

3 31.q. 1. quomodo.

iustitiam : quia tunc subtrahenda est ei, vt 5.q.5. non omnis. nisi iam fame moriatur, vt 86. distin.pasce.si autem non possumus omnibus sufficere,tunc danda est potius bono, quàm malo, consanguineo, quàm extraneo. & sic loquitur illud: Desudet eleemosyna, &c.& illud: Ordinauit in me charitatem, vt 86. distin. non satis.

a ¶*Sed quoniam omnes.*] Argum. q̃ ratione dubitationis melius est ex abundantia aliquid facere, quàm aliquid dimittere, vt 11. quæstio.3. nolite.13.q. 2. non æstimemus. 24. quæst. 3. corripiantur.

" Dubitatio notabilis.

" Et est argum. ad quæstionem cum dubitatur quis ex duobus occiderit hominem,quòd potius ambo admittantur ad ordines,quàm ambo repellantur [a]. argum. contra. 23. quæst. vlti. si quatuor. Quid iuris sit de hoc, notatur in quæstionibus. & est expressum de homi.significasti.

a Argu. ad hoc 23.q.4. quàm magnum. Lau.

b ¶*Non oportet,&c.*] ¶*Partes.*] & domum mittere.& est cõtra episcopos qui nolunt prouincias visitare, & tamen petunt redimi procurationes, vt 10.q.1.relata.

c Anſl.5.c. 77. Iuo p.3. c.128.

c ¶*Propter iniuriam.*] id est infamiam.

2 Vide quod no. An.Alc. lib. ptermis. 1. in dictõe, agapes.

d ¶*Vlli.*] ¶*Transeũntes.*] " Sic in tabernis possunt clerici comedere carsa necessitatis,vt 44.distin.clerici.de vita & honest.clerici.

" Clerici in tabernis possunt q̃que comedere.

e ¶*Oratorium.*] ab orando quippe dicitur, vt in eo nihil aliud quàm oretur & psallatur. infra ead. in oratorio.

f ¶*Quicquam aliud.*] tamen ecclesiasticæ causæ [b] possunt & debent tractari in ecclesia,vt 2. q.2.præceptum.

b Sed nõ seculares.ext. de im.ecc.c. j.vbi d̃ hoc.

3 Burc.l.3. c. 82. Iuo p. 3.c.32.Ansl. l.5.c.78.

¶*Vdicus quoque.*] Hæc distin. diuiditur in 4. partes, in quarum prima dicit, quòd rector ecclesiæ debet esse discretus in silentio, & vtilis in verbo, ne aut tacenda dicat, aut dicenda subticeat. & ad hoc probandum inducit c. seq. Secunda ibi, *In mandatis*. Tertia ibi, *Scimus autem*. Quarta ibi, *pariter quoque*. Ioan. de Fant.

4 Burc.l.3.c. 83. Iuo p.3. c.74.

CASVS. In hac distinct. 43. prosequitur Grat. 7. capitu. Apostolicæ regulæ, scilicet oportet episcopum esse pudicum : quod verum est non solùm factis, sed etiam verbis, vt probatur per cantica canticorum.

g ¶*Pudicus.*] Hic breuiter tangit 7. cap.Apostolicæ regulæ, oportet episcopum esse pudicum.

h ¶*Genæ.*] Sicut enim per genas cibi [c], sic per prædicationes ecclesiæ fideles incorporantur, vt de consecra. distin. 2. quia passus.

c sc. masticãtur & masticãdo incorporãt. Hug.

DEBET. In hoc §. prosequitur Grat. 8. cap. Apostolicæ regulæ, scilicet oportet episcopum esse doctorem, id est talem qui sciat docere. Nam quãtum prodest bonis per exemplo bonæ vitæ, tantum nocet malis si fileat. Nam prædicatione prælatorum, mali sunt arcendi & corripiendi, sed in sua prędicatione debet prælatus esse discretus, ne vel tacenda proferat, vel dicenda taceat. Quod sequentib.c. probatur.

5 In reg.B. Bñdic.c.52.

6 Burc.l.3.c. 81. Iuo p.3. c.71.

i ¶*Debet, &c.*] Hic prosequitur 8. capitu. Apostolicæ regulæ, oportet ordinandum esse doctorem, id est talem qui sciat docere & prędicare. considerabit autem prius quibus & quæ prędicet [d] : quia non omnia omnibus sunt prædicanda. hæreticis enim secreta fidei non sunt pandenda [e], nec nimis alta dicet minus capacibus, & si subditi non obediunt prędicanti, non ideo cessabit à doctrina & correctione eorum [f].

d Vt j.e. di. in mãdatis.

7 Sensus nõ verba.Isido. etym.l.15.c. 4.Smaragd. in reg. B.Benedicti. cap. 52.Burch.l. 3.c. 80. Iuo p.3. c.72.

8 Cant.5.ex gl. interlin. ibidem.

e 11.q.3.nolite.in fi.

k ¶*Silentio.*] Expone negatiuè. sic 2.quæst.7. sancta.

l ¶*Nam latratu.*] id est, prædicatione.

9 Ad Ocea. epi.83.& gl. ord. in 1.Timot.3. vers. coctorem.

f Vt j.e. diſ. sancimus. cũ 2.ca. seq.

m ¶*Canum.*] infra secunda quæst. septima. qui nec.

n ¶*Et baculo.*] comminationis.

Sed licet ipsa conuiuia despicienda non sint, non tamen in ecclesijs celebrari, nec clericos ad ea conuocatos ex eis partes sibi tollere oportet.

Vnde in Laodicensi concilio, c.27.

¶Clerici ad agapem vocati partes sibi non tollant.

CAP III.

1 NOn oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos A ad agapem [2] vocatos, partes [b] tollere propter iurie [c] B, quæ ex hac occasione ecclesiastico ordini possit deputari.

A ¶Clericos.] *In concilio Græco,& prisca etiam versione additur :* vel laicos.

B ¶Propter iniuriam.] *Græcè est,* διὰτό τῶν ὑβριντῆ τάξει προσρίζεσθαι τῆ ἐκκλησιαστικῆ· *id est,*eo q̃ ecclesiastico ordini inuratur contumelia.

Item ex eodem,cap.28.

¶In locis Deo sacratis nec comedere, nec accubitus sternere liceat.

CAP. IIII.

3 NOn oportet in basilicis, 4 seu in ecclesijs agapem facere, & intus A manducare, vel accubitus sternere.

A ¶Et intus.] *Græcè est,* καὶ ἐντῷ ἐικῷτε͂ θεε͂. *quod Dionysius vertit,*nec intra Domũ Dei: *sed apud Balsamonem abest vox,*Dei.

Item ex concilio Carthag.3. c.30.

¶Nisi necessitate coacti. clerici in ecclesia non conuiuentur.

CAP. V.

4 NVlli episcopi, vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi fortè transeuntes [d] hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiusmodi conuiuijs, quantum potest fieri,prohibeantur.

Item ex dictis B.Benedicti Abb. 5

¶De eodem.

PALEA CAP. VI.

6 ORatoriũ [e] hoc fit, quod dicitur : nec ibi quidquam aliud [f] geratur, vel condatur, quàm quod diuinis ministerijs † conueniat.

Item Augustinus epistol. 109. de regula monachorum.

¶De eodem.

CAP. VII.

7 ¶N oratorio præter orandi, & psallendi cultum penitus nihil agatur, vt nomini huic & opera iugiter impensa concordent.

DISTINCTIO XLIII.



Vdicus [5] quoque debet esse sacerdos, vt & moribus, & verbis pudorem indesinẽter exhibeat. 8 *Vnde in canticis cãticorum genæ [h] sponsæ, id est prædicatores, turturi comparantur.* ¶*Debet [i] etiam gratiam docendi habere:quia, vt Hieronymus ait :* [9 *Innocens, & absque sermone conuersatio,quantum exemplo prodest, tantum silentio [k] nocet. Nam latratu [l] canum [m],& baculo [n] A pastorum,lupi sunt arcendi.*] *In ipsa autem doctrina discretum oportet esse rectorem, ne aut tacenda proferat,aut proferenda taceat.*

A ¶Baculo.] *In epistola B. Hieronymi legitur:*baculoque pastoris luporum rabies deterrenda est.*Sed glossa ordinaria cum Gratiano concordat.*

Vnde Gregorius part.2. sui pastoralis,cap.4.ait.

¶De discretione prædicationis, & silentij.

CAP. I.

SIt rector discretus in silentio,vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam,sicut incauta locutio in errorẽ pertrahit, ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpè namque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui liberè recta pertimescũt, & iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis custodiæ, pastorum studio,sed mercenariorum vice deseruiunt: quia verendan-

Iob 10.

lędantur. & hoc proba rur tribus auctoritatibus. In tertia quæ incipit ibi, *prouidendum quoque est.* dicitur quòd etiam vtilia non debet nimis effundere, quia loquacitas nimia leuis apud homines reputatur, & hoc probatur tribus auctoritatibus.

Esa.56. Exech.13.

CASVS. Primò dicit, quòd prædicator, vel rector nec silenda proferet, nec proferenda silebit. & hoc probat ix. auctoritatibus. Secũdò dicit, quòd talia proponat, quæ non deducant homines in errorem: & hoc probat tribus auctoritatibus. Tertiò ostendit, quòd etiã vtilia non debet nimis effundere. & hoc probat tribus auctoritatibus.

a ¶ *Veniente.*] iuxta illud. *Nam siluisse nocet, multosque silentia damnant.*

Thren.2.

b ¶ *Latrare.*] propter pigritiam.

c ¶ *Hinc rursus.*] Primò conqueritur, & primò ponit verba Prophetæ, deinde ea exponit, & sic procedit per totum c.

d ¶ *Dicere.*] idest, dicitur.

e ¶ *Tacendo.*] Nota quòd tacens & timens fugere dicitur. vnde ẽt tacens pro contumace habetur, vt 65. distinct. si fortè. & ff. de inter. actio. de ætate. §. qui tacuit.

f ¶ *Qui dum fugitiua.*] id est, transitoria.

g ¶ *Quos.*] simplex relatio, non refertur ad immediatè dictum.

ad Tit.1.

h ¶ *Securitate.*] eo ipso quòd tacetur, promittitur securitas delinquentibus, vt 83. dist. error.

Malach.2.

i ¶ *Sermo.*] doctoris.

k ¶ *Nescit.*] scilicet esse peccatum ille cui prędicatur, vel cũ eius pœnitẽtia auditur, quæritur ab eo locus, & tẽpus, & persona cũ qua deliquit, quæ fortè peccator propter verecundiam vult occultare, vt de pœn. distin. 6. cap. 1. in fi.

Esa.58.

a Et de pœ. dist. 5. ca. 1. in prin.

a Tamen in quæstionibus vbi fit præiudicium alij, non fient speciales interrogationes, vt ff. de quæstion. l. 1. §. qui quæstionem.

l ¶ *Custodiunt.*] idest, custodire debent.

m ¶ *Quia Angelus.*] id est nuntius Domini.

n ¶ *Præconis.*] infrà

niente [a] lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per prophetã Dominus increpat dicens [Canes muti, non valentes latrare [b].] Hinc rursus [c] quęritur, dicens [Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murũ pro domo Israël, vt staretis in prælio in die Domini.] Ex aduerso quippe ascendere, est pro defensione gregis, voce libera, huius mundi potestatibus cõtraire. Et in die Domini in prę lio stare, est prauis decertantibus ex iustitię amore resistere. Pastorem enim recta timuisse dicere [d], quid est aliud, quàm tacẽdo [e] terga præbuisse? qui nimirum si pro grege se obijcit, murũ pro domo Israël hostibus opponit. Hinc rursus delinquenti populo dicitur [Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebãt iniquitatem tuam, vt te ad pęnitentiam prouocarent.] Prophetæ quippe in sacro eloquio nonnunquam doctores vocantur, qui dum fugitiua [f] esse præsentia indicant, quæ sunt ventura manifestant: quos [g] diuinus sermo falsa videre redarguit. quia dum culpas corripere metuunt, incassum delinquentibus promissa securitate [h] blandiuntur: qui iniquitatem peccantium nequaquã aperiunt: quia ab increpationis voce conticescunt. Clauis quippe apertionis est sermo [i] correctionis: quia increpatio culpam detegit, quam sępè nescit [k] ipse etiam, qui perpetrauit. Hinc Paulus ait [Vt potens sit in doctrina sana exhortari, & eos, qui contradicunt, redarguere.] Hinc per Malachiã dicitur [Labia sacerdotis custodiunt [l] scientiam, & legem requirunt ex ore eius: quia [m] Angelus Domini exercituum est.] Hinc per Esaiam Dominus admonet dicens [Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.] Præconis [n] quippe officium susçipit, quisquis ad sacerdotium accedit, vt ante aduentum iudicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergò, si prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est præco mutus? Hĩc est enim quòd super pastores [o] primos in linguarum specie Spiritus sanctus insedit: quia nimirum, quos repleuerit, de se protinus loquẽtes facit. Hĩc Moysi præcipitur, vt tãbernaculum sacerdos ingrediens tintinnabulis [p] ambiatur: vt videlicet prædicationis voces habeat: ne superni inspectoris iudiciũ ex silentio offendat: scriptum quippe est [vt audiatur sonitus, quãdo ingreditur, vel egreditur sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur [q].] Sacerdos namque ingrediens, vel egrediens, moritur, si de eo sonitus non auditur: quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine prædicationis sonitu incedit. Aptè aũt tintinnabula vestimẽtis illius describuntur inserta. Vestimẽta enim sacerdotis quid aliud, quàm recta opera debemus accipere? propheta testante, qui ait [Sacerdotes tui induantur iustitia.] Vestimentis itaque illius tintinnabula inhærẽt: vt † vitæ viam cum linguæ sonitu ipsa quoq; bona opera [r] sacerdotis clament. Sed cum rector se ad loquẽdum præparat, sub quanto cautelæ studio loquatur, attendat: ne si inordinatè ad loquendum rapitur, erroris vulnere corda audientium feriantur: & cum fortasse sapiẽs videri desiderat, vnitatis cõpagẽ insipienter abscindat. Hinc namque veritas dicit [Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos.] Per sal quippe, verbi sapientia designatur. Qui ergo loqui sapienter nititur, magnoperè metuat, ne eius eloquio audientium vnitas cõfundatur. Hinc Paulus ait [Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed [s] sapere ad sobrietatem [t].] Hinc in sacerdotis veste iuxta diuinam vocem tintinnabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica, nisi fidei vnitas designatur? Nam sicut in malo punico, vno exterius cortice multa interius grana muniunt: sic innumeros sanctę ecclesię populos vnitas fidei contegit, quos intus diuersitas meritorũ tenet. Ne igit rector incautus ad loquendũ prorupat: hoc, quod iam præmisimus, per semetipsam veritas discipulis clamat. [Habete sal in vobis, & pacẽ habete inter vos:] ac si figuratè per habitũ sacerdotis dicat: mala punica tintinnabulis iungite, vt per omne, quod dicitis, vnitatem fidei cauta obseruatione teneatis. Prouidendũ quoq; est solicita intẽtione rectoribus, vt ab eis nõ solũ praua nullo modo, sed ne recta quidẽ nimiè [u] & inordinatè proferantur: quia sępè dictorũ virtus pditur, cũ apud corda audientiũ, loquacitatis incauta ĩportunitate leuigat [x], & auctorẽ suũ hæc eadẽ loquacitas inquinat, quæ seruire auditoribus ad vsum profectus ignorat. Vnde bene per Moysem dicit [Vir, qui fluxũ seminis patit, immun-

Exod.28.

o ¶ *Pastores.*] id est, Apostolos.

Act.2.

p ¶ *Tintinnabulis.*] octoginta tintinnabula, & totidem mala punica in inferiori margine tunicæ sacerdotalis pẽdebant.

Exod.28.

q ¶ *Non moriatur.*] aĩa. s. peccãdo, vel vt fama eius nõ sit mortua.

r ¶ *Opera.*] Arg. quòd si aliqua permiserit se desponsari, vel arrhari, licet expressè non consentiat, videtur quòd sponsalia sint contracta. arg. 30. quæst. 5. fęminæ. 27. quæstio. 2. si quis desponsauerit. 32. quęstio. 2. honorantur. ff. de spons. sed ea [b]. Nam opera probant, vt 46. distinct. cap. 1. 11. q. 3. existimant. 22. q. 5. cauete. vt ex. de his quę fiunt. à maio. par. cap. ex ore. argu. ff. de mino. si filius. ff. de inoffic. test. l. vltim. ff. de ædil. edi. si tamen. §. ei qui. Ioan. [“] Ego dico, quòd si contrahentes possunt loqui, exprimere debent consensum suum, alioquin non iudicaretur pro matrimonio, cum necessaria sint verba q̃tum ad ecclesiam, vt extra de spon. tuæ fraternitatis. quia etiam mutus si contrahit, signis debet exprimere consensum, vt ext. de spon sa. cum apud. Bart.

b Dicas q; si parentes cõtrahant cũ filijs, sufficit eorũ taciturnitas, vt in iur. p̃dicti, & extra de desp. impu. accesit. & c. de illis. Arch.

“ Verba in cõtrahendo mr̃imonio, an sint de necessitate.

Pfal.131.

† al. si.

Marc.9.

f ¶ *Sed sapere.*] ad hæc quæ hic dicuntur, bene facit extra de hær. cum ex iniuncto.

t ¶ *Ad sobrietatem.*] i. sine pręsumptione.

Rom.12.

u ¶ *Nimiè.*] id est, in multiloquio.

Exod.28.

x ¶ *Leuigatur.*] id est, leuis & inanis ab auditoribus iudicatur.

Marc.9.

Leuit.15.

a ¶*Est.*]scilicet vsque ad vesperam, vt ℨ.dist.6.testamentum.
b ¶*Seminiuerbius.*] A presbyteris Athenienſium dictum est de Apostolo,quid sibi vult iste seminator verborum? & secũdum hoc erit hic seminiuerbius.sed si habes semiuerbius,tũc dic quòd obscurus erat, vel quia (vt dicitur) vitium linguæ habebat.

« Seminiuerbi⁹ quis dicatur.

ADDITIO. "Seminiuerbius, ideſt, seminans verba, vel id est, abbreuians verba, secũdum Lau.Item Paulus in quadam sequẽtia dicitur spermologus.sperma enim Græcè, Latinè dicitur semen,& logos sermo, secundum Hugonem.

Act.17.

c ¶*Præmisit.*] " arg. ꝙ ab ordine [a] verborũ est argumentandũ. 20. dist.§.1.& 23.q.4.displi cet.& j.q.1.vt euidẽter. & 3.q.7. *in grauib.ext.* de resc. cum dilecta. Et si præcedens verbũ est dubium, & sequens manifestum,sequens clausula est sequenda. ff. de pe.hær.vtrũ aũt. qñquẽ etiam secundum præcedentẽ exponit sequens. ff.de leg.1.si seruus plurium.in fine.

« Arg.ab ordine verborũ sumitur.

a Al. dr̃ qd ordine scripturæ non est curandũ ff. de solu. nec enim. Arc.

d ¶*Importunitas.*]NO. quòd propter tria consueuit induci hoc c. scilicet quòd tacens & timens vñr fugere. Item quòd ęquè aliquid probat factis vt dictis. Itẽ ordinem verborum attendendum,vt per not. suprà posita.patet.

2. Tim. 4.

† al.corde.

IN *mandatis.*] Hæc est 2.pars huius dist. in qua dicitur,ꝙ hęreticis & paganis non sunt secreta nostræ fidei manifestanda. & hoc c. ad hoc probandum inducitur.Si tu quæras quæ dicta Origenis recipiant?

Matth.10. Marc.7.

Rñdet recipit ecclesia tanquam sua ea,quę de dictis euis Hieron.recipit. alias sunt cum suo auctore dãnata per Papam Gelasium.15.dist. sancta ROMANA.ver.Itẽ Origenis.Io.de Fan.

CASVS.Quæsitũ fuit ab Origene, vtrũ indifferẽter secreta fidei sint

Matth.7.

cuilibet referanda? Et resp.quòd non,duab.rationib.Prima est, quia Christus præcepit vt intrantes ciuitatem examinemus,quis sit in ea dignus,vt apud eum cibum sumamus; multò fortius est hoc faciendum in cibo spirituali,cum non dẽamus proijcere margaritas nostras añ porcos.Secunda est: quia si fidelis est,& bonus paratus corrigi,referàre sibi debemus, vt quod in eo deficit,per nos suppleatur,vt si qua in eo macula fuerit,emendetur: si autem perfidus est & incorrigibilis, nulla secreta fidei ei sunt reuelanda,sed monendus est vt resipiscat. Si verò nos prouocet dicere quod non decet ipsum audire, dẽmus eum prudenter eludere,ne si nihil respondeamus, putẽt auditores inopia responsionis nos declinare certamen.

e ¶*In mandatis.*]scilicet. Euangelicis. Matth.10.c.& Marc. 7.vbi Dominus præcepit discipulis suis: In quãcunque ciuitatem intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & sic ibi manete. Ex verbis illis arguitur hic à minori. Laur.

f ¶*Non potest.*] Nam timor in dubijs deteriora canit. Et Lucanus.

Pessimus in dubijs augur timor.

g ¶*Quòd.*]id est, quia bona sint.

h ¶*Virtutum.*] Ergo videtur, quòd qui non habet fidem possit habere virtutem, quod non est verũ, vt 24.q.1.vbi.

i ¶*Quæ palam.*]id est, indubitãter sunt mala.

k ¶*Permanet.*] sæpius admonitus.

l ¶*De secretioribus.*] sed ea quæ spectant ad admonitionem,non autem secreta fidei: quia si illa sciret,facilius nos inde impugnaret,vt 11. q.3.nolite.

m ¶*Prudenter.*]transferendo nos callidè ad alienam materiam: cũ nec ipsi debeant alieni regni scrutari arcana. C. de commer. mercatores. & extra de elect. quòd sicut. imo subtili ingenio debemus à barbaris extorquere aurũ, vt C. de commer.l.2.& 14. q. 4. ab illo. & q.5. cap.dixit.

n ¶*Eludere.*] " Notã dolum esse bonum cõtra hostem. sic 22. q.2. vtilem.& ff. de do.l.1.

« Dolus bonus.

o ¶*Penuria.*]Arg.contra j. 24.q. 3.cum quibus [b].

b Dic ꝙ ibi loquit̃ d̃ hęreticis damnatis, hic d̃ occultis:vel dic ꝙ cũ eis possum⁹ loqui q̃tum ad ea quæ pñt eos reducere ad fidẽ,vt no.j. c.prox.Arc.

Item Clemens epist.3.in extremo.

¶Porcis,& canibus sacra non sunt committenda.

CAP. II.

2 IN mandatis [e] habemus, vt venientes ad ciuitatẽ discamus prius, quis in ea dignus sit: vt apud eum cibum sumamus: quanto magis nosse conuenit, quis, qualisue sit is, cui immortalitatis verba credenda sunt? Soliciti enim, & valdè soliciti esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos. Sed & ob alias causas vtile est viri huius habere me notitiam.Si enim sciam, quia in his, de quibus non potest [f] dubitari, quòd [g] bona sint, emendatus est, & inculpabilis: hoc est, si sobrius, si misericors, si iustus, si mitis, & humanus (quæ vtique bona esse nullus ambigit) tunc consequens videbitur, vt ei, qui obtinet bona virtutum [h], etiam quod deest fidei,& scientiæ, conferatur: & in quibus maculari eius vita videtur, quæ est in reliquis probabilis, emendetur.Si verò in ijs, quę palam [i] sunt, peccatis inuolutus permanet [k], & inquinatus,non me oportet ei aliquid de secretioribus [l], & remotis diuinæ scientiæ proloqui, sed magis protestari, & conuenire eum, vt peccare desinat, & actus suos à vitijs emendet.

Quòd si ingesserit se,& prouocauerit nos dicere, quæ eũ minus rectè agentem non oportet audire: prudenter [m] eum debemus eludere [n]. Nam nihil omnino respondere, auditorum causa vtile non videtur: ne fortè existiment nos responsionis penuria [o] declinare certamen, & fides eorum lædatur non intelligentium propositum nostrum.

Item Anacletus, epist. 1. omnibus episcopis.

¶Verba prædicationis persecutoribus suis pręlati nõ subtrahant.

CAP. III.

3 1 SCimus autem multos ob id infestare doctores, vt eos perdant [p], & placita propriæ voluntatis adimpleant. Non propterea tamen doctores (inquantũ vires suppetũt) à recta æmulatione [q], & bona intentione † recedere [r] debent, scientes,quia beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

« Prælatus ꝓp persecutionem non deserat prædicationẽ.

† al.institutione.

p ¶*Perdant.*] id est, confundant.

Matth.5.

q ¶*Æmulatione.*]id est dilectione. Vnde no.versum, qui valet ad multas expositiones.

" *Æmulor inflatur, amat,inuidet, ac imitatur.* Bart.

« Æmulor varia significata habet.

g ¶ *Inuitis.*] Arg. qꝺ " inuito cõfertur beneficiũ, vt 23. q. 4. displicet. & q. 5. non vos. 74. dist. placuit & c. cõsuluit. ff. de neg. gest. soluẽdo. ff. de li. cau. l. 1. & 2. & ff. ꝺ ap. non tm̃. ar. cõtra 20. q. 3. prẽsens. & 23. q. 5. ad fidem. ff. de re. iu. inuito. Sol. ad bonum semel receptum bene cogitur aliquis illud retinere: aliàs non [e]. Cõtraria verò iura in casibus specialibus loquuntur, in quibus quis cogitur.

" Beneficiũ inuito confertur.

e s̃. e. de iudæis.

† al. Alcuinus.

Svnt enim. Dictum est s̃. in c. prox. qꝙ qui corripit & punit, dat eleemosynam: ideo ponit quot sunt genera eleemosynarum, & ad hoc alle. duo cap. seq. Io. de Fan. & Hug.

Tria.

¶ Iustè iudicans misericordiam cum iustitia seruat.

Cap. X.

1 Omnis, qui iustè iudicat stateram in manu gestat, & in vtroque [c] penso iustitiã & misericordiã portat [d]: sed per iustitiam reddit peccãti sententiam: per misericordiam peccanti temperat pœnam: vt iusto libramine quædam per æquitatem corrigat: quædam verò per miserationem indulgeat. Qui Dei iudicia oculis suis proponit, semper timens, & tremens in omni negotio formidat: ne de iustitię tramite deuians cadat, & vnde non iustificatur, inde potius condemnetur.

Item Augustinus in Enchiridio, cap. 27.

¶ Qui remittit, & qui corripit, vterque miseretur.

Cap. XI.

2 Et qui emendat verbere, in quem potestas datur, vel coërcet aliqua disciplina, & tamen peccatum eius, quo ab illo læsus, aut offensus est, dimittit [e] ex corde, vel orat, vt ei dimittatur, non solùm in eo, quod dimittit, atque orat, verum etiam in eo, quod corripit [f], & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemosynam dat, quia misericordiam præstat. Multa enim bona præstantur inuitis [g], quando eorum consulitur vtilitati, non voluntati, quia sibi ipsi inueniũtur esse inimici.

Sunt enim multa genera eleemosynarum, de quibus Albinus † ait.

¶ De multiplici genere eleemosynarum.

a ¶ Viginti tria.] *Sic etiam legitur in codicibus B. Gregorij, sed in hæbrais, paraphrasi Chaldaica, versione* Septuaginta, *& vulgata est:* tria milia.

Item Isidorus lib. 3. sententiarum

"Eleemosyna magna.

a Dñs non vult opes fundi, sed dispensari. 76.dist.non satis.Arc.

1 Pann.l.2. c.192.

TRia sunt.] ¶*Quidquid.*] "Hæc est magna eleemosina qui dat vltra id quod potest [a], vt 41. distinct. parsimoniam.

b ¶*Dimittere.*] quantum ad rancorem ad minus, vt 90. distin.capit. si quis contristatus.

DVæ sunt.] CASVS. Dicit Augustinus in hoc c.quòd duæ sunt eleemosynæ, vna cordis, scilicet dimitttere & parcere inimicis,alia corporis,scilicet pecuniæ: sed eleemosyna cordis maior est quã eleemosyna corporis: quandoque em̃ volo facere, sed nõ possum, cum non habeam cui dem, vel pauperes non inueniam.eleemosynam verò cordis semper facere possum, quæ sine terrena substantia sufficit.

c ¶*Redundat.*] id est, abundat.

2 Pann.l.2. c.193.

d ¶*Benigno corde.*] "quia qui dat pauperi eleemosynã non ex charitate, sed ideo vt remoueat à se importunã petitionem, rem perdit & meritum, & venialiter peccat [b], vt 25.dist.§.criminis.

"Eleemosynæ dator pt venialiter peccare.

b Sic ét pec cat qs dãdo eleemosinã ad vanam gloriã.ar.1. quæ.1.vide. quantum.

EX HIS OMNIBVS: Hæc est tertia pars huius distin.in qua probatur, quòd in correctionibus debet semper iudex declinare in partem mitiorem, & tamen punire: & hoc probat per quatuor auctoritates. Io. de Fan. CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis, quòd seueritas cũ mansuetudine, & ẽconuerso semper est habenda.Et soluit supradictã contrarietatem, dicens quòd in capitulis supra dictis vsque ad §. Salomon.illi percussores ab episcopali officio repelluntur: qui verberant, non vt vitia corrigant, sed vt magis timeãtur: & qui prętermissa mansuetudine semper sunt ad verbera parati,de q̃bus dicit Petrus,Ne sitis dominantes, &c.

1.Petr.5.

3 in ca. 29. Iob, c.16.

SVnt namque.] CASVS. Quidam prę lati intantum erant misericordes,quòd omnino rigorem iustitiæ negligebãt. Alij erant intantum rigidi, q̃ nullam misericordiam,vel mansuetudinem habebant: quos Greg. in hoc cap. reprehendit, dicẽs quòd circa delinquentes,& iustitiam & misericordiam seruare debent, ita quòd rigor nõ sit rigidus,neq; mãsuetudo sit dissoluta.

CAP. XII.

1 TRia sunt genera eleemosynarum: vna corporalis,egẽti dare,quidquid [a] poteris: altera spiritualis, dimittere [b] à quo læsus fueris: tertia, delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis.

Item Augustinus, libro 50. homilia 6.

¶Eleemosynę pecunię prę fertur eleemosyna cordis.

CAP. XIII.

2 DVæ sunt eleemosynę, vna cordis, altera pecuniæ. Eleemosyna cordis est dimittere ei,à quo læsus es.Nã dare aliquid indigenti aliquã do quæris,& non habes, indulgere peccanti quantum volueris redundat [c] tibi. *& infrà.*

¶Eleemosyna cordis multò maior est, quàm eleemosyna corporis. *& infrà.* ¶Charitatis eleemosyna sine substantia terrena sufficit sibi, illa verò, quæ corporaliter datur, si non benigno corde [d] tribuitur, omnino non sufficit.

3 Ex his omnibus apparet, quòd nec lenitas mansuetudinis sine rectitudine seueritatis, nec zelus rectitudinis sine mansuetudine in prælatis debet inueniri. Percussores ergo, qui præmissis auctoritatibus ab episcopali officio remouentur,non quilibet corporaliter flagellantes, sed prætermissa mansuetudine ad verbera semper parati intelligendi sunt, qui per flagella non vitia corrigere, sed timeri appetunt, quibus Petrus scribit [Ne sitis dominantes in clero,sed forma facti gregis ex animo.] Hinc etiam Gregorius scribit in moralibus,lib.19.parte 4.c.23. [3]

¶Mansuetudo & districtio ab inuicem non seperentur.

CAP. XIIII.

SVnt namque nonnulli ita districti, vt omnem etiam mansuetudinem benignitatis amittant: & sunt nonnulli ita mansueti, vt perdant districti iura regiminis. Vnde cunctis rectoribus vtraque summoperà sunt tenenda,vt nec in disciplinæ vigore benignitatẽ mansuetudinis,nec rursum in mansuetudine districtionem deserant disciplinæ: quatenus nec à compassione pietatis obdu-

VEra iustitia compaßionem.] CASVS. In hoc c.assignatur differentia inter veros iustos, & falsos hypocritas, quoniam veri iusti compassionem habent,& indignantur aduersus delinquentes,eos corrigendo.Falsi verò iusti despiciũt peccatores, & dedignantur eos, & nulla misericordia, vel compassione delinquẽtibus condescendunt, & inquantum se extollunt, intantum deteriores fiunt.

c *Falsa verò.*] Vnde falsa iustitia non est iustitia, " & iudex si iustitia in eo non est,non est iudex, sicut nec iniusta misericordia, misericordia.vt 23.q.4.est iniusta. sicut falsus denarius [c] non est denarius & falsus tutor non est tutor, vt ff.de verb. sig. Paulus. " Et no. q̃ facit hic differentiam ĩter indignari &dedignari,vt indignatio spectet ad malos, [d] & dedignatio ad bonos: & illud odium est bonum quo quis odit peccata, non homines,vt 86.di.odio. & iustus irascetur peccatis populorũ, vt 7.q.1.§.cum verò.

" Iudex falsus non est iudex.

c Sic dr falsa virtus.28 q.j.§.ex his.

" Indignari & dedignari differunt.

d Vñ dicas, q̃ dedignari ꝓprie est cũ superbia irasci,& corripere, & increpare,secũdũ Hug.

REcedite.] CASVS. In principio huiꝰ c.ponit Hierony.verba hypocritarũ scripta in Hieremia, quib. vtuntur hypocritę eijciẽdo peccatores à sua communione,dicendo: Recedite, &c.Sed dr Hieron. q̃ talis loquela nõ sanat,imo peccantes in desperationẽ inducit. Bonus autẽ pastor cõpatitur delinquenti, & per humilitatem conatur eum ab errore reuocare,sicut Paulus faciebat, qui dixit: Factus sum infirmus infirmis.

4 Rabanl sunt, non Hierõ. ij.cõmentarij.

Thren.4.

f ¶*Recedite.*] Hęc sũt verba illorum, qui habent falsam iustitiam: sed hæc verba non de corporali, sed de spirituali recessu intelligenda sunt,vt 23. quæst. 4. recedite.

Esa.52.

g ¶*Infirmitate.*]"ideo enim Dominus permisit Petrum cadere, vt ex sua infirmitate sciret qualiter deberet aliorum infirmitatibus compati, vt 50.dist.cõsiderandum.

" Petrus cecidit, non sine causa.

h ¶*Leuamentum.*] Debet. enim prælatus singulos iuuare proposse, vt 8. quæstione. 1. Clemens.

1.Cor.9.

SEd illud.] CASVS. Quidam sacerdotes volebant videri beneuoli inter suos subditos, & quia timebant ne hõmines malè loquantur de ipsis, negligunt corrigere delinquentes,

Item homilia 34.in Euangel.

¶Vera iustitia miseris compatitur, delinquentibus indignatur.

CAP. XV.

VEra iustitia compassionem habet,falsa verò † [e] dedignationem: quamuis & iusti soleãt rectè peccatoribus dedignari.Sed aliud est, quod agitur typo superbiæ, aliud, quod zelo disciplinæ. Dedignãtur † etenim,sed non dedignantes. *& post pauca.* ¶At contra hi, q̃ de falsa iustitia superbire solent, cæteros quosque despiciunt, nulla infirmantibus misericordia condescendunt, & quò se peccatores esse non credunt, eò deterius peccatores fiunt.

Item Hieronymus, ad capit. 4. Threnorum [4].

¶Peccantes mansuetudine prouocentur, non austeritate abijciantur.

CAP. XVI.

REcedite [f], inquiunt,poluti: recedite,abite, noli te nos tangere: nolite in aliquo nobis cõicare. Talis loquela non illuminat cæcum, non sanat ęgrotum, non curat infirmum, sed magis occidit, atq; in desperationem periclitantem mittit. Boni etenim rectores ex sua infirmitate [g] aliorũ infirmitates pensantes magis, per humilitatis,& mãsuetudinis leuamentũ [h] studẽt peccãtes ab erroris laqueo eruere, quã per austeritatẽ in foueam perditionis nutãtes ꝓpellere. Vnde doctor gentium[Factus sum,inquit,infirmus infirmis.]

Thren.4.

Item ex origene, homilia.7.in Iosue.

¶In populum ira Dei desęuit,cum prædicator delinquentes palpat, non corripit.

CAP. XVII.

SEd illud non otiosè transmittendum est, quod

quentes,quos Hieronymus redarguit: & quòd debent esse vigiles, & corrigere peccatores, probat quatuor auctoritatib. s.Pecantem coram omnib.&c. Ostendit etiam quantum malum ex negligentia ꝓlatorũ sequatur,s. vno peccante vniuersa plebs polluitur. Quod probat duobus exemplis, scilicet Achor, & ouis morbidæ.

a Pone ꝙ aliquis peccauit publicé,& satisfacere vult in occulto, nũ qd sufficit? nõ. Nã dicit canon, vbi malũ cõtingit, ibi moriatur.2.q.j. si peccauerit. Ad hoc de pœ. di. j. §. hic ergo. Arch.

a ¶ *Vno.*]scilicet Achor, qui furatus fuerat regulam auream de hiericontino anathemate, vt 1.q.4.§. item peccato ciuium.

1.Tim.5.

b ¶ *Vt cęteri.*] No. ꝙ cum quis delinquit publicè,publice est arguẽdus, & non occultè, [a] vt sic cęteris metus incutiatur, & etiam scãdalũ auferatur, vt 2. q.5. si mala.& q.7.qua propter.& 23. q.4. ita planè.& 28.q. 2. peruenit. & 11.q. 3.c.vl. & multis personis grassantib. exemplo opus est, vt ff. de pœ.aut facta.§.vl.

1.Cor.5.

ibid.

c ¶ *Duobus.*] Ex hoc c. videtur ꝙ illa auctoritas, si peccauerit, intelligatur ẽt de manifesto delicto. Quid iuris sit,dixi 2.q.1. si peccauerit.

†Matth.18.

†al.arbitris.

d ¶ *Morbida.*]j.1.q.1. fertur. 24.q. 3. resecandę.

e ¶ *Hinc etiam alibi.*] Ar. "ꝙ possumus vti iure aliquo,cuius non habemus auctorem, vt s. e. neminem. & ext. de fri.& male.ca.1.de conse. dis. 4. sanctam. arg. contra.ff.de fal.l.vl.vbi dicitur, ꝙ falsarius est qui allegat leges, quarum non habetur auctor.Io. Hoc iõ contingit in legib.qa nulla sine auctore certo inuenitur.B.

"iure cuius nõ est auctor vtrum possumus vti.

PERCVSSOR. Hæc est quarta pars dis. in qua prosequitur de ꝑcussione spirituali qa supra dixit de corporali.Arch.

1Greg.past. 2.par.c.6.

CAS V S.Hactenus exposuit de ꝑcussore corporali: Nunc intendit tractare de spirituali,de illo, s.qui inutili sermone infirmorũ animos vulnerat. Hoc probat per sequens ca.cuius casus facilis est, & per te videbis.

Equitur.] Hęc dist. diuidit̃ in in tres partes, in quarum prima reprehendit superbos doctores. Secunda ibi, *Ecce quare.* Tertia ibi, *Non licet.*Io. de Fan.

1 Ad Tit. 1.

CAS V S.Hic intitulatur 46. dist. in qua prosequitur decimum c.

†al.sana.

vno [2] peccante ira Dei super ómnem populum venit. Hoc quando accidit? quãdo sacerdotes,qui populo præsunt, erga delinquentes benigni videri volunt, & verentes peccantium linguas,ne fortè malè de eis loquantur, sacerdotalis.seueritatis immemores nolunt complere quod scriptum est § Peccantem coram omnibus argue,vt cæteri [b] timorem habeant.]& iterum § Auferte malum ex vobis ipsis: § nec zelo Dei succensi imitantur Apostolum dicentem § Tradidi huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis,vt spiritus saluus fiat. § Neque illud† Euangelij implere studeant, vt si viderint peccantem, primò secretè conueniant, si post etiã duobus [c], vel tribus adhibitis †, quòd si contempserit, & post hæc ecclesiæ correctione non fuerit emendatus, de ecclesia expulsum velut gentilem habeant,ac publicanum: & dum vni parcunt, vniuersæ ecclesiæ moliuntur interitum. Quę ista bonitas? quæ ista misericordia? vni parcere,& omnes in discrimen adducere? Polluitur enim ex vno peccatore populus. Sicut ex vna oue morbida [d] vniuersus grex inficitur, sic vno fornicante, vel aliud quodcunque scelus committente plebs vniuersa polluitur.

1 *Hinc etiam alibi* [e] *dicitur*[*Rectorem subditis pietas matrem,disciplina verò patrem exhibeat.*]4¶ *Percussor quoque dicitur, qui sermone inutili infirmorum conscientiã vulnerat.*

Vnde Anacletus Papa epist.2.ad Episcopos Italiæ.

¶ Qui sermone incauto conscientiam percutit infirmorũ, percussor vocatur.

CAP. XVIII.

SAnè percussor ille dicitur doctor,qui sermone inutili conscientiam percutit infirmorum. 2 Ideo tenere vos, & omnes fideles oportet eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit consolari in doctrina sancta, † & contradicentes redarguere,& rectè viuentes,atque rectam fidem tuentes consolidare.

DISTINCT. XLVI.

1. ps

Equitur [f] 3 [*Nõ litigiosũ.*]*Nihil est enim impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant,& parati ad lites,in subiectos tumidi intonant:qnd ex arrogantia, & superbia prouenire manifestum est.*

Vnde Gregorius scribit in moralibus,lib.23.par.5. c. 12. ad cap. 33. Iob.

¶Arrogantes nesciunt inferre humiliter,quæ docent.

CAP. I.

HOc habet proprium doctrina arrogãtium,vt humiliter nesciant inferre quod docent:& recta, quæ sapiunt, rectè ministrare non possint. In verbis [g] enim eorum proditur, quòd cum docent, quasi in quodam sibi videntur sublimitatis culmine residere: eosque quos docent, vt longè infra se positos,veluti in imo respiciunt†, quibus non consulendo loqui,sed vix dominando dignãtur. Rectè autem his per prophetam Dominus dicit: § Vos autem cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia: § Cum austeritate enim, & potentia imperant, qui subditos suos nõ tranquillè ratiocinando corrigere, sed asperè inflectere dominando festinant. At contra vera doctrina tantò vehementius hoc elationis vitium fugit per cogitationem†: quantò ardẽtius verborũ suorum iaculis ipsum magistrum [h] elationis insequitur. Cauet enim, ne eum magis elatis moribus pdicet, quẽ in corde audientiũ sacris sermonibus insectatur. [i]

2 *Ecce, quare litigiosi prohibent̃ in episcopos ordinari. Est & alia causa huius prohibitionis. Litigiosi nãque vel adulationib.animos principum sibi conciliant: vel fratribus suis detrahendo, infamiæ notam ingerunt, vel inter fratres discordiam seminando seditionem nunquam facere cessant: quæ omnia in prælatis damnabilia esse probantur.*

Vnde Gregorius scribit in moralibus, li. 18.par.4. c.ad c.3. 27. Iob.

Apostolicæ regulæ,s.oportet episcopum esse non litigiosum. Nihil enim deterius est arrogantia prælatorum incomposito rum:vnde rusticis comparantur, qui garrulitatem auctoritatem putant:& parati ad lites, tumidè in subditos intonant:qd ex superbi a prouenit.Et ad hoc inducit sequens c.

f ¶ *Sequitur.*] In hac 46. dis. exequitur x. c. Apostolicæ regulæ, s. oportet ꝑm esse nõ litigiosum. "talis autem duplici de causa prohibetur ordinari. Vna,qa cum talis sit arrogans, nescit humiliter docere: vnde subditi vilipẽdunt eius doctrinam. [b] Item alia ratione, quia consueuerunt tales distemperati esse in moribus: solent enim esse adulatores, proditores, & detractores, maledici, inuidi, scurriles, ad vlciscẽdas iniurias suas prompti: quæ secundũ ordinem hic exequit̃. [c]

"Litigiosus duplici rõe ordinari nõ debet.

3 1. Tim.4. & ibi gl. ordin. & Ans. ex Hiero.in epist. ad Oceanum.

bVt j.e.c.1.

cTertia, qa cũ ipse sit litigiosus, & ꝑ cõsequentiã ꝓuocet alios ad discordiã, nõ posset ad cõcordiã reuocare: qd̃ tñ tenetur ex officio facere.93 dis. c.1. per totsecũdũ Hu.

HOc habet.] CAS V S. In hoc c.dicit̃ ꝙ duo genera sunt prælatorum. Nam alij sunt arrogãtes:alij sunt humiles. Arrogantes sunt qui humiliter nesciunt proferre quod docent: qui quasi in quadam sublimitate residẽtes, quos docent tãquam in imo positos despiciũt: & vix dominando eis loqui dignãtur. Et hoc probat auctoritate prophetę dicentis, Vos autem, &c. Humiles verò sunt qui tãtò vehementius vitium elationis fugiunt, quantò ardẽtius verborum iaculis ipsum magistrum elationis,i.diabolum persequuntur.

† al. despiciunt.

Ezech.34.

g ¶ *In verbis.*]"Ex verbis enim perpendimus alicuius stultitiam, vt 93.di. legimus. & extra de suc.ab inte. cum dilectus. & ex verbis perpenditur quanta fides adhibeatur testib. vt ff. de quæst.de minore.qñque etiam per signa ꝑpenditur:quia impudicus oculus,&c.vt 32.q. 5.nec solo. & de pœnitentia dis.1. in actione.

" Stultitia ꝙ verba ac signa perpenditur.

ibid. c. 13.

h ¶ *Magistrum.*] id est, diabolum.

† al. cogmitionem.

i ¶ *Insectatur..*] id est, pérsequitur.

ECCE.Hęc est secunda pars huius distinc.in qua reprehendit auaros,adulteros, maledicos,murmuratores, seditionarios, & iniuriarum vltores:& hoc probat per octo auctoritates. Io.de Fan.

CASVS. Dictum est supra ꝙ litigiosi non debent in episcopos ordinare:quia nesciũt humi

liter docere. Ponit Gratianus alias causas: quia tales consueuerunt esse adulatores, & detractores, & inter fratres discordias seminantes: q̃ omnia sunt damnabilia in prælatis. Et ad hoc inducuntur sequẽtia capitula.

¶ De ijs, qui peccatoribus adulantur.

CAP. II.

SVnt nonnulli, qui dum malefacta hominum laudibus efferunt, augent [a] quæ increpare debuerunt. 1 Hinc enim per prophetam dicitur: § Væ q̃ consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciũt cer uicalia sub capite vniuersæ ætatis. § Ad hoc quippe puluillus ponitur, vt mollius quiescatur. Quisquis ergo malè agẽtibus adulatur, puluillum sub capite, vel cubito iacentis ponit, vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. ¶ Hinc rursum scriptum est: § Ipse ædificabat parietem, illi autem liniebant eum. § Parietis quippe nomine, peccati duritia designatur. Aedificare ergo parietem, est contra se quempiã obstacula peccati construere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, vt quod illi peruersè agentes ædificant, ipsi adulantes quasi nitidum reddant. ¶ Sed sanctus [b] vir sicut mala de bonis non æstimat, [c] ita iudicare bona de malis recusat, dicens [Absit à me, vt iustos vos iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. §

Hinc etiam in concilio Carthag. 4. c. 56. legitur.

¶ Adulator vel proditor clericus ab officio degradetur.

CAP. III.

2 CLericus, qui adulationibus [d], & proditionibus [e] vacare deprehenditur, ab officio degradetur.

Item ex eodem concilio, c. 55.

¶ Excommunicentur ab episcopo qui fratribus non probanda obijciunt.

CAP. IIII.

ACcusatores [f] fratrum episcopus excommunicet, qui [A] non probanda fratribus obijciunt. Et si emendauerint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum. [g]

maledicus, scurra, fratrum profectibus inuidens non promoueatur.

CAP. V.

¶ *Rubrica hæc pertinet simul ad hoc caput, & ad duo sequentia.*

103 CLericus maledicus (maximè in sacerdotibus) cogatur [h] ad postulandam veniam; si noluerit, degradetur: nec vnquam ad officium absque satisfactione reuocetur [i].

Item ex eodem concilio, c. 60.

¶ De eodem.

CAP. VI.

4 CLericum scurrilem, & verbis turpibus ioculatorem ab officio retrahendum censemus.

Item ex eodem, c. 54.

¶ De eodem.

CAP. VII.

5 CLericus inuidens fratrum profectibus, donec in vitio est, non promoueatur.

Item ex eodem, c. 67.

¶ Non sunt ordinandi, qui seditionibus vacant.

CAP. VIII.

6 SEditionarios statuimus nunquam ordinandos [k] clericos, sicut nec vsurarios, nec [l] iniuriarum [m] suarum vltores.

Item ex concilio Laodicensi, c. 5.

¶ Vsuras exigere clericis minimè licet.

CAP. IX.

3 NOn licet fœnerari ministris altaris, vel in sacerdotali ordine constitutis, vel vsuras vel lucra, quæ sescupla † [n] dicuntur, accipere.

Item Leo papa episcopis per Campaniam, epist. 1. c. 4.

¶ Nec suo nomine, nec alieno clericus fœnerator exiſtat.

CAP. X.

7 SIcut non suo [o], ita nec alieno nomine aliquis clericorum exerce-

---

1 Adde tex. in l. captatorias. ff. de hęre. inst. gl. in l. 1. & ibi Cy. C. si qs ali. test. ph.

Ezech. 13.

ibidem.

a Augent.] Nõ enim oportet laudando augere malitiam serui, vt ff. de ser. corre. l. 1. §. persuadere. in fi.

b Sed sanctus.] scil. Iob: cuius verba Greg. hic exponit.

c Non æstimat.] qa dubia in meliorem partem interpretantur, vt ext. de re. iu. estote.

d Clericus.] ¶ Qui adulationib.] Triplex est adulatio, vt dixi 25. dist. §. aliàs.

e ¶ Proditionibus.] "Proditor dicitur qui ꝓpter timorem non defendit veritatem: & qui tacet eam, vt 11. q. 3. nolite. [a] Item qui crimen alterius sibi soli notũ manifestat, [b] vt 2. q. 1. si peccauerit. Itẽ qui malitiosè cicumuenit alium, & callidè seducit, vt in periculum salutis trahat. 16. q. 1. si cupis. Item qui rẽ sibi commissam exponit hostibus. 22. q. 5. de forma. Item qui iussa veritatis contemnit. 11. q. 3. abijt. Item qui secretum sibi commissũ reuelat. 13. dist. nerui.

"Proditor multipliciter dicitur.

a 2. vbi de hoc.

f ACcusatores.] id est, detractores.

g ¶ Non ad clerum.] Optimum est hic ar. pro H. qui dicit, quòd qui semel fuit excommunicatus, amodo nõ admittatur ad actus legitimos, [c] vt dicã. 4. q. 1. in prin.

2 Bur. l. 2. c. 176. Iuo p. 6. cap. 267. Pann. l. 3. c. 173.

b Item prodit qui non probãda de fert. 2. q. 7. §. de his. in prin. Itẽ qui secreta sibi cõmissa reuelat. dẽ pœ. dist. 6. sacerdos. Arc.

c Hoc c. nil vĩ facere ad hoc, qa non refert se ad exercitationẽ, q̃ est pœna medicinalis: sed ad vitiũ, qđ est crimẽ. Arc.

h Clericus.] ¶ Cogatur.] per excõmunicationem, vt 6. q. 1. illi qui. & 22. q. 1. prędicandum.

Iob. 27.

i ¶ Reuocetur.] Arg. quòd episcopus possit depositũ restituere. de hoc dixi. 2. quęs. 6. ideo. Vel dic degradetur, i. suspendatur, & reuocetur per Papam.

k Seditionarios.] ¶ Ordinandos.] & ordinatos deijciendos.

l ¶ Vsurarios.] quia tales propter auaritiam ꝓ minimo litigant.

m ¶ Nec iniuriarũ.] de hoc dixi s̃. dis. prox. & qui emendat.

3 Burc. l. 10. c. 69. Iuo p. 11. c. 11. & p. 13. c. 66.

NOn licet.] Hæc est tertia pars huiꝰ dis. in qua resp. & prohibet vsuras præcipuè clericis: prohibet dico per duas auctoritates. Ioã. de Fan.

n ¶ Sescupla.] "Hic ponitur sesculpũ pro sesquialtero, quod contineat totum, & eius medietatem, Sescuplum [d] secundum quod per s, scribitur. dicitur à sequi, quod est totum, & plica. vnde sescupla vsura dicitur cũ datur summa aliqua, & recipitur summa illa cũ sua plica, id est, medietate. [e] sexcuplum scriptũ per x, dicitur quelibet res sexies multiplicata.

4 Ans. l. 7. c. 163. Burc. l. 2. c. 172. Iuo p. 6. ca. 263. & p. 11. cap. 79. Pan. l. 3. c. 172.

" Sescuplũ.

d Vide Bud. ĩ lib. de asse & partibus eius. in prin.

5 Burc. l. 2. c. 16. Iuo p. 6. c. 35.

e Vt senarius ad quaternarium est sescuplex: ergo si quis daret mutuo 4. solid. & postea ꝓ vsura susciperet 6. illa vsura est sescupla, quasi sesqplica, à sesq, qđ est totũ, & plica, quasi aliquid totũ, i. medietas. & scribitur ꝓ s, non per x, secũdũ Hu.

6 Agath. cõcil. Bur. l. 2. c. 37. Iuo p. 6. c. 36.

SIcut non.] CASVS. Quidam q̃siuerunt à domino Papa vtrum liceret alicui clerico tutorio vel curatorio nomine vsuras exercere. Et resp. quòd sicut nõ suo, ita nec alieno nomine debet quis facere vsuras. Incongruum enim est pro aliorũ cõmodis perpetrare delicta. Sed illam solã vsuram facere debemus, vt quod in hoc seculo misericorditer operamur, à Domino in futuro seculo multiplicatum recipere valeamus.

o ¶ Non suo.] Ar. quod quis non potest facere suo nomine, nec alieno, vt 23. quæstio. 8. his à quibus. & ff. de admi. re. ad ci. per. l. 2. in pr. Arg. contra 88. di. episcopus. & 2. quæstio. 6. si episcopus. 5. q. 3. cap. vltimo ff. quæ res pig. obli. pos. Aristo. "Et est hic argum. quòd si aliquis quasi procurator vel tutor quandoque recipit vsuras, ꝙ nõ possit † petere vt sibi reddantur vsuræ. Ioannes. Vnde si aliquis tutor à me recipit vsuras nomine pupilli: finito officio possum

† al. sesquipla.

" Tutor pupilli noĩe nõ debet vsuras exigere.

† Quod dñs possit repetere. legendũ vĩ, vt ex seq.

7 Ans. l. 7. c. 150. Burc. l. 2. c. 121. Iuo p. 6. c. 66.

sum petere vsuras à tu-
re: quia pro alio pecca-
re non debuit, vt di-
citur hic, secus in alijs
contractibus: quia finito officio non conue-
nitur tutor vel curator vt C. de admin. tut. si non subscripsisti. & C. quan. tut. vel cur. esse desi.[a] l. 1. licet secus sit in procuratore, [b]vt ff. de procur. procurator qui pro euictione. quia tutor fit ex necessitate, procurator voluntate. ff. de proc. l. 1. Bart.

a ¶ *Commodis.*] quia periculosa est talis compensatio. 14. dist. quod ait.

Quod autem.] Hęc dist. diuidit in 4. partes: in quarū prima principaliter prohibet vsuras. & hoc facit per quinque auctoritates. Secunda ibi, *Virū.* Tertia ibi, *Necesse est.* Quarta ibi, *Quod tunc.* Io. de Fan.

Casvs. Dictum est s. in illo cap. seditionarios. quòd vsurarij prohibentur ordinari. In hac verò dis. 47. dicit, quòd ideo contingit, quia tales cuipditati deseruiunt: cupidi autem ab Apostolo ordinari prohibentur: quia cito & facile à iustitia deuiant. & prosequitur 11. c. Apostolicæ regulæ, s. oportet episcopum non esse cupidum. Sequens cap. patet.

b ¶ *Quod autem.*] Hic prosequitur 11. c. Apostolicę regulæ, non cupidum, & continuatur illi c. seditionarios. & ideo prohibetur cupidus, quia facilè à vero deuiat.

c ¶ *Prohibentur.*] s. in epistola ad Timoth.

d *Episcopus.*] ¶ *Exigens.*] sed non suscipens. tūc enim deponeretur, vt infra. ea. si quis. contra. vbi de accipiente dicitur. vel exigens cum effectu. [c] vel illud pro tempore datum est, & non habet locum hodie, sed habuit locum tempore Apostolorum propter nouitatem ecclesiæ. [“] Et habes hic. q̄ non q̄d libet mortale peccatū deijcit iā p̄motū, vt 35 di. c. 1. & 5. q. 4. in loco.

Quoniā multi.] Casvs. Quidam clerici obliti diuinę scri

re fęnus attentet. Indecens est enim, crimen suum commodis [a] alienis impendere. Fœnus autem hoc solùm aspicere† & exercere debemus, vt q̄d hic misericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multiplici ter, & in perpetuum mansura tribuit, recipere valeamus.

DISTINC. XLVII.

1. ps

Vòd autem [b] *in fine huius capituli, vsurarij ordinari prohibentur, inde est, quòd vsuram exercentes cupiditati deseruire probantur: cupidi autē ab Apostolo ordinari prohibentur:* [c] *quia tales facilè à iusto deuiarent.*

Vnde in canonibus Apostolorū, c. 44. legitur.

¶ Diaconus, presbyter, & episcopus exigens vsuras, nisi desierit, deponatur.

CAP. I.

1 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus vsuras à debitoribus exigens [d], aut desinat, aut certè deponatur.

Item ex concilio Nicæno, c. 17.

¶ Vsuras exigens siue clericus, siue subiectus regulæ, deijciatur.

CAP. II.

2 Quoniam multi sub regula constituti auaritiā, & turpia lucra sectantur, oblitique diuinæ scripturę dicentis: § Qui pecuniam suā nō dedit ad vsuram § mutuū dantes, centesimas [e] exigunt, iustè censuit sancta & magna synodus, vt si quis inuentus fuerit post hanc definitionem vsuras accipiens, aut † ex adinuentione aliqua, vel quolibet modo negotium transigens [f], aut hemiolia, id est, sescupla A † exigens, vel aliquid tale prorsus excogitans [g] turpis lucri gratia, deijciatur à clero, & alienus existat à regula.

A ¶ Sescupla. †] *Hoc sesquialterarum vsurarum genus, quamuis grauissimum, in frugibus humidis, vel arentibus Constantinus lege permiserat, quæ nunc extat in codice Theodosiano, lib. 2. tit. vlt. de vsur. l. 1. Eodem pertinet, quod scribit B. Hieronymus in commentarijs in Ezechielem, lib. 6. c. 18. his verbis.* Solent in agris frumenti, & milij, vini, & olei, cæterarumque specierum vsuræ exigi, siue, vt appellat sermo diuinus, superabundantiæ: verbi gratia, vt hiemis tempore demus decē modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est, amplius partem mediam. *Quamobrem hoc canone, quo Patres illi omnes pecuniarias vsuras clericis interdicunt, voluerunt etiam sescuplam frugum expressè ijsdem interdicere. Postea verò in alijs concilijs, & à Romanis Pontificibus, genus omne vsurarum tanquam iure naturali, ac diuino contrarium tam clericis, quàm laicis fuit interdictum: quemadmodum apparet in Decretalibus tit. de vsur.*

Hinc etiam Gregorius, in 19. lib. Moralium, cap. 25. in 29. c. Iob, scribit dicens.

¶ Temporalibus lucris deseruientes, Deo nequaquam militare probantur.

CAP. III.

Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cœlestibus debiles. Nam pro temporali gloria vsque ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua, ne parum quidem in labore subsistunt: pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cœlesti merce de vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant: terreno iudici toto etiam die assistere fortes sunt: in oratione verò coram Domino vel vnius horæ momento lassantur: sæpè nuditatem, deiectionem, famem pro acquirendis diuitijs, atque honoribus tolerant: & earum rerum se abstinentia cruciant, ad quas adipiscendas festinant: superna autem laboriosè quærere tantò magis dissimulant, quantò ea retribui tardius putant.

¶ Hi itaque quasi aliarum † arborum more deorsum vasti sunt, sursum angusti: quia fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum [h] designatur proficiens vita iustorum, qui nequaquam sunt in terrenis studijs fortes, & in cœlestibus debiles, sed longius, atque distantius studiosos se Deo exhibent, quàm seculo fuisse meminerunt.

¶ Nam cum quibusdam per prędicatorem nostrum dicitur. § Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis mēbra vestra seruire immunditię, & iniquitati ad iniquitatē, ita nūc exhibete mēbra vestra seruire iustitię

pturæ dicentis, Qui pecuniam suam non dedit ad vsurā vsuras centesimas faciebant, quę in fine anni sorti æquiparantur. Ideoq; synodus statuit, vt si quis inuentus fuerit vsuras vel hemiolia decętero exercere, vel aliq̄ machinationem circa hoc facere, deponatur.

e ¶ *Centesimas.*] Centesima dicitur vsura, q̄ sorti æquiparatur in anno. [d]

f ¶ *Transigens.*] id est, quodcunque nouum pactum, vel contractū inueniens in fraudem vsurarum, vt si sumat rem in pignore, & non cōputat fructus in sortem. c. 1. & 2. extra de vsur.

Additio. Vel dic transigens, i. turpia lucra per negotium transactionis petens, id est. vel transformans, vt qa vendit granum centū solidos, secundū Goff.

g ¶ *Excogitans.*] argu. quòd sola cogitatio punitur, [e] vt 6. q. 1. §. si qs cum. quod verū est quo ad Deum, etsi non procedit ad actum, vt 27. q. 1. nec aliqua.

Omnes.] Casvs. Cap. istud diuiditur in tres partes. In prima parte inuchit̄ Greg. contra cupidos, qui in terrenis sunt fortes, & in cælestib⁹ debiles. quoniam circa terrena sunt ardentius insudantes, sed pro vita æterna vix per momentum laborant. In secunda parte, quæ incipit ibi. *Hi itaque.* dicitur, quòd cupidi & mundanorū amatores assimilantur arboribus quibusdam, quæ deorsum vastæ sunt, & sursum tenues. Nam hi tales circa terrena sunt fortes, & in superioribus deficiunt. Boni vero palmæ comparantur, quæ deorsum est tenuis, & superius ampla. Nam hi tales in cælestibus magni sunt, in terrenis debiles. In tertia parte q̄ incipit ibi, *Nā cum quibusdam.* Hortatur nos Gregor. quòd saltem ita simus fortes circa bonum, sicut fuimus circa vitia corpori seruiendo.

h ¶ *Palmarum.*] secundum illud: Iustus vt palma florebit. Rom. 6.

a ¶ *Am-*

d Imo in cētum mensibus.

e Adē an & qn̄ sola cogitatio puniatur, no. ī c. 1. in gl. in ver. nos tn̄ studiosam. de eo q mi. in pos.

† Aliàs, malarum.

a Aliàs, qn̄ mi. ex facto tut. l. 1.

b Add Pau. de Cast. & Ale. de Im. in l. si quis iniquū. §. si procurator. ff. qd qs. iu. gl. tn̄ in l. si sciēte. ff. de pari. vr̄ tenere cōtrariū, q̄ sequit̄ ibi Bar. & Ang. p l. ordinē. §. in fraudē. ff. ad muni. idem etiam tenet Bart. in l. j. §. incidit. in fi. ff. ad turp. & Fran. Tigr. i d. §. in fraudē facit tex. in l. j. C. vt ne. ad su. patr. lib. 11. & ibi Ang. 1. Tim. 3.

1 Burc. li. 2. c. 119. Iuo pa. 6. c. 195. & p. 13. cap. 15. Pan. l. 3. c. 17.

2 j. 14. q. 4. c. 8. ex alia versione. Poli. l. 4. ti. 31. Rab. li. pœ. c. 32. Bur. l. 2. cap. 129. Ans. l. 7. ca. 153. Iuo p. 6. ca. 196. & p. 13. c. 8. Psal. 1.

† redundat ista particula.

† al. sesquipla.

e Ista sn̄ia & p̄cedēs fuit Gos. & Hu. secūdū istā expositionē dic exigēs. i. exactū recipiens.

† al. sesquipla.

“ Peccatum mortale nō semper deijcit iam promotum.

a ¶ *Amplius.*]Tantum faciatis boni,quantum feciſtis mali, "non intelligas quòd tandiu debeat pœnitere, quandiu fuit malus,quia tanta poſſet eſſe contritio, quòd momentanea pœnitentia ſufficeret.de conſecrat.diſt.4.baptiſmi.

" Peccator an tandiu déat pœnitere q̃diu fuit malus.

b ¶ *Tales.*]Videtur hic quòd aliquis poſſit tantum creſcere in malitia,quantum in bonitate,quod non eſt verũ, quia charitas poteſt in infinitum extendi,iuxta illud: Bonum mihi lex oris tui ſuper milia, &c. ſed malitia non, quia aliquis non poteſt eſſe ſummè malus,vt de pœn. diſt.2.c. ſi ſermo. §. ecõtrario.† c ¶ *Aeris.*]i. cæleſtis conuerſationis.[a]

† in e.c.idẽ iudiciũ fit de vtroq;.

a Quæ iõ dr aer,qa in ea ſæpe boni pẽna cõtẽplatiõis erigunt ad ſublimia ſicut auis in aere 23.q.4.cum in lege. Archid.

De Petro.]Casvs. Petro quem Neapolitani elegerunt in archiepiſcopo, de quo cõfirmando ſupplicauerũt Papę,duo obijciebantur, ſ. quòd ſolidos dederat ad vſuras, & qp nimis erat ſimplex. De vſura ſcribit Gregorius Neapolitanis, vt de hoc veritas inquiratur, quo inuento recedant ab eius electione, & alium eligant.Si aũt hoc falſum fuerit, quia perſona eius ſibi nota non erat, & vtrum ſit ita ſimplex vt dicitur, pręcepit vt de cętero Romam veniat, vbi ſi aptus inuentus fuerit iuuante Domino conſecrabitur. Sequens c. patet.

1 Anſl.6.c. 9.Pol.l.2.titu.1.

d ¶ *De Petro.*]De eodem Petro habes 39. di.Petrus.& 61. di.ſtudij. De hac materia notaui ſ. 28.di.priuſquã.

e ¶ *Peruenisse.*]Iſte repulſus erat ꝓpter duo, ſ. propter vitium vſurarum, & propter ſimplitatem,& tamen neutrũ fuit ei fortè oppoſitũ.

" Iudex ex offõ põt aliqd obijcere.

& ita eſt arg. "quòd iudex ex officio ſuo poteſt aliqd obijcere. ext. de elect. cum nobis.

f ¶ *Subtilitate.*]No.qp alicui committitur inquiſitio de proprio facto: ſed hæc inquiſitio erit ſummaria: non plena, aliàs non committeretur.

" Notus nõ examinat.

g ¶ *Ignota.*]"per hoc patet, quòd qui eſt notus, non examinatur,vt 94.di.valde.35.q.9.veniam. vnde & notus ſine probatione recipitur,vt ext. de regul. ad Apoſtolicam. ſed dum conſecratur, bene examinetur,vt 23. diſt.qui epiſcopus

2 Iuo p.13. c.12.Pan.l. 3.c.156.

h ¶ *Cum decreto.*]omnium ſubſcriptionib. roborato,vt 61.diſt.epiſcopus.& 63.diſt.quanto[b].

b Ext.d ele. innotuit. vbi de hoc.

i ¶ *Si quis clericorum.*]¶ *Degradari.*] j. 14.q.4.quoniam.

k ¶ *Et abstinere.*]à ſacramentis quouſque pœnitet.

in ſanctificationem: ſ eorum proculdubio infirmitati condeſcenditur, ac ſi eis apertius diceretur, ſi nequaquam amplius[a] poteſtis, ſaltem tales[b] eſtote in fructu bonorum operum, quales fuiſtis dudum in actione vitiorum, ne debiliores vos habeat ſancta libertas aëris[c] A, quos in carne validos habuit vſus terrenæ voluptatis.

A ¶ Aeris. *Apud B. Gregor. legitur,* ſancta libertas hæredes, *vel,* ſancta libertas charitatis, quàm in carne: *In vno autem exemplari Gratiani Vaticano*, cœleſtis conuerſationis: *quod in gloſſa ad explanandam dictionem*, aeris, *affertur.*

Item Gregorius clero,& ciuibus Neapolitanis,lib.8.epiſt.40.

¶ Ad ſacros ordines vſurarij promoueri non debent.

CAP. IIII.

1 De Petro[d] inſuper ad nos peruenisse[e] cognoſcite quòd ſolidos dedit ad vſuram: quod vos oportet cum omni ſubtilitate[f] perquirere:& ſi ita conſtiterit, alium eligite, & ab huius vos perſona ſine mora ſuſpendite. Nam nos amatoribus vſurarum nulla ratione manus imponimus. Si verò ſubtili habita inquiſitione hoc falſum eſſe patuerit (quia perſona eius nobis ignota[g] eſt, & vtrum ita ſit de ſimplicitate eius, quod ad nos perlatum eſt,ignoramus)cum decreto[h] à vobis facto ad nos eum venire neceſſe eſt:vt vitã, moresque illius ſolicitius inquirentes, ſenſum quoque pariter agnoſcamus,vt ſi huic iudicio aptus extiterit, veſtra in eo(adiuuante Domino) deſideria compleamus.

Itẽ ex concilio Eliberitano,c.20.

¶ Degradetur clericus, qui vſuras accipere detegitur.

CAP. V.

2 Si quis clericorũ detectus fuerit vſuras accipere, placuit degradari[i],& abſtinere[k].

Item Leo Anatolio Epiſcopo Cõ-

Virum catholicum.]Hęc eſt 2.pars huius diſt.in qua probat per tres auctoritates, quòd aliàs etiam nõ debemus eſſe cupidi.Ioan de Fan.

Casvs. Leo Papa hortatur clericos, & pręcipuè ſacerdotes,ne alligentur vitio cupiditatis,dicente ſcriptura: poſt concupiſcentias tuas non eas. Nam mẽs potentiæ auida,nec abſtinere nouit à vetitis, nec vti conceſſis, nec pietatem habet.Seq.cap.patet.

ſtantinopolitano,epiſt.51.

¶ Nec implicari errore, nec cupiditate violari ſacerdotem oportet.

CAP. VI.

2 [3] Virum catholicũ, & pręcipuè Domini ſacerdotem, ſicut nullo errore implicari,ita nulla oportet cupiditate violari, dicente ſancta ſcriptura § poſt concupiſcentias tuas nõ eas. § Mens[l] enim potentiæ[m] † auida nec abſtinere nouit à vetitis,nec gaudere conceſſis,nec A pietati adhibere conſenſum.

A ¶ Nec pietati.] *Hoc poſtremum orationis membrum abeſt ab originali:ſed habetur etiam apud Anſelmum.*

Item Gregorius,lib. 7.epiſt.110.

¶ Qui cupiditatem à ſe non abſcindit,bonorum auctori inhærere non valet.

CAP. VII.

Bonorum auctori inhęrere aliter non valemus, niſi cupiditatem à nobis(quæ omnium malorum radix eſt) abſcindamus.

Item Ambroſius de eo, quod ſcriptum eſt in Euangelio[Hominis cuiuſdam diuitis fructus vberes ager attulit.

¶ Auari eſt hominum bona inuadere, quorũ neceſſitatibus ſubuenire valet.

CAP. VIII.

4 Sicut ij, qui per inſaniam mente tranſlati ſunt, non iam res ipſas,ſed paſſionis ſuæ phãtaſias vident:ita etiam mẽs auari ſemel vinculis cupiditatis adſtricta,ſemper aurũ,ſemper argentum videt,ſemper reditus computat, gratius aurũ intuetur, quàm ſolem †: ipſa eius oratio, & ſupplicatio ad Dominum,aurum quærit. *& poſt pauca.* ¶Interdum ẽt vſuræ arte nequiſſima ex ipſo auro aurum naſcitur. Sed qd agis? Nec ſatietas[n] vnquam,nec finis aderit cupiditati. *& infrà.* ¶Sed ais:quid iniuſtum eſt, ſi cum aliena[o] non inuadam,

Copia nuda,ſitis ebria,plena fames.
Diues habere cupit quantò plus omnia ſumit.

o ¶ *Aliena.*]q.d.circa rem ꝓpriã nõ poteſt qs peccare,[c]ſed cer-

1 Cupidus deuiat à veritate.

3 Anſl.7.c. 149.

Eccl.18.

ſal.pecunię

1.Tim.6.

Serm.81. Luc.12.

4 Ex Baſilij homilia ad eundẽ Euãgelij locũ.

† ſolem videt.] Orig.

" Auarꝰ eſt inſatiabilis.

c Hoc ẽ falſum. nã oẽ qp, &c.14.q. 4. qd dicã.i fi.42.di.§.i. verſ. modo. Arch.

certè expedit rei publicæ, nc quis re sua malè vtatur, vt instit. de ijs qui sunt sui vel ali. iu. §. sed hoc tempore.

a ¶ *Commune.*] i. communicandum tpe necessitatis, vt 12. q. 1. duo. & q. 2. aurum. 86. di. non satis. & lex dicit, qp cibaria tpe necessitatis sunt omnibus cõicanda, vt ff. ad l. Rhod. de iact. l. 2. §. cum in eadẽ. in fi.

b ¶ *Etiam violenter.*] Dicitur hic qp per violentiam dicitur auferre, qui vltra necessaria sibi retinet, [a] & 12. q. j. nolo. & q. 2. aurum. qđ verum est si hoc fiat tẽpore necessitatis. nam aliàs potest quis sibi vltra necessaria retinere, vt 12. q. 1. expedit. & c. habebat. & q. 2. aurum.

[a] Ad hoc 42. dist. §. 1.

c ¶ *Minus.*] Alibi inuenitur quòd magis delinquit qui aufert, quã qui non dat, vt 12. q. 2. & si illi.

d ¶ *Esurientium.*] Nũquid ergo pauperes ipsũ possunt petere? Non directo iudicio, sed denuntiare possunt ecclesiæ illum, qui non dat. "& sic ecclesia potest eum cogere vt det. ar. ext. de simo. ad Apostolicam.

" Ecclesia qñque cogit ad eleemosynã dandã.

NECESSE. Hæc est tertia pars huius di. in qua dicitur & probatur, quòd prælatus debet bene esse dispositus domui suæ. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic prosequitur 12. c. Apost. regulæ, scilicet, oportet episcopũ esse domui suæ bene prępositum. s. vt vxorem & filios, si quos in laicali habitu habuerit, verbo & exemplo prouocet ad virtutes, vt prius à domesticis exigat quod erit postea populis præcepturus. Et quòd debeat esse bene præpositus domui suæ, probat Gratianus duabus auctoritatibus Pauli, & vno exemplo, scilicet Iob, qui pro filijs suis quotidiana sacrificia offerebat. Si verò non sit bene præpositus, & filios suos negligit corrigere, ordinari prohibetur. Et hoc probat duobus exemplis, scilicet Hely, & Dauid, & duabus auctoritatibus, scilicet Pauli & & Hieremiæ.

† al. nõ suũ.

1 Hie. Ocean.

1. Tim. 3. & ibi glossator. Ephes. 5.

e ¶ *Necesse est.*] Hic prosequitur 12. c. Apostolicę regulæ, oportet ordinandum esse domui suæ bene præpositum. "Tunc dicitur quis bene præpositus domui suæ, quando familiam suam bene gubernat verbo & exemplo: quia qui negligenter suos gubernauit, pręsumitur contra eum, quòd circa extraneos sit magis negligens, [b] nec haberet frontem redarguendi alios qui suos noluit corripere: tamen si per eum non staret quin familia eius emendaretur, nõ imputaretur ei. j. ea. c. pe. & vlt.

1. Tim. 3.

" Domui suæ bñ præpositus quis dicatur.

[b] Et crimen negligentię adeò magnum est, qp inducit depositionẽ. 8. dist. dictum. Ray.

f ¶ *A domesticis.*] vxor verò dicitur domestica, vt 33. q. 6. ca. vlt. C. de re mili. quicunque. li. 12. ff. ad Syl. l. 1. §. verùm.

propria diligentius seruo? O impudens dictum. Propria dicis? quæ? ex quibus reconditis in hunc mundum detulisti? Quando in hanc ingressus es lucem, quando de ventre matris existi: quibus, quæso, facultatibus, quibusq; subsidijs stipatus ingressus es? *& post pauca.* ¶ Proprium nemo dicat, qđ est commune [a], quod plus quàm sufficeret, sumptum, etiã violenter [b] obtentum est. *& infrà.* ¶ Nunquid iniquus est Deus, vt nobis non æqualiter distribuat vitæ subsidia? vt tu quidem esses affluens, & abundans, alijs verò deesset, & egerent? An idcirco magis, quia & tibi voluit benignitatis suæ experimenta conferre, & aliũ per virtutem patientiæ coronare? Tu verò susceptis Dei muneribus, & si in sinum tuũ redactis, nihil te putas agere iniquum, si tam multorum vitæ subsidia solus obtineas? Quis enim tam iniustus, tam auidus, tam auarus, quàm qui multorum alimenta suũ † non vsum, sed abundantiam, & delicias facit? Neq; enim minus [c] est criminis habenti tollere: q̃ cum possis, & abundes, indigẽtibus denegare. Esurientium [d] panis est, quem tu detines: nudorum indumẽtum est, quod tu recludis, & miserorum redẽptio est, & absolutio, pecunia, quam tu in terram defodis. Tot † te ergo scias inuadere bona, quot † possis præstare, quod velis.

[a] Commune.] *Apud B. Ambros. legitur*, Proprium nemo dicat, qp è cõmuni plus quàm sufficeret, sumptum, & violenter obtẽtum est. *sed ob glossam non est mutatum.*

[b] *Necesse est etiam. vt ille, qui ordinandus est, [suæ domui sit bene præpositus.] id est si in laicali habitu vxorem habuit, vel filios, à vitijs ad virtutum studia, & verbo, & exemplo prouocet, vt quod postea præcepturus est populis prius exigat à domesticis. Vnde Apostolus Ephesiis scribit, vt vxores suas sicut sua corpora diligant, & filios suos non ad iracũdiam prouocent, sed enutriant illos in omni disciplina, & correctione Domini. Vnde cum Paulus ad Timotheum scribens dixisset [suæ domui bene præpositum] statim subiũxit [habentem filios sibi subditos in omni castitate] [non in accusatione luxuriæ.] non enim talium cohabitator frontem habet aliòs redarguendi. Vnde de beato Iob legitur, quòd pro filijs suis quotidiana offerebat Deo sacrificia, offerens holocausta per singulos: quos tanta charitatis perfectione in vnum constrinxit, vt quisque eorum in suo die conuiuium fratribus pararet, & ad epulandum secum tres sorores suas pariter inuitaret. Quod quia Heli facere dissimulauit, ac falsa pietate superatus delinquentes filios ferire noluit, (sicut in libro Regum legitur) apud districtum iudicem semetipsum cum filijs crudeli damnatione percussit: vnde ei diuina voce dicitur [Honorasti filios tuos magis, quàm me.] Hinc ẽt Dauid erga filios benignitatem, non disciplinæ seueritatem exercens, eorum iuuentutem experimento didicit pernicioſam, quorum pueritiam vaga licentia permisit esse voluptuosam. Vnus [g] quippe eorum sororem [h] suam stupro corrumpens à fratre eius, Absalone videlicet, inter epulas, quas fratribus suis fraudulenter parauerat, obtruncatus est. Absalon verò postquam veniam à patre obtinuit, de regno illum expulit, & ad concubinas eius ingressus est: demum per inuia deserti patrẽ persequens: quercui inhæsit, atque ita suspensus interijt. Hinc etiam Paulus ad Timotheum scribit, dicens [Qui suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.] Iure ergo, qui domui suæ nescit præesse, in episcopum ordinari prohibetur, quia qui in re minima, de qua sibi [i] familiarior debet [k] cura ineſſe fidelis nõ est, quomodo in ecclesia Dei (vbi tot sunt, & aliena) solicitam diligentiã adhibebit? Vnde Hieronym[2] [2 Nõ [1] enim † iustus polluitur ex vitijs filiorum, sed libertas [m] ab Apostolo ecclesiæ principi [n] reseruatur, vt talis fiat, qui non timeat propter vitia liberorum extraneos reprehendere.*

[c] 4 *Quod tunc [o] fiet, si non erit, quod sibi imputetur. Cum enim gressus hominis à Domino dirigantur, nec sint in homine eius viæ: corripere quidẽ potest, corrigere autem nõ valet: pulsare potest, non aperire: manus comprimere, non animum mutare.*

Vnde Augustinus clero, & populo Hipponensi, epist. 137.

¶ Bonorum hominum disciplina mores immutare non valet.

[d] 3 [1] *Necesse est [e] etiam. vt ille, qui ordinandus est, [suæ domui sit bene præpositus.] id est si in laicali habitu vxorem habuit, vel filios, à vitijs ad virtutum studia, & verbo, & exemplo prouocet, vt quod postea præcepturus est populis prius exigat à domesticis. [f] Vnde Apostolus Ephesiis scribit, vt vxores suas sicut sua corpora diligant, & filios suos non ad iracũdiam prouocent, sed enutriant illos in omni disciplina, & correctione Domini. Vnde cum Paulus ad Timotheum scribens dixisset [suæ domui bene præpositum] statim subiũ-*

[e] ¶ *Necesse est.*] Hic prosequitur 12. c. Apostolicę regulæ, oportet ordinandum esse domui suæ bene præpositum. "Tunc dicitur quis bene præpositus domui suæ, quando familiam suam bene gubernat verbo & exemplo: quia qui negligenter suos gubernauit, pręsumitur contra eum, quòd circa extraneos sit magis negligens, [b] nec haberet frontem redarguendi alios qui suos noluit corripere: tamen si per eum non staret quin familia eius emendaretur, nõ imputaretur ei. j. ea. c. pe. & vlt.

[f] ¶ *A domesticis.*] vxor verò dicitur domestica, vt 33. q. 6. ca. vlt. C. de re mili. quicunque. li. 12. ff. ad Syl. l. 1. §. verùm.

[g] ¶ *Vnus.*] Ammon.

[h] ¶ *Sororẽ.*] Thamar.

[i] ¶ *Sibi.*] sic 8. q. 1. quid autem.

[k] ¶ *Debet.*] i. consueuit. Hoc ideo dico: quia nemo debet præferre res suas reb. sibi commodatis, vt 8. q. 1. quod autem. & ff. commo. si vt certo §. commodatum.

ADDITIO. ad idem 12. q. 4. quicunque. ff. de admin. tu. tutor. & C. arb. tu. l. quidquid.

l ¶ *Non enim.*] sic 2. q. 7. qui nec regiminis.

m ¶ *Sed libertas.*] corrigendi alios, cum corripit suos.

n ¶ *Principi.*] id est prælato, & c. Ioan.

QVOD TVNC. Hæc est quarta pars huius dist. in qua probatur, quòd non imputatur patri peccatum filiorum, nec prælato peccatum subditorum, si per eum non stetit, & hoc probat duabus auctoritatibus. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictum est s̃. in §. necesse. quòd ordinãdus suę domui debet esse bene præpositus, qđ tunc fiet, si non sit quod possit ei imputari. Nam si corripiat quantum in se fuerit filios, licet non corrigantur, quia non sunt in eis viæ Domini, nec gressus eorum à Domino diriguntur, non est ei imputandum, quia pulsare potest, non aperire, nec eorum animũ mutare. Et hoc probat Gratian. sequenti c.

o ¶ *Quod tunc.*] s. qp domui suæ sit bene præpositus.

Quantumlibet.] CASVS. Augustinus corrigebat Vincentium Donatistam, sed obijciebat ei Vincentius: tu non debes me corrigere, cum monachos tuos corrigere nõ possis. Et respondet Augu. dicens: non inueni meliores, quàm qui in monasterijs profecerunt, nec deteriores, quàm qui in monasterijs defecerunt, quos licet corrigere non valeam meis verbis, mihi tamen imputari nõ debet. Et hoc probat tribus exemplis, scilicet arcæ Noè, & domus Abrahæ, & domus Isaac, vbi inter bonos inuenti sunt valde mali.

Tit. 1.

Iob 1.

c Melius diceret corripiendi, & j. ibi corrigit, melius diceret corripit, vt eo. ibi corripere quidem, &c.

2. Reg. 13.

2. Reg. 16.

2. Reg. 18. 1. Tim. 5.

2 In com. ad c. 1. epist. ad Titum.

† itaque] Orig.

Psal. 36. Hier. 10.

a ¶ *Inter octo.*]ipse pater,& tres filij,& quatuor ipsorũ vxores.
b ¶ *Vnus.*]scilicet Cham.
c ¶ *Dilexi.*]id est,diligendum præuidi.[a]
d ¶ *Odio.*]quia scilicet præuidi.quòd esset futurus malus.
e ¶ *Difficile.*] id est, vix, quandoque ponitur pro non, vt 1.q.1.principatus.sic 2. q.8.§.biduum.

[a] Fuit.n.hispid⁹ tã mẽte q̃ corpore.56.di.nasci.in fi.Hu.

c ¶ *Non prodidit.*] Ex hoc cap. " videtur ꝙ quilibet ordinandus teneatur prodere crimen ſuum[a], vt 24. diſt.cap.quando.& c.vlt.& 81.diſt.tantis.& c.quicunque.& 8. quæſt.3.Artaldus.in fi.Sic videtur quòd in iure teneatur quilibet confiteri delictum ſuum ſi interrogatus fuerit,vt 11.q.3. quiſquis.& 35.quæſt.6.ſi duo.& 15 quæſt.vlt. cap.1.& penult. Quod H.concedit,& dicit quòd quilibet in examinatione & in iudicio tenetur confiteri crimen ſuum: ſed in examinatione ſufficit vt dicat quòd in genere cõfiteatur ſe criminoſum: & ſic petat diſpenſationem.ſed ſi ſpecialiter pro aliquo crimine fuerit interrogatus: tunc reſpondebit,& dicet ſe feciſſe inde pœnitentiam.nec obſt. ĵ.de pœ.diſt.1.§.his auctoritatibus. vbi dicitur,non tibi dico prodas.quia illud loquitur de pœnitente,qui ſe non debet in publico prodere; niſi enim occultus peccator prodat crimen ſuum, dicit H. non poſſe diſpenſari ſecum. & coram pluribus debet dicere, & prodere ſe: " quia prodere eſt in publicodicere, vt 2.quæſt.1. ſi peccauerit. ſicut enim epiſcopus non poteſt audire cauſam[b] criminalẽ, niſi cum clericis ſuis,vt 15.quæſt.7.epiſcopus.ſic nec ſolus poteſt diſpenſare.qualiter enim probaret aliquis ſecum diſpenſatum eſſe,niſi coram pluribus factum eſſet, vt ext.de ſchiſm. fraternitatis? Alij dicunt quòd nec in iudicio,nec in examinatione tenetur aliquis prodere ſe: quia Deus occultat peccatum,de quo aliquis pœnituit,vt 32.q.1.apud.& ſic licitum eſt alicui redimere ſanguinem ſuum quocunque modo poteſt. 2.quæſt.3.§.notandum.& ff.de bo.co.qui ante ſen.l.1.ſic & honorem ſuum. Sed nunquid clerico promouendo præiudicat confeſſio ſua,vt inde debeat puniri? Videtur quòd ſic,vt ext. de elect.per inquiſitionem.imo idem etiam videtur ſi extra iudicium fieret confeſſio,vt extra de exceſ.præl.quàm ſit graue. Dico quòd non,niſi in hoc ſolo quòd non admittitur ad ordines,vt 24.diſt.quando.in fi.ſic extra de exce.denique. & eſt ea ratio: quia licet confeſſus fuerit,tamen non punitur: quia ad hoc non agebatur,vt dixi 3.quæſt.6. hoc quippe. idem dico ſi teſtis confitetur crimen ſuum,vt probatur ext.de acc.inquiſitionis.Ioan.

" Crimen ſuum in ordinatione vel in iure, an teneat quis prodere.

a Hic non probat hoc: quia tex. dicit,pœnitẽtem, non dicit criminoſũ: nec hoc probant c. hic inducta. Arch.

d ¶ *Priuetur.*] Hic ſignantur contraria, quæ ſoluta ſunt.36. diſt.qui eccleſiaſticis.

Denique pro ſoliditate deuotionis, eccleſiarum petra dicitur: ſicut ait Dominus [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam] Petra enim dicitur, eo ꝙ primus in nationibus[a] fidei fundamenta poſuerit,& tanquam ſaxum immobile totius corporis † Chriſtianitatis compagẽ, molemque contineat.

6 Item obũcitur; pœnitentes † ad ſacros ordines promoueri non debẽt: non ergo lapſi poſt pœnitentiam ad maiora pertingere poßunt.

Vnde in concilio Carthaginẽſi, 4. c.68.& 69.legitur.

¶Non ordinetur clericus ex pœnitentibus.

CAP. LV.

1 EX pœnitentibus,quamuis ſit bonus, clericus non ordinetur.Si per ignorantiam[b] epiſcopi factum fuerit, deponatur a clero: quia ſe ordinationis tempore non prodidit[c] fuiſſe pœnitentem. Si autem ſciens epiſcopus ordinauerit talem: etiam ipſe A ab epiſcopatu ſuo ordinandi duntaxat poteſtate priuetur[d]. 2 Simili ſententiæ ſubiacebit epiſcopus: ſi ſciens ordinauerit clericum eum,qui viduam,aut repudiatam vxorem habuit, aut ſecundam.

A ¶Ipſe ab.] *In originali legitur:* ipſe ab epiſcopatus ſui ordinandi duntaxat poteſtate priuetur, *al.* ipſe epiſcopatus ſui, *quemadmodum & apud Iuonem,par.15.c.5.*

Item Siricius Papa Hymerio Epiſcopo, epiſt.1.c.15.

¶Bigamus, pœnitens, viduæ maritus,ſacræ militiæ ſe ingerens, ſine ſpe promotionis in ſuo ordine permaneat.

CAP. LVI.

3 QVicunque pœnitens, quicunq; bigamus, quicunque viduæ maritus, ad ſacram militiam indebitè, & incompetenter irrepſerit: hac ſibi conditione à nobis veniã intelligat relaxatam, vt in magno debeat computare beneficio, ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis,in hoc,quo inuenitur[e], ordine perpetua ſtabilitate permaneat.

Item ex concilio Gerundenſi,c.9.

¶Non prohibeatur à clero,qui preſſus languore per communionem pœnitentiæ benedictionem accepit.

CAP. LVII.

SI † verò[f], qui ægritudinis languore depreſſus

QVicunque.] CASVS. Quidã pœnitentes, & bigami, & viduarum mariti ordinati fuerunt in minoribus ordinib. vel fortè vſque ad ſubdiaconatum. quæſitum fuit à Siricio Papa, vtrũ poſſint promoueri ad ſuperiores ordines? Et reſpondet Papa quòd non,imo pro maximo beneficio debent reputare, ſi tolerentur in ordinibus in quibus inueniuntur,omni ſpe promotionis eis adempta.

e ¶ *Inuenitur.*] " Sic ergo facilius diſpenſatur in ordine ſumpto, quàm in ſuſcipiendo, vt extra de renunc. niſi cum pridem. quia turpius, &c. vt ext. de iureiur. quemadmodum. Vel vocat hic ſacrã militiã minores ordines, ad quos poſſunt promoueri, vt ĵ.ead. placuit.& 6.quæſt.1.c.infames.

" Diſpenſatur facilius in ſumpto, quàm in ſuſcipiẽdo ordine.

3 Anſ.l.7. c.17.20.& 21.

SI *verò.*] CASVS. Quidã in extremis laborans,pœnitentiam poſtulauit,cui ſacerdos ſolemnem pœnitentiã iniunxit,præbendo ſibi communionem corporis Chriſti. Poſtquam verò conualuit, pœnitentiam ſolemnem ſibi iniunctam non egit. quæritur an valeat promoueri? Et reſp.quòd ex quo caput ſolemni pœnitentiæ nõ ſuppoſuit,bene poteſt promoueri, ſi aliàs eſt dignus.ita poſuit Beneuent.hunc caſum.ſed quia hoc contra iura videtur, cum ille ante ægritudinem mortaliter ſecundum hoc peccaſſet, & poſtea ſimiliter non adimplendo pœnitentiam: ideo ego Bar. Brix.cum H.intelligo caſum hunc de illo qui non accipit corpus Chriſti vſque ad articulum mortis: vnde non videbatur verè pœnitens. Qui tamen ſi non egit pœnitentiam ſolemnẽ, nec modò eſt criminoſus,promoueri poteſt. Vel fortè de illo intelligitur qui pro occulto,& paruo crimine ſolemnem pœnitentiam facere promiſit.

† Is verò] manuſcrip. & Orig.

c Vt benedict.

f ¶ *Si verò.*] Quidam ita ponunt caſum[c]. aliquis tempore ægritudinis tale recepit mandatum à ſacerdote, vt poſtquam conualeſceret,ſolemnem faceret pœnitentiam, talis non prohibetur à promotione, dum tamen non ſteterit inter pœnitentes. Sed iſte caſus non placet: quia poſtquam ſanatus eſt talis,tenetur ſtare in ordine pœnitentium,vt 26.quæſt.6. qui recedunt[d]. Item cum pœnitentia talis non iniungitur, niſi pro graui peccato mortali: ergo poſt mortale peccatum non debet promoueri,vt 26.quæſt.6.cap.vlt. Alij ſic ponunt caſum: Quidam communionem non accepit quouſque fuit in periculo mortis. dubitabatur de tali vtrum poſſet promoueri poſt ſanitatem: quia non videbatur tunc verè pœnitens, qui timore mortis pœnituit. Et reſpondetur quòd poteſt: & hæc fuit cauſa dubitationis: quia ſicut non poteſt promoueri qui in ægritudine baptizatur, quia potius præſumitur ex timore, quàm ex voluntate libera baptizatus, vt 57. diſtin. ſi quis in ægritudine. idem videbatur de pœnitente tali. ſed non eſt ſimile: quia multi omittunt ex deuotione quòd non communicant, vt de conſecra. diſtinct. 2. quotidie. ſed quicunque differt baptizari, in mora eſt, & etiam in culpa.

d Sicut qui iniecit manus violentas in clericum: & pp inualetudinẽ vel aliud impedimentum no põt accedere ad curiam, abſoluit ab inferiori, tñ tenet accedere reſtituta conualeſcentia, vel opportunitate cũ diſt. ext.de ſent. excõ. de cætero. & in illa decret. peruenit.

a ¶ *Pœni-*

" Pœnitentia infirmis non est imponenda.

a ¶ *Pœnitentiæ.*] " Pœnitentia infirmis non est imponenda, sed innoteſcenda. 26.q.7.ab infirmis. Io. Tu autem videas casum, quem notaui ſ. ibi, alij. B.

b ¶ *Benedictionem.*] id est communionem.

SI ille.] CASVS. Duæ quæstiones factæ fuerunt Hormisdę Papæ. Prima fuit talis: An ille qui perfectè egit solemnem pœnitentiam, possit episcopus vel presbyter fieri. Et respondet quòd nō: & si fuerit ordinatus, & de hoc conuincatur, debet deponi. Secunda quæstio fuit, an ille qui inuitus detrusus est in monasterium ad agendam pœnitentiā, possit ad sacerdotiū promoueri. Et respōdet quòd non: quia nihil aliud dicendū est, quàm solēniter pœnitens secūdum decreta sedis Apostolicæ & canones 300. & 18. episcoporum. Si autem contra factum fuerit, non solùm temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito.

†al. dicimus

pœnitētiæ [a] benedictionem [b], quam viaticum deputamus †, per communionem acceperit, & postmodum reconualescēs caput pœnitentiæ in ecclesia publicè nō subdiderit, si prohibitis vitijs non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum.

Item Hormisda Papa omnibus episcopis per vniuersas prouincias constitutis.

¶ Qui ad pœnitentiam agendam in monasterio detruditur, presbyter non ordinetur.

CAP. LVIII.

1 SI ille, qui vltrò petit pœnitentiam, quamuis eā perfectè agat, non potest episcopus, aut presbyter ordinari: ita vt etiam si per ignorantiā ordinatus fuetit, & posteà conuincitur pœnitentiam accepisse, deijciatur: ille ergo qui inuitus ad pœnitentiam agendam mittitur in monasteriū [c], (qui vtique nihil aliud, quàm pœnitens dicendus est) [d] qua conscientia ad sacerdotium venire permittitur? Nemo mihi alia quælibet contra auctoritatem sedis Apostolicę, vel 318. episcoporum, vel reliquorum canonum constituta, obijciat: quia quidquid contra illorum definitionem (in quibus Spiritum sanctum credimus locutum) dictum fuerit, recipere non solùm temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito.

Item Gelasius vrbis Romæ Episcopus omnibus episcopis per Lucaniam, &c. c.5.

¶ Bigamus, vel quilibet post pœnitentiam sacris non applicetur ministerijs.

CAP. LIX.

2 NOn confindat quisquā pontificum bigamos †, aut coniugia sortiētes ab alijs derelicta, siue quoslibet post pœnitentiam, vel sine literis [e], vel corpore vitiatos, vel conditionarios, aut curiæ, publicarumque rerū nexibus implicatos, aut pàssim nulla temporis congruentis [f] expectatione dignos, diuinis seruituros applicare ministerijs †.

Item Innocentius Agapito, & cæteris, epist. 6.

¶ Pœnitentes nec etiam clerici fieri possunt.

CAP. LX.

3 CAnones apud Nicæam constituti, pœnitentes etiam ab infimis [g] officijs clericorum excludunt [h].

Hoc non de quibuslibet pœnitentibus intelligitur, sed de illis tantùm qui post actam pœnitentiam secularis militiæ cingulum accipiunt. De quibus Innocentius Episcopus scribit Victricio Rothomagensi Episcopo, epist. 2. c. 2.

¶ Non debet fieri clericus, qui post remissionem peccatorum, militiæ cingulum habuit.

CAP. LXI.

4 SI quis post remissionem [i] peccatorū, cingulum militiæ secularis habuerit, ad clericatum admitti omnino non debet.

Potest & aliter intelligi. Est quædam pœnitentia, quæ solemnis appellatur, quæ semel tantùm in ecclesia conceditur: de qua Ambrosius ait, [5] *[Sicut vnum est baptisma, ita vnica est pœnitentia.] Item [Non est secundus locus pœnitentiæ.] [6 Meritò reprehenduntur* A, *qui sæpius agendam pœnitentiam putant, quia luxuriantur, in Christo. Nam si verè agerent pœnitentiam, iterandā postea non putarent.]*

A ¶ Reprehenduntur.] *Legebatur*, reperiuntur. *Emendatum est hic ex originali: quod tamen fieri non potuit. ſ. c. reperiuntur. de pœ dist. 3. quia vox*, reperiuntur, *ibi est initiū capitis.*

Item August. ad Macedonium, Epist. 54.

¶ De eodem. CAP. LXII.

7 QVamuis cautè, & salubriter prouisum sit, vt locus illius humillimæ pœnitentiæ semel tantùm in ecclesia concedatur, ne medicina [k] B nimis vtilis vilis [l] habeatur: tamen quotidie peccantibus nunquam per pœnitentiam [m] venia negatur.

1 s. ex c. pœnitentibus. Poly. l. 2. tit. 31. Ans. l. 7. c. 22. & l. 11. c. 87.

c ¶ *In monasterium.*] ergo pro aliquo delicto. aliàs enim non cogeretur ibi manere. 20. q. 1. sicut. & dic vt ibi notaui. & 16. quæst. 6. de lapsis.

d ¶ *Dicendus est.*] propter similitudinem in ieiunijs & vigilijs. aliàs enim differt publica pœnitentia ab ingressu monasterij, vt ſ. 33. q. 2 admonere. 2. q. 1. in primis. Contra, ibi episcopi missi in monasteriū ad agendam pœnitentiam, post sex menses restituuntur ordini suo: sed ibi tēporaliter fuerūt missi, hic perpetuò. Vel dic quòd ad superiorem non potest promoueri, vt hic, sed ad eundem potest redire, vt ibi dicitur.

NOn confidat.] CASVS. In hoc c. nouem impedimenta ponuntur, quæ repellunt à promotione. Sequēs c. patet.

e ¶ *Vel sine literis.*] s. 36. dist. c. illiteratos.

f ¶ *Congruentis.*] ſ. 77. dist. in singulis, &c. [a]

CAnones.] *Pœnitentes.*] scilicet solemniter.

g ¶ *Ab infimis.*] sic 24. dist. c. vlt.

h ¶ *Excludunt.*] nisi in necessitate, vt ſ. ead. c. placuit.

HOC NON DE QVIBVSLICET. CASVS. Dicit Gratianus in hoc §. quòd præd. c. loquuntur de pœnitentibus non ordinandis, qui post pœnitentiam cingulum secularis militiæ susceperunt: qui promoueri non possunt, vt probatur seq. cap. Alia ponitur solutio.

ſ. seq. §. potest qui. §. patet. & per se planus est.

SI quis post remissionem.] " Qui semel egit pœnitentiam solemnem, non potest fieri clericus, nec etiā miles, vt 33. q. 1. admonere. nec laicalem habitum potest deferre, vt ſ. ea. c. vlt. tamen secundum regulā ecclesiasticam viuet, vt de pœ. dist. 5. contrarium. & c. falsas. & est tamen conueniēdus sub iudice ecclesiastico, vt 11. q. 1. aliud. Ioan.

" Pœnitentia solēnis impedit clericatum.

† al. mysterijs.

i ¶ *Remissionem peccatorū.*] id est, baptismā [b], vt 51. dist. si quis post acceptum. & intellige de officiali, q sæua executus est præcepta, vt 51. dist. c. 1.

b Et secundū hoc non facit ad propositū Gratiani. H.

ADDITIO. dic qp intelligit de illa pœnitentia, in qua prohibitum est ei ne ad militiam redeat. de pœ. dist. 5. contrarium. & hoc ideo qa fortè in ipsa militia cō miserat peccatum, pp quod egerat pœnitentiam, vt ead. dist. falsas.

3 In conc. Nicæno, c. 10.

POTEST ET ALITER. CASVS. Ponit hic aliam solutionem Gratianus, ſ. qp est quædam pœnitētia solemnis, q̄ reiterari non potest: sicut nec baptismus. Et hoc probat auctoritate Ambrosij.

QVamuis.] CASVS. Macedonius inuenerat, qp pœnitentiæ nō est secundus locus, & qp vnica est pœnitētia sicut baptisma: dubitauit an quotidie peccantib. deberet pœnitentia denegari. & iō quæsiuit ab Aug. quid iuris esset? qui respondit, qp licet solēnis pœnitentia semel tantùm concedatur, ne vilis reputetur: tamen priuata pœnitētia nō debet quotidie peccātibus denegari. Seq. §. patet. & quòd in eo dicitur probat duobus c. seq.

4 Anſ. l. 7. c. 11.

5 Lib. 2. de pœ. c. 10. de pœ. dist. 3. c. reperiūtur. & c. fi.

6 Hug. lib. de sacram. par. 14. c. 4. Ambr. ibid.

k ¶ *Ne medicina.*] " Hæc est vna ratio quare non iteratur, ſ. ne vilis habeatur solemnis pœnitentia, quæ est medicina, vt hic. Secunda quia est sacramentum, & significat eiectionē Adæ de Paradiso [c]. ſ. ea. in capite. & non est facienda iniuria sacramento, vt de cōse. dist. 4. ostenditur. & 1. q. 1. sacramenta Gratianus tamen dixit, qp secundum consuetudinem quarundam ecclesiarum iteratur, vt de pœ. dis. 3. §. ex persona.

" Pœnitentia solemnis nō iteratur.

c Sub. quæ semel tantū facta est.

l ¶ *Vilis.*] " Not. quòd propter fugiendam vilitatem multa statuuntur, vt hic, & 45. distin. de Iudæis. 80. distinct. episcopi. 27. q. 2. institutum.

7 ſ. de pœ. dist. 3. c. quāuis. Magister. l. 4. dist. 14. c. 3. Iuo. p. 15. c. 14.

" Vilitas est fugiēda.

m ¶ *Pœnitentiam.*] priuatam.

Pœni-

Poenitentes.] Casvs. Dicitur in hoc c. quòd sacerdotes debent imponere super capita pœnitentium manum excluſoriam vel benedictoriam, & cilicium: & tunc ipſi pœnitentes debent deponere comas, & mutare veſtes. quod ſi non fecerint, abijciantur. Iuuenibus autem ſolemnis pœnitentia nõ facilè imponatur propter fragilitatem ætatis: viaticũ autem omnibus in morte datur.

a ¶ *Impoſitionem.*] ab epiſcopo, ad quem ſolum ſpectat imponere ſolemnem pœnitentiã, vt j. c. proxi. & reconciliatio ad ſolum eum ſpectat, niſi in neceſſitate, vt 26.quæſt.6.c.1. & vlt.

b ¶ *Comas.*] Sed nunquid deponet mulier comam, cum etiam ei ſolemnis pœnitẽtia imponitur, vt 33. q.2. de his? Reſp.non: " quia habet eam in ſignum ſubiectionis. 30.diſtin. c.2.ideo autem comã deponet vir, quia amodo in habitu viuet clericali [a]. j.de conſe.diſt. 5.dictum.& 81.diſt.dictum.& 33.q.2. admonere.& j.cad.c.vlt.

c ¶ *Iuuenibus.*] & ſi fuerit impoſita, non iõ prohibentur contrahere. 33.q.2. in adoleſcentia. Alij autem nõ poſſunt contrahere. 33.q.2.de his. Idem dico de decrepitis: " quia ætatis ratio habenda eſt in pœnitentia. 26.q.7. tẽpora. & c. hoc ſit. Sic præſumitur magis pro ſene, quàm pro iuuene, vt 34.diſ. fraternitatis.

d ¶ *Omnibus.*] 2.q.3. ſi quis epiſcopum. contra: illud terroris eſt, vel hoc de pœnitentibus dignè: ibi fictè. 24. q.2 legatur.

Addition. Vel viaticum non conceditur. ext. de pœn.& re.quod in te. in princ. de ſent. excom. permittimus.& adde quod legitur & no. 27.q.1. impudicas. in fi.Arch.

In *capite.*] Casvs. Dicitur hic ꝙ volẽtes ſolemniter pœnitere, debent in capite Quadrageſimæ ſe cum archipresbyteris & pſbyteris ſuis epiſcopo ciuitatis ante fores eccleſiæ repræſentare in triſti habitu, nudis pedibus: & eis in eccleſia introductis, epiſcopus ſeptem Pſalmos pœnitentiales decantet: deinde manum eis imponat. cineres & cilicium ſuper capita eorum ponat, eos aqua aſpergendo benedicta. demũ expellantur de eccleſia, ſicut Adam fuit de Paradiſo eiectus: & totus clerus eos cũ reſponſorio proſequatur, & in cœna Domini à ſuis archipresbyteris & presbyteris liminibus eccleſiæ præſententur.

e ¶ *Suſceperunt.*] Ergo alio tempore poteſt pœnitẽtia imponi à ſacerdote: & poſtea hæc ſolemnitas fiat ab epiſcopo.

1 Capit.l.5. c.58. & l.7. c.310.

" Mulieri quare permittitur coma.

2 Burc.l.19. c.27. Iuo p. 15.c.17.

a Quod de tonſura, & non veſtib. intelligitur Laur.

" ætatis rõ in pœnitentijs eſt habenda.

3 Burc.l.19. c.26. Iuo p. 15.c.45.

† al. præfixos.

b ¶ Ne medicina.] *In aliquot vetuſtis exemplaribus Gratiani caput hoc eſt coniunctum ſuperiori. Locum enim Diui Auguſtini ſuo modo aptat. Apud illum quidem hoc loco ita legitur:* Ne medicina vilis, minus vtilis eſſet ægrotis, quæ tantò magis ſalubris eſt, quantò minus cõtemptibilis fuerit: quis tamen audeat dicere Deo, quare huic homini, qui poſt primam pœnitentiam rurſus ſe laqueis iniquitatis obſtringit, adhuc iterum parcis? &c.

Hæc autem pœnitentia quomodo imponenda ſit in Agathenſi concilio legitur, in quo ſic ſtatutũ eſt, c. 15. [1]

¶ Quomodo pœnitentes ad pœnitentiam accedant.

CAP. LXIII.

2 Poenitentes tempore quo pœnitentiam petunt, impoſitionem [a] manuum, & cilicium ſuper caput à ſacerdote (ſicut vbique conſtitutũ eſt) conſequantur. Si autẽ comas [b] non depoſuerint, aut veſtimenta non mutauerint, abijciantur, & niſi dignè pœnituerint, non recipiantur. Iuuenibus [c] etiam pœnitentia non facilè committenda eſt propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus [d] in morte poſitis non eſt negandum.

Item ex eodem A.

¶ Quæ ſint ſeruanda in ſolemni pœnitentia.

CAP. LXIIII.

3 In capite Quadrageſimæ omnes pœnitentes, qui publicam ſuſcipiunt, aut ſuſcepe runt [e] pœnitentiam, ante fores eccleſiæ ſe repræſentent epiſcopo ciuitatis, ſacco [f] induti, nudis pedibus, vultibus in terram demiſſis, reos ſe eſſe ipſo habitu, & vultu proteſtantes. Ibi adeſſe debent decani, id eſt archipresbyteri [g] parochiarũ, & B presbyteri pœnitentium, qui eorum conuerſationẽ dili genter inſpicere debent, & ſecundum modum culpæ pœnitentiam per præfatos † [h] gradus iniũgere [i]. Poſt hæc eos in eccleſiam introducant †, & cũ omni clero ſeptem pœnitentiales Pſalmos in terra proſtratus epiſcopus cum lachrymis pro eorum abſolutione decantet: tunc reſurgens ab oratione, iuxta quod canones iubẽt, manus eis imponat, aquam benedictam [k] ſuper eos ſpargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat: & cum gemitu & crebris ſuſpirijs denuntiet eis, quòd ſicut Adam proiectus eſt de Paradiſo, ita ipſi pro peccatis ab eccleſia abijciuntur: poſt hæc iubeat miniſtris [l], vt eos extra ianuas eccleſiæ expellant: clerus verò proſequatur eos cum reſponſorio [In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, &c.] vt videntes ſanctam eccleſiam ꝓ facinoribus ſuis tremefactam, atque commotam, non parui pendant pœnitẽtiam. In ſacra autem Domini cœna [m] rurſus ab eorum decanis, & eorum presbyteris, eccleſiæ limitibus repræſentẽtur [n].

A ¶ Ex eodem.] *Ex Agathenſi etiã Burchardus & Iuo, & Rhebaldus Cardinalis (qui tempore Paſchalis Pontif. claruit) in libro ſuo de pœnitentia publicè nõ iteranda. In vno tamẽ manuſcripto Burchardi exemplari citatur ex pœnitẽtiali Romano. Sententia verò huius c. magna ex parte habetur in Pontificali, & ordine Romano à pag. 24. vſque ad 30.*

B ¶ Et presbyteri.] *Apud Burchardum legitur,* id eſt presbyteri.

¶ *Hanc pœnitentiam nulli vnquam clericorum agere conceditur, atque ideo huiuſmodi pœnitentes ad clerũ admitti prohibentur.*

Vnde in Carthaginenſi concilio, 5. c.11. ſtatutum eſt.

¶ Clericis non imponatur manus, tanquam pœnitentibus.

CAP. LXV.

4 Confirmandum † eſt, vt ſi quando presbyteri, vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos à miniſterio neceſſe ſit remoueri: non eis manus

f ¶ *Sacco.*] ſicut fecit Achab. de pœ. diſt. 3. §. ecce.

g ¶ *Archipresbyteri.*] videtur ergo ꝙ alius ſit decanus, alius archipresbyter. & ſic eſt contra 60.diſt.c.1. ſed ibi ponitur hæc dictio, aut, ſubdiſiunctiuè. Vel loquitur hic de rurali decano.

h ¶ *Per præfatos.*] in parte ca. quæ hic non eſt. ad hoc facit. 33.q.2.latorum.

i ¶ *Iniungere.*] Arg. ꝙ epiſcopus nõ põt iudicare de ſubditis ſuorũ prælatorum, vt ext. de offi.ord.cum eccleſiarum. Io.quod nõ eſt verum, " cũ ſit iudex ordinarius omniũ clericorũm ſuę diœceſis. ſed dicitur ibi ꝙ nõ debet eps reuocare ſententias excõicationis iuſtè latas ab eorum prælatis ſine eorũ conſenſu. B.

Addition. De hoc no. 11.q.3. qui reſiſtit. Argu.

k ¶ *Benedictam.*] vt ꝑ eam tollantur venialia peccata, vt de cõſe.diſt. 3.aquam. & diſt.4. nec quemquam.

l ¶ *Miniſtris.*] id eſt, oſtiarijs, ad quorũ hoc ſpectat officium, vt 21. diſt. cleros. & 25. diſt. perlectis.

m ¶ *Cœna.*] j.de cõſec. diſt. 2.in cœna.

n ¶ *Repræſententur.*] ita fit quolibet anno [b], vt tali die immittãtur in eccleſiam: & licet ſtent in eccleſia, non tñ communicabunt cum alijs in euchariſtia, vel oſculo: & ſic erunt vſq; ad octauam Paſchæ, & tunc iterũ exibunt de eccleſia, & erunt extra eccleſiam vſq; ad talem diem ſequentis anni: & hoc fiet vſq; ad finem pœnitentiæ. " & etiam ſi bene pœnitet, ſcdo vel tertio anno põt ei reddi ingreſſus eccleſiæ, vt 12.q.2. De viro. & 33.quæſt.2. latorẽ. Qñq; etiam vſq; in finẽ vitæ manebit extra eccleſiam, vt 33.q.2. admonere. & hæc intromiſſio fit à proprio ſacerdote, niſi ſolẽniter debeat reconciliari eccleſiæ, ſcilicet finito tẽpore pœnitentiæ: vel etiam ante ſi epiſcopo viſum fuerit expedire: hanc enim ſolus epiſcopus poteſt facere, vt 26. q.6.c.1. Item ſolemnis pœnitentia non eſt imponenda, niſi pro crimine manifeſto & enormi, quod totam vrbem commouit. 26.q.6.c.vlt.

† al. confirmatũ] Ori.

HANC. Casvs. Dicit Grat. in hoc §. quòd nulli clericorum permittitur agere ſolemnem pœnitentiam: & ideo huiuſmodi pœnitentes non admittuntur ad clerum.

Confirmandum.] Casvs. Dicitur in hoc c. quòd ſi preſbyter, vel diaconus aliquid commiſerit, propter quod debeat à miniſterio eccleſiæ remoueri: non tamen propter hoc eis ſolẽnis pœnitentia iniungatur, ſicut laicis conſueuit imponi. In fine dicitur, ꝙ rebaptizati ordinari non permittuntur.

a ¶ *Pœniten-*

" Epiſcop' vtrũ ſit iudex omniũ clericorum ſuæ diœceſis.

Geneſ. 3.

b Sed quare hæc fiant in die cœnę dñi, not. de conſ. diſt. 4. de pœnitentib. ibi videas in glo. ſed pone, &c.

" Pœnitentes ſolemniter quanto tpe debeãt eſſe extra eccleſiam.

4 Bur.l.19. c.72. Iuo p. 15.c.85.Capit. 5.c.66.

a ¶*Pœnitentibus.*] nisi sit depositus: tunc potest solemnem pœnitentiã facere.& sic intelliguntur cõtraria.de pœn.dist.6. sacerdos [a].tamen publicam pœnitentiam potest facere sacerdos,vt 28.dist.presbyter.30.dist.si quis presbyter. & 81.dist. si quis episcopus.& hoc pro publico crimine,non pro priuato.

a Et hoc cõtingit ,ppter scandalũ q̃ subditis immineret. ar. ſ.c.de his verò. 61. dist. in sacerdotibus. Io. de Fan.

b ¶*Rebaptizati.*] sciẽter, vt j̃.de cõse. dist.4. qui bis.tamen in habitu clericali vel regulari semper erunt, vt de cõsecra.dist.5. dictum.

tanquam pœnitentibus [a], vel tanquam fidelibus laicis imponatur; neque vnquam permittendum,vt rebaptizati [b] ad clericatus gradum promoueantur.

Vnde Siricius Papa Hymerio, epistol.1.c.14.

¶Nec clerico pœnitentiam agere, nec pœnitenti ad clericatum accedere permittitur.

CAP. LXVI.

ILlud.] Casvs.Quæsitum fuit an laici, qui solemnem pœnitẽtiam egerunt, mundati à contagione peccatorum omnium valeant promoueri? Et respõdet Siricius Papa,quòd sicut clericis non permittitur agere solemnẽ pœnitentiam: sic nullus laicorum post solẽnem pœnitentiam potest promoueri, cum dudum fuerit vas vitiorum.

1 Anſ. l.7. c.26. Burc. l.19.c.49. Iuo par.6.c. 54.& p.15. c.65.

ILlud quoq; nos par [c] fuit prouidere,vt sicut pœnitẽtiam agere cuiquam non conceditur clericorum, ita & post pœnitudinem, ac reconciliationem nulli vnquam laico liceat honorem clericatus adipisci: quia quamuis sint omniũ peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta [d] suscipere, qui dudum [e] fuerunt vasa vitiorum.

Item leo Papa Rustico Narbonensi,epist.90.† c.2.

¶Presbyteris, & diaconis tanquam pœnitentibus nõ debent manus imponi.

CAP. LXVII.

2 ALienum est [f] à consuetudine ecclesiastica, vt qui in presbyterali honore, aut in diaconij gradu fuerint consecrati, ij pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi: quod sine dubio ex Apostolica traditione descendit, secundum quòd scriptum est: [Sacerdos A si peccauerit quis orabit pro eo?] Vnde huiusmodi lapsis ad promerendum misericordiam Dei priuata est expetẽda secessio [g B]: vbi † illis satisfactio, si fuerit digna,sit etiam fructuosa.

2 Poly.l.4. tit.39. Burch.l.19. c.71. Iuo p. 6.c.67.

† al.vt.

A ¶Sacerdos.] *Vulgò sæpe indicatur in margine locus iste ex* 1. *Reg. c.*2. *vt* j̃.*de pœ. dist.*1. *c.si sacerdos. cum tamen in eo scripturæ loco in vulgata legatur*, si autem in Deum peccauerit,quis orabit pro eo? *Verũ B.etiam Gregorius ad illum locum in morali interpretatione, talem sententiam elicit,* Quis ei intercessor re manet, cum ille se transgrediendo præcipitat, qui ad intercedendum pro alijs ordinatus est?

B ¶Secessio.] *Sic emendatum est ex antiquis codicibus, & epistola ipsa: & hanc lectionem habuit auctor glossæ, quod ex manuscriptis glossis constat: idcirco & in ea emẽdãdum. Antea legebatur*, est expetenda successio.†

Probantur etiam auctoritate Toletani cocilij primi,huiusmodi pœnitentes ad clerum non admittendi: in quo,c.2.sic statutum est.

¶Causa necessitatis ad clerum pœnitentes admittantur.

CAP. LXVIII.

3 PLacuit, vt pœnitentes nõ admittantur ad clerum, nisi tantùm si necessitas, aut vsus [h] exegerit: & tunc inter ostiarios deputentur, vel inter lectores,ita vt Euangelia, aut epistolam [i] † non legant. ¶Si qui autem ante ordinati sunt diacones: inter subdiacones habeantur, ita vt manum non imponant [k], nec sacra contingant. Eum † verò pœnitẽtem dicimus, qui post baptismum, aut pro homicidio, aut pro diuersis criminibus, grauissimisq; peccatis publicam pœnitentiam gerens sub cilicio † diuino fuerit reconciliatus altario.

7 Apostatæ [l] quoque ad clericatus officium admitti non debent.

Vnde in concilio Arelatensi, 2. *cap.*25.

¶Ad clericatus officium non admittantur apostatæ.

CAP. LXIX.

4 HI,qui post sanctam religionis professionẽ apostatant,& ad secularem [m] † redeunt cõuersationem,& postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, sine pœnitentia communionẽ penitus non accipiant. Quos etiã iubemus ad clericatus officium non admitti. Et quicunq; ille sit,post pœnitentiam secularem [n] habitum accipere nõ præsumat. Quòd si præsumpserit, ab ecclesia [o] alienus habeatur.

b Dicit Laud. hoc nõ est verũ, sed est arg. q̃ magis est dispẽsandũ. Sed dictum hoc est verius in quo consentit Io. de Fan.

3 In c.Martin. Bra. c. 23.Pol. l.2. tit.31.Burc. l.2.c.37.Ansel.l.7.c.31. Iuo par.6 c. 138. Pan.l. 3.c.61.

† al.Apostolum] orig. « Apostatæ qui dicũtur.

† Expœnitentem] in cap.Martin. Brach.

† al. concilio.

4 Rab.pœn. c.33.Burc.l. 19.c.67.Iuo p.15.c.81.

† seculũ redeunt] orig. « tonsuram ferre nõ tenetur,qui in minorib. cõtrahit.

« Consuetudo attenditur qñq; circa ordinandos.

« Dispensatur cũ bigamo facilius quàm cum pœnitente.

† al. est expectãda successione.

h ¶*Aut vsus.*] id est, vtilitas: hæc enim inducunt dispensationem. 1.q.7. tali, vel vsus, id est consuetudo. Sic est arg. « quòd consuetudo attenditur circa ordinandos, vt dixi 12. dist.nos consuetudinẽ. i ¶*Epistolam.*] arg. « q̃ difficilius dispensatur cum pœnitente, q̃ cum bigamo [b], vt 34. dist.lector.

k ¶*Non imponant.*] id est, nõ ministrent in officio subdiaconatus, sed tantùm nomen habeant: & habeant locum subdiaconorũ in choro,& in cibo. Et est sim. 15.q.8. qui admisit. & c. si qs presbyter.

APOSTATAE.

Hæc est septima pars huius dist. in qua tractat de apostatis. Ioan. de Fant.

l ¶*Apostatæ.*] « Apostatæ dñr retro abeuntes à fide, religione,vel clericatu. 26.q.vlt.non obseruetis.Ioan.

HI qui.] Casvs. Quidam clerici relicto clericali habitu ad seculum redierunt, quare quesitum fuit in concilio Arelatensi, an debeant admitti ad cõmunionem corporis Christi? Et respondet, q̃ non, nisi resipiscant, nec etiam ad clericatus officium admittantur.Post pœnitentiam verò habitum seculare non assumant: quod si fecerint, excommunicentur.

m ¶*Ad secularem.*]qđ fieri non licet: quia q̃ semel habuit tonsurã clericalem, semper vtetur ea, vt 32.dist. si qui clerici. 20.q.3.cos.Ioã. « Hoc tene pro certo, quòd in minoribus ordinibus constitutus potest contrahere,& ad seculum redire, nec tunc debet ferre tonsuram: nec apostata iudicatur, vt ext. de cler. coniug. Ioan.Si autem retinendo ecclesiam dimitteret tonsuram & habitũ, vel religiosus religionem [c] suam, apostata iudicatur, vt extra de apost.c.1. & vlt.

c Sub.dimittat: q̃ intelligẽ, vt dixi ſ.§.p̃x.Arc.

n ¶*Secularem.*] quidquid interim acquisierint, cedet mõnasterio.18.quæst.2.Abbates.& C.de episc. & cleric. l.vlt. §. hoc etiam.

o ¶*Ab ecclesia.*] vt supra eod. distinct. si quis post remissionem.

Ecce.

Ecce.] Casvs. Supra ostensum est, q̃ criminosi & solemniter pœnitentes promoueri non possunt. In hac verò 51. dist. ostendit Gratianus, q̃ curiales, & armata militia vtentes, & aduocati promoueri non possunt. quod probat c. seq.

a ¶ *Adiecit quoque.*] Triplex assignatur ratio quare officiati siue curiales non promouẽtur. Vna est ratio, quia frequenter contrahunt irregularitatem ex officio suo, vt j̃. cap. 1. & 2. Secũda, quia multum molestatur eccl̃esia, cũ tales repetuntur, vt j̃. c. 2. & 3. Tertia ratio, quia præsumitur contra eos, quòd non causa religionis ordinẽtur, sed vt fugiant ratiocinia. 53. dist. legẽ [a]. Quidam addunt duas alias rationes, s. quòd ecclesia tristatur de eis cum repetuntur, de quibus gaudere deberet. Item ꝓpter voluptates, quas fortè habuerũt in suis officijs, vt j̃. ea. præterea. " Dicuntur autẽ largè curiales omnes, qui aliquo modo sunt obligati curiæ, siue milites, siue aduocati forenses, siue iudices, siue officiati, siue histriones [b]. sed isti prohibentur à promotione, vt sequitur. nullus ergo officialis promoueatur, nisi prius absolutus à curia, postea sic, dum tamen sæua non exercuerit, nec effuderit sanguinem humanũ, nec turpia & inhonesta facta fecerit, vt histriones. De iudicibus autẽ & aduocatis est dicendum, quòd si tantùm interfuerunt ciuilibus causis, non repelluntur vt 61. dist. Ofius. & hoc est verum, si post baptisma huiusmodi officium exercuerunt, secus si ante, vt j̃. ea. c. si quis. Baz. tamen dicit, quòd si ante baptismum aliquis ex officio occidit hominem, talis post baptismum non potest promoueri: quia baptismus tantùm crimina tollit, vt 26. dist. deinde. & c. vna. B. dicit, q̃ potest: quia non debet esse melioris conditionis peccans, quàm non peccans. ad hoc facit ff. quod vi, aut clam, l. Seruius.

A *Liquantos.*] Casvs. Quatuor genera hominum notantur in hoc c. s. aduocati, milites, curiales, id est officiales, & histriones, qui postquam exercuerunt officia sua, sunt in sacerdotes ordinati ab Episcopis Hispaniæ. Quidam etiam ex eis qui histriones fuerant, facti sunt episcopi. Scribit ergo Innocentius Papa cuidam archiepiscopo. & dicit quòd tales non debuerunt promoueri: sed propter scandalum quod inde fieret in prouincijs Hispanorum, patienter tolerat eos. Verumtamen prohibet ne decætero tale fiat, & si contra factũ fuerit, ordinati cum suis ordinatoribus deponentur.

b ¶ *Qui post.*] Hoc ideo dicit, quia quæcunque peccata quis fecerit ante baptismum, non imputantur ei postea, vt j̃. ea. si quis post. & supra dist. proxi. si quis viduam. & c. placuit. & 26. dist. vnius.

c ¶ *Exercitatione.*] vt aduocati.

d ¶ *Ad sacerdotium.*] " Quicunque fuit accusator, aut aduocatus, aut iudex, aut testis, vel etiam notarius in causa sanguinis, non potest promoueri, vt s̃. dist. proxi. si quis viduam. nam constat, q̃ [c] clericus non potest esse accusator in causa sanguinis, vt 2.. q7. sicut. & c. sacerdotes [d]. nec iudex. 23. q. vlt. his à quibus, nec testis. 11. q. 1. testimonium. nec notarius. 23. q. 4. illud. & in extrauag. ne cler. vel mon. sententiam. Baz. tamen intelligit hoc de aduocato accusatoris. nam cuilibet licitum est defendere reum. 23. q. 5. reos. & C. de epis. aud. addictos. Et si obijciatur ei, nonne si accusator deficit, punietur pœna talionis? & sic videtur hoc imputandum aduocato, qui obtinendi pertinaciam suscepit? Sed ipse respondet, qa ad hoc non egit aduocatus, vt accusator puniretur, sed vt reus absolueretur [e]. Item quia alio iudicio agendum est de calumnia accusatoris. & dicit clericum appellare posse pro cõuicto in causa sanguinis: quia ibi quilibet auditur appellans, vt ff. de app. non tantùm. & sic causam appellationis pót exercere. Prior opinio est magis tuta, vt nec pro accusatore, nec pro reo possit clericus aduocare [f]. nec obstat 23. q. 5. reos. qa ibi non dicitur, quòd aliquis possit patrocinari pro damnatis, sed possumus intercedere pro eis. licet enim aduocatus rei non intendat ad hoc, quòd accusator puniatur: tamen per quandã consequentiam tendit ad hoc, vt 15. q. 1. meritò. & argu. 1. q. 3. si quis obiecerit. ad idem arg. opti. s̃. dis. proxi. clericum.

e ¶ *Ex militia.*] id est, milites.

f ¶ *Ex curialibus.*] id est, officiatis.

g ¶ *Voluptates.*] id est ludibria, quibus voluptatibus excitabantur homines.

h ¶ *Et editiones.*] quæ narrabantur voluptatis causa, scilicet ea quæ edita erant ab hominibus: scilicet turpes fabulas, vel cantus.

i ¶ *Discutienda.*] id est, corrigenda.

k ¶ *Remittenda.*] arg. " ratione scandali aliquid tolerari. sic s̃. dist. 4. denique. 28. dist. de Syracusanæ. & no. 44. dist. comessationes [g]. Item quòd aliquid prohibetur fieri, factum tamen toleratur [h]. 7. q. 1. episcopus in diœcesi. s̃. dist. proxi. quicũq;. Io. De *Esignata.*] Casvs. Quærebatur vtrum illi qui sæua exercuerunt iudicibus obtemperando, possint promoueri? Et respondet Innocentius, Si hoc fecerunt postquam fideles sunt facti, promoueri non possunt. Idem dicit de curialibus, quorum quidam etsi de iure promoueri possint, tamen quia ecclesiæ tribulationem sustinent, cum à curia repetuntur promoueri non debent.

l ¶ *Fidelis.*] id est, post baptismum.

m ¶ *Administrauerit.*] curiæ in sæuis actibus.

n ¶ *Qui debeant.*] ex meritò vitæ. Et est arg. hic, q̃ si aliquid est pro me, & aliud contra me, magis nocet mihi, quod est contra me. quàm prosit id quoe est pro me, sic 65. dist. Ismael. & ff. quib. ad lib. procl. non lic. l. vlt. [i] & ext. de offi. dele. super quæstionum. § si verò. in fi. arg. contra. ff. de iu. fis. non intelligitur. §. 1. & extra de sen. & re iu. causam. in fi. Sol. primum regulare propter promptitudinem ad malum, 12. q. 1. omnes alia casualia propter restrictionem doli mali. ext. de do. & contu. finem. & quia non est delegatus à principe.

o ¶ *Sæpè.*] Arg. aliquid statui ꝓp cautelã futurorũ, vt 27. dist. de Syracusanæ. 54. dist. generalis. 23. dist. in nomine Domini.

Præterea.

DISTINCTIO LI.

Ips I *Ecce, quòd criminosi, vel non pœnitentes, vel publicam pœnitentiam agentes, à sacris prohibentur ordinibus. Adiecit quoque [a] sancta mater ecclesia, vt curiales, aut post baptisma militantes, aut in foro decertantes à sacris prohibeantur ordinibus.*

Vnde ait Innocentius Papa episcopis in Toletana synodo constitutis, epistola 24. c. 25

¶ Post baptismum militantes, vel in foro decertantes, à sacris prohibentur ordinibus.

CAP. I.

ALiquantos † ex his, qui post [b] accepram baptismi gratiam in forensi exercitatione [c] versati sunt, & obtinendi pertinaciam susceperunt, accitos ad sacerdotium [d] esse comperimus, è quorum numero Rufinus, & Gregorius perhibentur: aliquãtos ex militia [e], qui cum potestatibus obedierunt, sæua † necessariò præcepta sunt executi: aliquantos ex curialibus [f], qui dum parẽt potestatibus, quæ sibi sunt imperata, fecerunt: aliquantos, qui voluptates [g], & editiones [h] populo celebrarunt, ad honorem summi sacerdotij peruenisse: quorum omnium neminem, ne ad societatem quidem ordinis clericorum oportuerat peruenisse. Quæ si singula discutienda [i] mandemus, non modicos motus, aut scandala Hispanienſibus prouincijs, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus: idcirco remittenda: [k] potius hæc putamus. Sed ne deinceps similia committantur, dilectionis vestræ maturitas prouidebebit, vt tantæ vsurpationi saltem nũc finis necessarius imponatur: eo videlicet consti tuto, vt quicunque tales ordinati fuerint, cũ ordinatoribus suis deponantur.

Idem Felici Episcopi Nuceriano, epist. 4. c. 3.

¶ De quibus laicis aliqui ad clericatum non possunt peruenire.

CAP. II.

1 DEsignata sũt genera laicorum, de quibus ad clericatum peruenire nõ possunt, id est si quis fidelis [l] militauerit, si quis fidelis causas egerit, hoc est postulauerit, si quis fidelis administrauerit [m]. De curialibus autem manifesta ratio est, quoniam etsi inueniantur huiusmodi viri, qui debeant [n] clerici fieri: tamen quoniam sæpius à curia † repetuntur, cauendum ab his est propter tribulationem, quæ sæpè [o] de his ecclesiæ prouenit.

Idem Victricio Episcopo Rothomagensi, epist. 2. c. 11.

a Adde qđ obligat⁹ ad ratiocinia, nullatenus põt promoueri. not. in l. officiales. C. de epis. & cler.

† Quantos enim] orig. & ꝓ interrogationem.

" Curiales q̃ dicuntur.

b Sub. siue quodcũque officium habentes honestum vel inhonestũ. Quãdoque verò strictè dicuntur curiales, q̃ honesta curiæ officia procurãt, vt decuriones. Qñdoq; strictius dicunt curiales illi qui erant officiales ĩ cã sanguinis, à cruore dicti secũdũ Lau.

† Seuera] orig.

" Causa sãguinis multos impedit promoueri.

c Al. vt 2. q. 7. sicut sacerdotes. nec iudex, &c. aliàs, vt 2. q. 7. si qs. & c. sacerdotes.

d 11. q. 1. clericũ nullus.

" Scandali rõne aliqua tolerantur.

g Concor. tex. in l. si oleum. ff. de do. & inf. l. æquissimũ. ff. de vsufr.

h Ad hoc 45. dist. de Iudæis. Hu.

† al. ad curiam.

i Ad idem ff. ad Syl. si quis in graui. & ita qđ nocet prævalet. vt ibi põt dici q̃ valet præualet. ff. de sena. emancipatũ. §. vlt. secũdũ Lau.

PRæterea.] CASVS. Quidam volebant promouere curiales.consultus fuit Papa super hoc à quodam archiepiscopo: s.an possent promoueri? Et respondet q̃ non,propter tres rationes.Prima est:quia maiorem tristitiam habet ecclesia de eis reuocandis,quàm habuit gaudium de aduentu eorũ. Nã Imperator præsens quandoq; instítit supradicto archiepiscopo p̃sente,vt tales in minoribus non solùm ordinibus ordinati, sed etiã ad sacerdotiũ promoti reducerentur.Secunda ratio est: quia tales in suis officijs voluptates turpes exercuerunt. Tertia ratio est: quia præfuerunt, vel interfuerunt apparitoribus, & ludis mimorum.

1 Iuo par.3. c.349.

†al.adscitis.

† al.munijs.

†al. vel munerum.

a ¶*Functionibus*.] id est officijs, & intelligitur de his, qui alicui officio obligati sunt, vt tutores, & curatores, vel procuratores,qui finito officio suo licitè promouẽtur, vt ext. de obl.ad rat.c.vnico. Nã qui ex administratione aliqua est obligatus rei publicę,non potest prouehi ad honores, vt ff. de mu.& honor.rescripto.§. debitores. secus si obligatus est pro aliquo debito,vt ibi dicitur,& C.de epis.& cler. quisquis emensis "Sed quid si aliquis est obligatus ad scribendum aliquid, fortè iuramento: nunquid talis potest conuerti in monasterium? Dicit Hug. q̃ sic: nec fit iniuria illi cui seruire tenetur, qa instinctu Spiritus sancti fit.sic 14.q.5. dixit. arg. pro eo ext. de vot. scripturæ.& ext.de conuer.coniu.ex publico. & c.vlt.& 33.q.2.c.admonere. 19.q.2.duę.sicut soluitur ingratitudo religionis ingressu,vt 19.q.3.c.1. Sed èconstra videtur, q̃ etiam mortuus debitor non potest sepeliri inuito creditore,nisi satisfaciat ei,vt ext.de app. qua fronte. Satis videtur q̃ possit intrare:& quòd monasterium non in amplius tenetur, quàm ad ipsum peruenerit,nisi postea ratione sui ad pinguiorem fortunam perueniat per successionem aliquam, vt 19.q. vlt. si qua[a]. Vel dic q̃ in monasterio existens potest exequi tale officium, dum tamen non negligat diuinum obsequium vt 91.dist.clericus.

"Obligatus ad aliqd faciẽdũ,nõ impeditur ingredi monasterium.

aSub.vel aliquos libros scripsit.qđ tñ intelligo deductis expẽsis eiusdem. 16.q.6.de lapsis. ff. de cess.bon. his q̃ bonis. secundũ Lau.

b ¶*Muneribus*.] id est,officijs munerum mimorum.

c ¶*Instabat*.] tamen facti sacerdotes non restituuntur.54. dist.ex antiquis.

SI quis post.] CASVS. Aliquis ex præcepto vel auctoritate maioris post baptismа cingulum militare accepit ad vẽxandum fideles,& necauit: quæsitum fuit in concilio Toletano,an possit promoueri.Et respondet quòd de iure promoueri non potest: & si non peccauerit, & dispensatiuè ad minores ordines fuerit promotus: diaconus tamen fieri nõ potest.Vel aliter. Aliquis accinxit gladium ad necandum fideles:non interfecit tamen,sed per eum non stetit: quæritur vtrum possit promoueri? & respondet quòd non, nisi dispensatiuè in minoribus ordinibus:ita q̃ diaconus non fiat.

"Milites an promoueri possint.

b Et in hoc casu loquit hoc ç. si qs. vt not. j.21. q 3. p̃sens. i gl.ar. q̃, &c.

d ¶*Si quis*.] Pone casum j̃.de pœn.dist.1.si quis cum telo. Alij ponunt casum de officiali.

e ¶*Militauerit*.] "milites (vt videtur) non possunt promoueri sine licentia Papæ.19.q.3. monasterijs. sed intelligo illud de his qui irregularitatem contraxerunt[b]. vnde non concedo q̃ hoc solum impediat promotionem, quòd gladium assũpsit & militiam,nisi sæua facta exercuit, vt j.53.dist.legem. si verò sæpè interfuit bellis,& per eum non stat quin occidat aliquem, licet non occidat,tamen propter ambiguum duplicitatis non admitterem talem ad clerum.ar.23.q.5.excommunicatorum.

¶Non admittantur curiales ad clericale officium.

CAP. III.

1 PRætereà frequenter quidam ex fratribus nostris, curiales,vel quibuslibet publicis functionibus[a] occupatos, clericos facere contendunt, quibus posteà maior tristitia, cum de reuocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, q̃ gratia nascit de accito.† ¶Constat enim eos in ipsis muneribus[b] † etiam voluptates exhibere, quas à diabolo inuentas esse non dubium est, & ludorũ &† mimorum apparatibus,aut præesse, aut forsitan interesse. Sit certè in exemplum solicitudo,& tristitia fratrum,quam sæpè pertulimus Imperatore præsente, cũ pro his sæpius rogaremus,quam ipse nobiscum positus cognouisti: quibus † nõ solùm inferiores clerici ex curialibus, verùm etiam in sacerdotio constituti ingens molestia,vt redderẽtur,instabat[c].

Item ex concilio Toletano, 1.c.8.

¶Non promoueatur ad diaconatũ, qui post baptismum ad fidelem necandum accinctus fuerit.

CAP. IIII.

SI quis[d] post baptismum militauerit[e], & clamydẽ sumpserit, aut cingulum[f] ad necãdos A fideles,etiã si grauia non admiserit, si ad clerum[g] admissus fuerit[h], diaconij non acciat dignitatem.

A ¶Ad necandos fideles.] *Verba hęc non sunt in codice Lucensi Regio.*

Item ex cõcilio Toletano, 4.c.18.

¶A quibus debet esse immunis,qui in episcopum ordinatur.

CAP. V.

QVi in aliquo[i] crimine detecti sunt, qui infamiæ[k] nota aspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam pœnitentiam se admisisse confessi sunt, q̃ĩ hæresim lapsi sunt,vel qui ĩ hæresi baptizati aut rebaptizati esse noscunt̃,q̃ semetipsos abscíderunt,aut naturali defectu membrorum, aut decisione A aliquid minus habere noscuntur,qui secundæ vxoris coniunctionem sortiti sunt, aut numerosa coniugia frequentauerũt, qui viduam, vel à marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt,qui concubinas[l],aut fornicarias B habuerunt,qui seruili conditioni obnoxij sunt,qui ignoti sunt,qui neophyti,vel laici[m] sunt, qui seculari militię dediti sunt,qui curiæ nexib. obligati sunt, qui inscij literarum sunt, qui nondum ad triginta annos peruenerunt, qui per gradus ecclesiasticos non ascenderunt, qui ambitu honorem quærũt, qui munerib. honorẽ obtinere moliuntur, qui à decessoribus[n] in sacerdotium eliguntur.

f ¶*Aut cingulum*.] id est, characterem militarem,vt 1.qõ.1. quod quidam.in fi.

g ¶*Si ad clerũ*.] id est, subdiaconatum.

h ¶*Admißus fuerit*.] ex dispensatione.

QVi in aliquo.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte assignantur 26.impedimẽta quę repellunt ab episcopatu, vel archiepiscopatu, vel etiam ab alia dignitate. In secunda parte, quæ incipit ibi. *Sed nec ille.* dicitur q̃ episcopus debet eligi à clero,& à populo ciuitatis auctoritate metropolitani:qui posteà legitimè examinatus ab omnibus episcopis de prouincia, vel à tribus de consensu aliorum,die Dominica cõsecret̃ auctoritate metropolitani: & vbi ipse elegerit. Metropolitanº verò in ciuitate metropolitana ab episcopis suæ prouinciæ consecrabitur. Et si ordinati, vel ordinatores contra hoc egerint, honoris sui periculo subiacebunt.

i ¶*Qui in aliquo*.] Primò ponit xxvj.impedimenta, quæ impediunt promouendum episcopum. "Secundò dicit q̃ episcopus ad minus à tribus episcopis est consecrãdus ibi, *vbi metropolitano placuerit*. Metropolitanus autem est consecrandus in ciuitate metropoli à suis suffraganeis.

"Epi & archiepiscopi à quot sunt consecrãdi.

k ¶*Infamia*.] etiam de facto, vt dixi secunda quæst.7.ca. ipsi Apostoli.

l ¶*Qui concubinas*.] "Ex hoc videtur quòd episcopus ipso facto non dispenset[c]. si enim ipso facto dispensaret, quare hic puniretur promouens concubinarium, cum tamen cum ipso possit dispensare ipso facto? vt extra de iud.at si clerici.& facit ad hoc 81.distin.si qui. & extra de schism.fraternitatis.& extra de præbend. referente. Item secundum hoc episcopus semper diceret se dispensasse,vt sic non puniretur. Quod autem ipso facto dispenset, probatur extra de fil.presbyter.veniens.& 28.distin.diaconi.& extra qui matr.acc.non poss. per tuas. 54.distin.si seruus. & extra de restitut.spol.literas.§. opinioni. vbi habes quòd ecclesia mandando vel dissimulando dispensat. Et hoc credo quòd circa notum solo facto dispensat, sed non circa ignotum: quia noti examinatione non egent, vt 47. distin. de Petro. Consulo tamen quòd testes, vel literas habeant super dispensatione facta sibi. Vel dic quòd hic redarguuntur illi qui ex contemptu ordinant aliquos non examinando eos, vt 81. distinctio dictum, & capitu. quicunque. & tantùm indiscreta dispensatio redarguitur hic, & in omnibus similibus extra de præben. de multa.

"Cõcubinariũ ꝓmouẽs an vr̃ cũ ipso dispẽsare

c Ad hoc efficax ar.ext. đ fil. p̃sb.ex tua.iuxta fi. vbi đt cũ aliquib. clericis dispensasti,&c. ergo à contrario cũ qb. dispẽsatũ nõ est, p̃t ꝓcedere iudices illi secũdũ q̃ eis datũ est in mãdatis. ext. de resc. si qñ. & cacũ dilecta. secũdm Hug.

m ¶*Laici*.] non enim repente de laico fiet episcopus.61.di. c.1.& 2.

n ¶*Qui à decessoribus*.] nisi in hoc Papa dispensauerit, vt 7. q.1.petisti.

a ¶*Domi-*

a ¶*Dominica*.] hora tertia. 75. distin. quòd die.

"Metropolitanus ī propria ciuitate est consecrandus.

b ¶*Metropoli*.] " in propria ciuitate consecrandus est metropolitanus, vt hic, & 63. distinct. metropolitano.

c ¶*Conuenientibus*.] " Hic habes ꝙ metropolitanus consecrandus est à suffraganeis, vt 66. distin. c. 1. extra de temp.ord. si archiepiscopus. & in authen. de eccle.tit.§.1. coll.9. Arg.contra. 24.q.1.pudenda. vbi dicitur, ꝙ à Papa sit consecrandus. sed primum est de iure: Papa tamen iam præscripsit contra ius. illud.

"Archiepiscopus à q̄bus est consecrandus.

¶*Vi verò*.] Casvs. Supra in ꝓ xi.capitulo dicitur, quòd qui per gradus ecclesiasticos non ascenderunt, non debent esse episcopi.cuius verbi occasione supponitur hic 52. dist.in qua ostenditur, quòd si quis prætermisso ordine minori ascenderit ad maiores nō superbia,sed negligentia: abstinere debet à maioribus donec prætermissum ordinem suscipiat : quod probatur seq.c.

† al.à

¶*Solicitudo*.]Casvs. Quidam clericus ordine subdiaconatus p̄termisso, negligētia potius quàm contemptu factus est diaconus & presbyter.quare quæsiuit Constantien. episcopus an posset in officio diaconi, vel presbyteri ministrare?Et resp. Ale. Tandiu cesset ab officio sacerdotali, donec in proximo quatuor tē porum ieiunio recipiat subdiaconatum.

"Sacerdos quis nō efficitur fine alijs ordinib.

d ¶*Subdiaconatus*.]" Videtur ergo ꝙ aliquis promouetur in sacerdotem qui nullum habuit ordinem, vt laicus qui fit sacerdos secundum Hug. sed huic ob. 40.di.sicut. [a] & ext.de presb.non bap. veniēs. Sed contra ext. de cle. per sal.promo. c.vnico. episcopus autem non potest esse nisi fuisset sacerdos, [b] vt extra de excess. prælat. ex literis. in fi.de hoc dixi.40.dis. sicut. Si verò non baptizatus ꝓmoueretur, vel chrismaretur, nullum reciperet sacramē tum : qa baptismus est

a Vbi è contrario stādū est,secundū Hug.

† al.Rainaldo, al. Rumatdo.

† al.Constātienſi.

b Idem sentit Hug. & Lau.

1 Iuo p.6.c. 409.

¶Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegit,vel auctoritas metropolitani, vel comprouincialium sacerdotum assensus non exquisiuit. Quicunque ergo deinceps ad ordinem sacerdotij postulatus, & in his, quæ prædicta sunt, exquisitus, in nullo horum deprehensus fuerit, & examinatus, probabili vita,& doctrina extiterit : tunc secundum synodalia, vel decretalia constituta,cum omnium clericorum, vel ciuium voluntate, ab vniuersis comprouincialibus episcopis, aut certè à tribus,in sacerdotem die Dominica [a] consecrabitur,conueniētibus cæteris, q̄ absentes sunt, literis suis, & magis auctoritate,vel præsentia eius, q̄ est in metropoli constitutus. Episcopus autem cōprouincialis ibi consecrandus est, vbi metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non nisi in ciuitate metropoli [b], † comprouincialibus ibidem conuenientibus [c]. ¶Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum,ad gradum sacerdotij indignus aspirare contenderit ; cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit.

A ¶Aut decisione aliquid.] *Addita hæc sunt ex concilijs olim Coloniæ,ac Lutetiæ impressis. In nouissima verò Colonien si editione legitur,* vel defectione, *pro,* vel defectione.

B ¶Aut fornicarias.] *In codice Lucensi Regio legitur*, ad fornicationes : *quod videtur intelligendum de concubinis ad tempus adhibitis. vt* s̄.*dist.*34.*c.is qui.est annotatum.*

DISTINCTIO LII.

1 ps

¶*Vi verò prætermissis aliquibus gradibus non superbia, sed negligentia ad maiorem ascenderit, tandiu à maioribus abstineat, quousque congruo tempore prætermissos accipiat.*

Vnde Alexander secundus scribit Grimaldo † Constantinien si † episcopo.

¶De eo qui subdiaconatus ordine postposito, diaconus & presbyter est ordinatus.

CAP. I.

1 SOlicitudo dilectionis tuæ studuit consulere, vtrum portitor istarum literarū, diaconatus,& presbyteratus officium idoneus sit peragere,nec ne,cum ad id præpostero †cursu,subdiaconatus[d] ordine post posito, negligentia potius, q̄ superbia cognoscatur ascendisse. Vnde nos consulendo charitati tuæ mandamus,vt ab officio sacerdotali eum prohibeas, donec proximo quatuor temporum ieiunio subdiaconatus ministerium sibi ritè imponas, & sic deinceps ad maiora officia eum redire concedas.

¶*In libro peruetusto est epistola eiusdem Alexandri ad Geruasium Remensem Archiepiscopū : cui hoc idem consilium dat, quod Rumaldo Constantien si Episcopo se dedisse narrat.*

DISTINCTIO LIII.

2 ¶*Vriales* [e] *autem, vt supra scriptū est,ideo ordinari prohibētur, quia frequenter, dum ab ecclesia repetuntur, plurima incommoda ecclesia consequitur : vel quia ijdem curiales non voto religionis, sed vt officiorum suorum ratiocinia fugiant, ad ecclesiam se transferunt.*

Vnde Greg. Papa scribit lib 7. reg.epist.11.episcopis Siciliæ de lege Mauritij Augusti.

¶Quare sit constitutum, ne curiales ordinentur.

CAP. I.

3 LEgem, quam [f] pijssimus Imperator dedit,ne fortasse hi qui militiæ, vel rationibus sunt publicis obligati, dū causarum suarum periculum fugiunt,ad ecclesiasticum habitum veniant, vel in monasterijs conuertantur, vestræ studui fraternitati transmittere, hoc maximè exhortans, quod hi,qui seculi actionibus implicati sunt, in clero ecclesiæ præproperè suscipiendi nō sunt 4, quia dum in ecclesiastico habitu non dissimiliter, quàm vixerant,viuunt, nequaquam student seculum fugere,sed mutare. Quòd si etiam tales quoq; monasterium petunt, suscipiendi nullo modo sunt, nisi prius à ratiocinijs † publicis absoluti fuerint.

ianua sacramentorum, vt 32. di. §. verùm. nisi enim positum sit fundamētum, nihil potest superædificari, vt 1. q. 1.cum Paulus. Et est argu.quòd præpostera-tio facti non vitiat factum. Argu. contra. 7. quæst. 1. nihil. 23.dist. quorundam. de consec. distin. 4. omnis. Ioan. Sol. dicas quòd laicus recipit ordinem sacerdotij,& etiam episcopatus [c] : quia character imprimitur, si conferatur in forma ecclesiæ ab eo qui potestatem habet, vt extra de cle. p̄ sal.promo. c.1.& hoc dummodo sit baptizatus,nec decre.illa,ex literis. in aliquo contradicit.B.

† al.præpropero.

c Si intelligas ꝙ primò recipiat sacerdotiū, & post episcopatū,verum dicit. Aliàs falsū est:quia nec in eꝑatu imprimit̄ character,secūdum quosdā : sed alij contra, arg. ext. de ren. post translationē. §.vlt. vbi de hoc ext. de ord. ab epi. qui re. ep. c. 1. Arch.

¶*Vriales autem*.] Casvs. Assignatis supra quatuor rationib. in 51.dist.in c.designata.& in c.præterea.& in cap.1. quare curiales à promotione repelluntur : subiungit 53.dist. in qua assignat quintā rationem, quia. s. non voto religionis fiunt ecclesiastici,sed vt officiorum suorum ratiocinia fugiāt. & hoc probatur sequenti c.

2 distin.51. designata.

e ¶*Curiales*.] Hic assignat tertiam causam quare curiales nō promouentur.Ioan.

¶*Legem*.] Casvs. Hoc c.diuiditur in duas par. In prima parte ostendit Greg. quòd qui militiæ, vel qui rationib.sunt publicis obligati, nec in clero, nec in monasterio suscipi debent, quia vitam seculi nolunt fugere, sed mutare, cum eodē modo viuant in ecclesia sicut in sæculo, & hoc probatur per legem Mauritij Imperatoris : sed si voluerint causa religionis intrare monasterium, nō recipiantur,nisi prius à publicis ratiocinijs fuerint absoluti. In secunda parte quæ incip.ibi, *Si qui verò*. dicitur, quòd milites non sunt temerè in monasterijs suscipiendi, nisi vita eorum subtiliter inuestigetur, & per triennium in habitu laicali fuerint probati.

3 Iuo p.10. c.124.

4 Adde quæ no. 3. dist. 5. in summa. in gl. vnic.

f ¶*Legem quam pijssimus*.] no.qualiter ex sequenti facto & præcedenti

† al.actionibus] orig.

denti probatur medium, vt 28.dist. quia. Nam ex bona vita præcedente & sequente præsumitur medium, scilicet, quòd bono zelo petierit habitum monachalem.

ADDITIO. Ad idem 33.quæst.1.c.1.secundum Hug.18.dist. peruenit.Laur.

a ¶*Ex militaribus.*] milites non impedit religio sacramenti, quia & clerici sacramento tenentur episcopis, vt 23. dist. quanquam. & tamen eis inuiris possunt intrare religionẽ. 19.q.2.duæ.

b ¶*In suo.*] No. q̃ in suo habitu quisque probãdus est, vt hic, & 54. dist.multos. & extra de reg.super eo.& 17.q.2 si quis incognitus. "Dicunt tamen quidam, q̃ potius in monachali habitu probandus sit, quia non solùm alij ipsum probabunt, sed ẽt ipse probabit asperitatem ordinis & habitus ipsorum, quod non potest facere in sua veste. Ioan. Sed certè licet iura quędam dicant, q̃ in proprio habitu sit probandus quis, consuetudo tamen se in contrarium habet,& decr.etiá contradicit ext. de reg. statuimus.

"Religionis asperitas in quo habitu p̃banda est.

c ¶*Per triennium.*] "incognitus probabitur per triennium, vt hic & 17.q.2.si quis incognitus.sed laicus cognitus vel clericus ignotus p̃ biennium. 19.q.3.monasterijs.clericus notus per annũ. 17.q.2.Gonsaldus [a]. vel fortè notus statim potest recipi. ext.de reg. ad Apostolicam. Sed hodie non debet per decr. Alexandri quarti.ext.eo.non solũ. In cruce signatis statuitur dimidius annus.extra de reg. c.1. [b]

"probari q̃s quanto tp̃e debet.

1 Poly.l.2. tit.31. Ans. l.7.c.28.

a Vbi d̃ hoc videas.

2 Burc.l.2. cap.22.in fi. Iuo par.6.c. 64.

b Not. Ho. q̃ dicit H. q̃ si vita & cõditio hoís sit nota, probatur p̃ annũ. & sic loquit̃ p̃ce.ca.Gonsaldus.Si verò conditio nota est,sed vita ignota, tunc p̃ biennium. & sic loquit̃ præced. c.monasterijs. q̃ si vtraq;,s.conditio & vita sit ignota, vel saltẽ cõditio, tunc trienniũ est expectãdũ. & sic loquit̃ præced. c.si quis ignot⁹. & istud c.legem. & j̃.di. proxi. multos.Arch.

"seruus priuati sine libertate non potest promoueri.

¶Si q̃ verò ex militaribus [a] viris A in monasterijs cõuerti festinant, nõ sunt temerè susci-
piendi, nisi eorum vita fuerit subtiliter inquisita. Et iuxta normam regularem debent in suo [b] habitu per triennium [c] probari,& tunc monachicum habitum Deo auctore susci-
pere.

A Viris.] *In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, & apud Iuonẽ legitur*, numeris, *vt significentur milites in breuiculo, seu matricula descripti.*

DISTINCTIO LIIII.

Erui [d] autem ordinari prohibentur, nisi à proprijs dominis libertatem legitimam consequantur.

Vnde Leo Episcopus scribit epist. prima omnibus episcopis per Campaniam, &c.

¶Seruus ad clericatus officium nõ promoueatur.

CAP. I.

1 NVllus episcoporum seruum alterius ad clericatus officium promouere præsumat, nisi fortè eorum [e] petitio, aut voluntas [f] accesserit, qui aliquid [g] sibi in eo vendicant potestatis. 2 Debet enim esse immunis ab alijs, qui diuinæ militiæ est aggregandus, vt à castris dominicis, quibus nomen eius adscribitur,nullis necessitatis vinculis abstrahatur.

B ¶Nullus.] *Caput hoc videtur confectum ex titulo,qui in codice canonum præponitur primo decreto Leonis primi, & ex parte posteriore ipsius decreti,in qua exceptio eorum, quæ prius statuit continetur: prior autem pars, quæ hic deest,habetur j̃.eo.c.admittuntur.*

Item ex concilio A Triburiensi.

¶De seruili conditione nullus ad sacros ordines deueniat.

CASVS. Hic intitulatur 54. dist. in qua dicitur, quòd serui ordinari non debent nisi prius à dominis suis plenam libertatem fuerint consecuti. Ostenditur secundò quid iuris sit si serui fuerint promoti non adepta libertate. Tertiò qualiter serui Iudæorum,siue pagani,siue Christiani ab eorum dominio debeant liberari.

d ¶*Serui.*] Primò ostendit,quòd nec priuatorum,nec ecclesiarum serui sunt promouendi,nisi libertatem sint consecuti. Secundò ostendit quid iuris sit si aliter sint ordinati. Tertiò qualiter serui Iudæorum à dominio ipsorum valeant liberari. "Not. ergo,quòd nunquam seruus priuati est promouendus nisi plenam libertatem sit consecutus, ita quòd nihil iuris retineat in eo dominus,vt j̃.eo.quicunque.& c.nullus. Si verò sunt ecclesiarum,non possunt similiter promoueri,nisi primò consequantur libertatem.j̃.eo.c.3. ecclesia tamen non potest manumittere seruos suos pleno iure, nisi det p̃latus duos eiusdem meriti. 12.q.2. episcopus qui.nec tunc pleno iure manumittit, vt ibidem colligit̃.De hoc distingue,vt extra de ser.non ord.eo libentius. & de rebus eccle. non alien. consensus.

3 Poly.ibid. Burc. l.2.c. 21. Iuo p.6. c.41. Pann. l.3.c.48.

CAP. II.

3 NVlli de seruili conditione ad sacros ordines p̃moueantur, nisi prius à proprijs dominis legitimam libertatem consequantur: cuius [h] libertatis charta ante ordinationem in ambone publicè legatur,& si nullus contradixerit,ritè consecrabuntur.Porrò seruus nõ canonicè consecratus, postquam de gradu ceciderit [i], eius conditionis sit, cuius fuerat ante gradum.

A ¶Concilio Triburiensi.] *Huius capitis in conc.Tribur.c.29. sententia potius habetur,quàm verba,quę aliqua ex parte videntur conuenire cum ijs,quæ scribuntur primo libro capitularium, c. 88. de ordinatione seruorum.ver.& quandoque.*

[*Ex concilio Carthaginensi* A 1. *cap.8.*]

PALEA. CAP. III.

4 MAgnus epũs Astiagensis † dixit, quid dilectioni vestræ videtur, procuratores, actores, & executores, seu curatores pupillorũ si debeant ordinari ? Gratus episcopus dixit: si post depositta vniuersa,& reddita ratiocinia, actus vitæ ipsorum fuerint cõprobati in omnibus, debent & cum laude,cleri, si postulati fuerint,honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum, vel officiorum ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati, ecclesia B infamatur. Vniuersi dixerunt, rectè omnia statuit sanctitas tua, ideoque ita est, & nostra ista quoque sententia.

A ¶Carthag.] *In codicibus impressis citatur ex Moguntinensi. Emendatũ verò est ex Burchardo, Iuone, decretal.in c.vni.de oblig.ad ratioc.*

B ¶Ecclesia infamatur.] *Sic emendatum est ex concilio, & decret. & Burchardo, & Iuone.Antea legebatur*,ab ecclesia infirmentur.

4 Extra de ob. ad rat. ordin. cap. magnus. Burc. l.2. c. 37. Iuo p.6. c.137. † al. Augustudunẽsis.

"Publicè factis nemo contradicere potest.

h ¶*Cuius &c. in ambone publicè legatur.*] argu. "quòd si aliqua sunt publicè facta,nemo post ea auditur cõtradictor.8.quæst.1.licet.& 16.distin.quod dicitis. & 12.q.2. qui & humanis.fin.extra qui ma.acc.pos.c.vlt.arg.contra.15. q.6.c.1.in fi.

i ¶*Ceciderit.*] ita sit seruus sicut prius, nisi sit presbyter, vel diaconus,vt j̃.eo.ex antiquis.Sed nunquid gaudebit talis priuilegio clericali quantum ad canonem, si quis suadente. 17. q.4.arg.quòd non, ext. de foro compe. c.2. & 17.q.4. si quis deinceps.arg.contra.ff.de dec. l.6. Ad hoc dico, q̃ ille in omnibus caret priuilegio clericali,præterquàm in eo solo,q̃ non potest verberari sine sacrilegio,quia illud priuilegium datum est clericis non tantùm fauore ipsorum,sed etiam odio laicorum: vnde in odium laicorum vtitur eo, vt ext.de sent. excõ.

contin-

contingit, & euitatis. sed aliàs accusari potest à bigamis, & iudicari à laico [a], licet secus sit in clerico deposito. 81. dist. dictũ. & hoc ideo est, quia iste fecit furtum corporis sui. & C. de fer fug. l. 1. Item nunquid potest contrahere matrimonium? Non, quia noluit, quod facere potuit. ext. de conuer. cõiu. quidam. Ioan. Non credo excommunicatum qui depositum percutit, cum sit priuatus omni dignitate, & priuilegio, quod habebat. argu. ad hoc 84. distin. quisquis. B.

a Et est ratio, quia ista priuilegia data sunt, & in sui fauorem quilibet renunciare põt, & qb. fecit indignũ. argu. C. de pac. l. si qui. Ioan. de Fan.

1 Iuo par. 6. c. 375. †al. famulis.

Qui ex.] CASVS. Hoc c. loquitur de seruis ecclesiarum, qui ordinari non debent, nisi prius libertatem ab episcopis consequantur. & si honestè in clericatu vixerint, poterũt ad maiores ordines promoueri. si verò ingrati extiterint, in seruitutem redigantur.

a ¶ *Religet.*] " Hoc obtinet in seruis ecclesiæ tantùm, vt propter ingratitudinem reuocentur in seruitutem. 12. q. 2. Octaua [b]. etiam si presbyter sit. 12. q. 2. diaconi. sed in laicis secus. nam illi omne ius quod habent in seruo, tenentur remittere. vnde non possunt reuocare in seruitutem, nec tenet lex. C. de episco. & cler. seruus. vbi habes, quòd domino redditur seruus si deserit monasterium, per id quod habes ext. de cond. app. cap. 2. sed si vult transire ad aliud monasterium, tũc distinguitur, vt extr. de fer. non ord. cò libentius.

" Serui ordinati possunt qñque propter ingratitudinem in seruitutẽ reuocari.

2 Pol. l. 2. ti. 35. Burc. l. 2. c. 25. Iuo p. 6. c. 126. Pann. l. 3. c. 46.

b Concord. tex. in l. 1. & 2. C. de li. & posthu. & in aut. vt cũ de app. eo. §. aliud quoq;. col. 8. & Spec. l. ti. de iu. om. iud. §. 1.

†crimine capitali.] Ori.

3 Cap. l. 1. c. 88.

4 Extra de fer. non ord. c. 2. Bur. l. 2. c. 31. Iuo p. 6. c. 32. Pan. l. 3. c. 163.

†indiscretè promouebãtur] cap.

†aut latitans] cap.

QVI AVTEM. CASVS. Dicitur in hoc §. quòd illi serui q promoueri debẽt, à dominis suis plenam debent consequi libertatem, ita q ipsi in nullo teneantur suis dominis obnoxij.

Quicunque.] CASVS. Statutũ fuit in concilio Toletano, quòd illi liberti ordinẽtur qui à dominis suis directa manumissione sunt liberati: ita quòd nullũ in eis obsequiũ domini sui retineant, & illi sine crimine appareant. si verò in eis obsequium retineatur, ordinari non debent, ne possint secundum

Item ex concil. Toletano nono, c. 11.

¶ Post donum libertatis famuli ecclesiæ reuocentur in clerum.

CAP. IIII.

1 QVi ex familijs† ecclesiæ seruituri deuocãtur in clerum ab episcopiss suis, necesse est, vt libertatis percipiãt donum: & si honestæ vitæ claruerint meritis, tunc demum maioribus fungantur officijs. Quos verò flagitij sordidauerit incorrigibilis noxa, perpetua seruitus conditionis religet [a] in catenam.

Qui autem ordinandi, à dominis suis libertatem consequuntur, ab eorum patrocinio penitus debent esse alieni, vt in nullo eorum obsequijs inueniantur obnoxij.

Vnde in concilio Toletano quarto, c. 72. legitur.

¶ Ad clericatum suscipiuntur qui nullo obsequio retento à dominis suis libertatem percipiunt.

CAP. V.

2 QVicunque libertatem à dominis suis ita percipiunt, vt nullum sibi in eis obsequium [b] patronus retentet, isti si sine crimine† sunt, ad clericatus ordinẽ liberi suscipiantur: quia directa manumissione absoluti noscuntur. Qui verò retẽto obsequio, manumissi sunt, pro eo, quòd adhuc patroni seruitute tenentur obnoxij, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promouendi, ne, quãdo voluerint eorum Domini, fiãt ex clericis [c] serui.

[*Ex concilio Toletano* D 82. c.] 3

PALEA. C. VI.

4 DE seruorum ordinatione, qui passim ad gradus ecclesiasticos promouentur†, placuit omnibus cum sacris canonibus concordari debere: & statutum est, vt nullus episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promouere præsumat, nisi prius à dominis proprijs libertatem cõsecuti fuerint. Et, si quilibet seruus dominum suum fugiens, aut† per literas, aut adhibitis testibus munere conductis, vel corruptis, aut qualibet calliditate, vel fraude ad gradus ecclesiasticos peruenerit, decretum est, vt deponatur: & dominus eius eum recipiat. Si verò auus, vel pater ab alia patria in aliam migrans in eadem prouincia filiũ genuerit, & ipse filius ibidem educatus, & ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, & vtrum seruus sit, ignotum† sit, & postea veniens dominus illius legibus eum acquisierit, sancitum est, vt si dominus eius illi libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat. ¶ Si verò eum catena seruitutis à castris dominicis abstrahere voluerit, gradum amittat, quia iuxta sacros canones, vilis persona manens sacerdotij dignitate fungi non potest.

D ¶ Toletano.] *Sic etiam citatur apud Burchardum, & Iuonem. In Pannormia à ver.* si quilibet seruus. *citatur ex primo libro capitulariũ, vbi integrum extat hoc caput, atque etiam caput post hoc, secundum.* De rebus verò illorum.

5 *Item ex concilio Martini Papæ [ideſt ex c. Mart. Episcopi Bracarensis, c. 46.]*

¶ Sine patroni consensu non ordinetur, qui patrocinio cuiuslibet est obligatus.

CAP. VII.

SI quis obligatus est tributo seruili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cuiuslibet domus, non est ordinandus clericus: nisi probatæ vitæ fuerit, & patroni consensus accesserit.

[*Ex concilio Toletano* A c. 2.]

PALEA C. VIII.

6 DE rebus verò illorum, vel peculiari†, qui à proprijs dominis libertate donantur, vt ad gradus ecclesiasticos iure promoueantur, statutum est, vt in potestate dominorum consistat quidquid ante libertatem habuerunt, vtrum illis concedere, an sibi retinere† voluerint.

A ¶ Toletano.] *Hæc palea in capitularibus habetur coniunctè cum palea antecedente.* De seruorum, *sed apud Burchardum, & Iuonem ex eodem Toletano separatim referuntur.*

Cæterùm [d] *si à Dominis suis libertatem consecuti non fuerint, & ad ecclesiasticos ordines aliquo modo irrepserint, presbyter peculij amissione mulctetur: diaconus verò, aut vicarium pro se præstabit, aut in seruitutem reuocabitur: cæteri verò gradus non possunt quemquam à nexu seruitutis absoluere.*

Vnde Gelasius scribit Martino†, & Iusto Episcopis.

voluntatem dominorum in seruitutem reuocari.

b ¶ *Nullum obsequiũ.*] " Dicũt quidam, quòd obsequium, quod consistit in non faciendo, scilicet de non vocando in ius, vel quod in reuerentia consistit, vt de assurgendo, non potest patronus remittere: quia illud naturaliter debetur, vt C. de bo. lib. l. vlt. C. de in ius voc. l. 2. Sed hoc nõ est verum: quia super eo potest libertus transigere. ff. de condi. ind. l. si non sortem. §. libertus. & bene concedo, quòd generali remissione nõ tollitur (vt ibi dicitur) sed speciali [c] põt. Nec tenet quod est extr. de fer. non ordi. c. nullus. Non enim in eo retinere potest aliquid iuris, licet sit arg. contra j̃. e. frequens. in fin. Io. Vel melius dic, quòd honesta conditio fuit ibi apposita, quam quia non seruabat, degradari iubetur in illa decret. nullus. Bar.

" Patronus quæ iura põtest libertis remittere.

† ignorauerit] cap.

c ¶ *Ex clericis.*] quod tamen facẽre non possunt, nisi probata causa ingratitudinis, vt 15. q. 7. episcop⁹ sacerdotib.

c Vt ff. de cõd. & dem. nonnunquã in fin.

Si quis.] CASVS. Dicitur hic, quòd neq; adscriptitius, neque originarius, neque libertus ordinari debet: nisi probatæ vitæ fuerit, & consensus patroni accesserit.

5 Ex conci. Toleta. 1. c. 10.

De rebus.] CÆTERVM. CASVS. Dicitur hic q̃ si serui sine libertate ad ecclesiasticos honores irrepserint, presbyter amissione peculij mulctetur, diaconus det vicarium, vel in seruitutẽ reuocetur. Cæteri verò ab istis in seruitutẽ reuocentur: quod probatur seq. c. Et est iste secundus articulus huius distinctionis.

6 Burc. l. 2. c. 23. Iuo p. 6. c. 38.

†al. peculio.

† vendicare] cap.

d ¶ *Cæterùm.*] Hic agitur q̃d iuris sit, si seruus ordinatur non adepta libertate. " Vnde not. q̃ si sciente, & contradicente domino ordinatur, reuocatur in seruitutem, etiam si sacerdos factus sit, secũdum quosdam, licet Hugo hoc neget [d], vt j̃. e. quis aut. Si sciente, & non contradicente domino in clerum fuerit ordinatus, ex hoc ipse liber fit, & ingenuus, vt j̃. eo. si seruus secundo.

" Serui sine libertate ordinati, an sint in seruitutem reuocandi.

d j̃. c. proxi. de hoc extr. de fer. non ord. c. 2.

† al. martyrio.

Si autem Domino nesciente,distinguitur: aut episcopo sciente,aut ignorante. Si sciente episcopo, vel eo qui præsentat ipsum,ordinetur, duplum restituet domino episcopus, vel præsentans.ĩ.eo. si seruus absente. Si verò episcopo & præsentatore ignorante, tunc locum habet hoc c.proxi.ĩ.

¶Seruus si latenter irrepserit ad sacerdotium,peculij amissione mulctetur.

CAP. IX.

1 EX antiquis regulis,& nouella synodali explanatione cõprehensum est personas obnoxias seruituti, cingulo cœlestis militiæ non pręcingi. 2 Sed nescio vtrũ ignorantia: an voluntate rapiamini,ita vt ex hac causa † nullus penè episcoporũ videatur extorris. Ita enim nos frequens,& plurimorũ querela circumstrepit, vt ex hac parte nihil penitus putetur cõstitutum.¶ 3 Actores siquidem illustris viri filij nostri Amandi grauiter conquerũtur homines suo iuri debitos, alios iam clericos, alios iam diaconos ordinatos, cum non solùm post modernũ concilium (quod tantorum collectione† Põtificum sub omniũ saluberrimæ prouisionis assensu constat esse perfectũ)huiuscemodi personę suscipi nõ deberent: verùm etiã si qui fortè in diuinæ cultu militiæ ante fuerint[a] ignorantia facientę, suscepti: eliminati prorsus, & exuti religioso priuilegio[b] ad dominorum suorum possessiones iusta debuerint admonitione cõpelli.Et ideo fratres charissimi, eos, quos supradicti viri actores in clericatus officio monstrauerint detineri, discussos, & obnoxios approbatos, custodito legum tramite, sine intermissione restituite: ita vt si quis iam ex his presbyter reperitur, in eodem gradu peculij[c] sui† amissione mulctatus maneat. Diaconus verò,aut vicarium[d] præstet, aut si non habuerit,ipse reddatur. Reliqua verò officia sciant neminem posse ab hac obnoxietate,si cõuincitur, vendicari, quatenus hoc ordine custodito, nec dominorum iura, nec priuilegia vlla ratione turbentur.

Item Herculentio, Stephano, & Iustõ Episcopis.

Papæ per suos procuratores. Papa verò repræhendendo eos qui talia faciunt,committit causam tribus episcopis, scilicet Herculentio,Stephano,& Iusto,sub hac forma,vt Leontium omnino dominæ suæ reddant, si iustè non poterat refragari: Antiochum verò,qui iam gaudet sacerdotij prerogatiua,si domina vult eum in sua ecclesia collocare,habeat illum non velut seruum, sed pro ministeriorũ celebratione susceptum.

¶Seruus, clericus factus, seruituti obnoxius maneat.

CAP. X.

4 FRequens equidem, & assidua nos querela circũstrepit de his pontificibus, qui nec antiquas regulas, nec decreta nostra nouiter directa cogitantes,obnoxias possessionibus †, obligatasque personas venientes ad clericalis officij cingulũ non refutant.¶ 5 Nuper enim actores illustris fœminæ Placidæ, petitorij oblatione conquesti sunt, Sabinũ Marcellianensis, siue Clusitanæ† vrbis antistitẽ, Antiochũ seruum iuris patronæ suæ (absentis dominæ occasione captata) ad presbyterij honorẽ vsque perduxisse, eiusque fratrem Leontium clericalis officij priuilegio decorasse. Et ideo fratres charissimi, inter supradictos actores[c], & eos, qui extremæ conditionis repetuntur obiectu, cognitionẽ vobis nostra auctoritate deputamus, vt omni veritate discussa,si reuera obiectã sibi maculam, iustæ refragationis non poterit† ratione diluere[f], Leontiũ clericum,quem gradus prefinitus legibus non defendit, ad sequendam conditionis suæ necessitatem modis omnibus redi[g] iubeatis[B]: Antiochum verò quia propter sacerdotium reconciliari† non potest, si in sua ecclesia in hoc, in quo est, honore collocare desiderat domina, non velut redditum sibi habeat, sed pro mysteriorum celebratione susceptum.

B ¶Reddi iubeatis.] *In plerisq; vetustis exemplaribus Gratiani, Anselmo, Iuone, & Polycarpo legitur,* redhibete. *sed ob glossam non est mutatum.*

Idem Rufino, & Aprili Episcopis.

¶De eodem.

CAP. XI.

6 QVis aut leges principũ, aut patrum regulas, aut admonitiones modernas dicat res aliena consecrata, vt 14. quæst. vltim. comperimus? Respondeo, quia in rebus inanimatis nullus perpenditur dolus. sic.7. quæst. 1. episcopus. " Item quia ibi est consecratio in superficie, sed in homine est in anima, & lex dicit, quòd alia est ratio in homine, quàm in alia re. ff.de leg.1. si domus. §.cum alicui.

QVis.] CASVS. Maxima illustris fœmina conquesta est domino Papę per procuratores suos,ꝙ Lucerinus episcopus duos seruos originarios, Siluestrum scilicet & Candidum

1 Sensus in epist. ad episcopos per Lucaniam, &c.c.16. Pol.l.2.titu. 31.Ansl.l.7. c.29.

2 Adde an omisso dñi seruitio possit religionẽ ingredi, not.in Aut. de mo. §. cũ aũt.col.1.in gloss.in ver. nec seruº.in sum.29.q.2.

† al. culpa.

3 Iuo p.6.c. 353. Pann. l.3.c.164.

† al. collatione.

a Adde an & qñ id fiat, no. in l.iubemus. C. de test.vbi vide not. in add. c. fi. de cõst. text. est. & Bart.in l.leges. C.de legibus.

b de hoc no. ff.eo.c.2.Ad hoc facit ff. 50.di.vt cõstitueretur. in.prin. & c. accedens. Arch.

† al.sui sola.

FRequens.] CASVS.Sabinus Marcellianensis vrbis episcopus ordinauit duos seruos Placidæ,s.Antiochum in presbyterum,& Leontium in clericum.Conquesta est Placida Pa-

4 Poly.ibid. Ansel.l.7.c. 30.

" Procurator in causa liberali interuenit.

† al.possessoribus.

5 Iuo par.6. c.354. Pan. l.3.c.165.

† al.Cusillinatis.

" Probatio qñque reo incumbit.

c Potest dici ꝙ nõ fuit diu in possessione libertatis, aliàs contradiceret.ĩ.e. si seruus sciente. & intelligit de clerico seculari, secus de monacho,vt ibi not. secundum Pet.

† aliàs, potuerint.

† al. retolli.

6 ff. dist. 10. c.31. Iustin. nouel. cõst. 123. circ. fi. Deusdedit part. 4. Iuo p.6.ca. 104. & p. 4. cap. 179. Pan.l. 2.c.150.

" Consecratio rei animatæ & inanimatę est diuersa.

dum contra canones, & ea contradicente, in diacones ordinauit.de quo Papa eum reprehendit,& precipit Rufino & Aprili episcopis,vt si vera sint, à sacris officijs repellantur, cum nõ sint legitimè ordinati.

a ¶ *Repellantur.*] i.restituantur ei. Et sic habes hic,q̃ plus valet contradictio, quàm absentia.contra regulã ext.de ele.q̃ sicut ". Itẽ habes hic, quòd id qđ post probabilem cõtradictionem factum est, cassatur, nunquid codẽ modo eo ipso quòd aliquid post probabilem appellationem factum est,cassandũ est statim? quod videtur,vt 2.q.6. quoties.in fine.Dico q̃ non,nisi probetur causa appellationis,vt ext. de testib.ex parte Adæ. ext.de rest.spol.audita. cum distinctione extra de app. interposita. vel dic vt ibi,vel hoc est in optione petentis quod maluerit.2.q. 1. in primis.Sed nonne est contrarium? ĵ.e.si seruus? ibi.n. episcopus sciens cõdemnatur in dũplũ. Sed potest esse, q̃ episcopus condemnetur, & seruus restituatur.

2 Et c.bonæ me. 2. dicũt quidam istã regu.locum habere ĩ his quorum presentia, vel cõtradictio non potest totũ, quod agitur confirmare, vel ifirmare,seu infringere, aliàs secus, vt hic. Arc.

G *Eneralis querelæ.*] Casvs. Multi cõquesti sunt Papę Gelasio de episcopis & abbatib. qui ordinauerãt, vel receperant seruos suos originarios in monasterijs suis : & eos indifferenter ad clericatũ admittebãt,quos & reddere contradicebant: propter quæ clericalis dignitas obfuscatur: & ideo præcipit Papa episcopis, vt tales decętero non ordinent,& abbatib.ne eos in monasterijs suis recipiãt, nisi de voluntate dominonorum suorum : & si quos habẽt ordinatos, vel in monasterijs receptos,restituant,vel legitimè cum dominis trãsigant. Nam nihil ecclesiæ deperit si ea quæ sunt aliena reddantur. Si verò cõtra fecerint, pœnam depositionis & excõmunicationis subibunt.

1 Polyc.l.4. tit.14. Ans. l.72. 196. Iuopar. 6. c.100.

debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantùm æstimet transire commissum? Actores siquidem filiæ nostræ illustris, & magnificæ fœminæ Maximæ,petitorij nobis insinuatione conquesti sunt,Siluestrum, atque Candidum originarios suos contra cõstitutiones,quæ supradictæ sunt, & cõtradictione præeunte à Lucerino pontifice diacones ordinatos. Ideo, fratres charissimi,tantæ præuaricationis excessus noueritis sagacius inquirendos, & si constiterit querelam veritate fulciri,continuò,qui cõtradictione præeunte nõ legitimè sunt creati, à sacris officijs repellantur [a].

Item episcopis per Lucaniam, &c.epist.1.c.16.

¶Nec ad religiosæ vitæ propositũ, nec ad clericatus officium serui sine dominorum consensu admittantur.

CAP. XII.

1 GEneralis etiam querelæ vitanda præsumptio est, qua propemodum causantur vniuersi passim seruos, & [b] originarios dominorum iura, possessionumque A fugientes sub religiosæ conuersationis obtẽtu, vel ad monasteria sese conferre, vel ad ecclesiasticum famulatum,conniuentibus quoque præsulibus indifferenter admitti. Quæ modis omnibus est amouẽda pernicies, ne per Christiani nominis institutũ [c], aut aliena peruadi,aut publica videatur disciplina subuerti: præcipuè cum nec ipsam ministerij clericalis hac obligationem fuscari conueniat dignitatem, cogaturque pro statu militantium sibi, conditioneque iurgari [d], aut videri (quod absit) obnoxia. 2 Quibus solicita cõpetenter interdictione prohibitis, q̃squis episcopus,presbyter, aut diaconus, vel eorũ, qui monasterijs pręesse noscũtur, huiusmodi personas apud se tenentes nõ restituendas patronis, aut deinceps vel ecclesiasticæ seruituti [e], vel religiosis congregationibus putauerint applicandas, nisi voluntate forsitan dominorum scripturæ † testimonio primitus absolutas, vel legitima tranfactione [f] concessas, periculum se proprij honoris non ambigãt, communionisque subituros, si super hac re cuiusquam verax nos querela pulsauerit. ¶Magnis quippe studijs,secundum beatũ Apostolũ, pręcauẽdum est, ne fides, & disciplina Domini blasphemetur. *Idem.* ¶Nihil perire credimus ecclesiasticis vtilitatibus,si,quæ sunt aliena [g], reddantur [h].

super libertate, vel super ipso seruo : & super seruitio potest fieri tranfactio.36.q.1.de rap.nec est magis simonia, quàm si quis emeret terram vt ibi ædificaret ecclesiam: sed tamen ipse seruus non potest transigere cum domino, vt C. de transact. interpositas.

g ¶ *Aliena.*] ĵ.12.q.2. fraternitas.ĵ.14.q.6. si res aliena propter quã. h ¶ *Reddantur.*] Postquã scit ecclesia ea esse alterius. " Sed pone q̃ prælatus sciat rem non esse ecclesiæ, nunquid statim tenetur restituere? videtur hic q̃ sic,& extr. de fim. per tuas.in fi.& ext.de postu.bonę. 2. quia bonam fidẽ debet agnoscere,vt ff.mã. quintus. Dico q̃ si diffidit de iure ecclesiæ,denuntiabit illi,quem credit dominum,vt rẽ petat : nec in hoc facit fraudem, vt ff. de neg. gest. atqui natura. §.cũ me absente. & de hoc iuenies 34.q.2. si verò.

2 Iuo p.16. c.47.

" ¶latus qđ debet facere de re,quã scit non esse ecclesię suæ

† al.scriptionis.

HOC TVNC. Casvs. Tãgitur hic tertius articulus huius dist.dictum est s̃.q̃ serui non debent ordinari inuitis, vel ignorantib.dominis. & si ordinati fuerint, sunt eis restituendi: qđ verum est cum dñs & seruus sunt Christiani. Sed si Iudæus mancipium Christianum emerit: iudicis vel episcopi auctoritate debet eo inuito ad libertatem perduci. Et hoc probat per sequentia capitula.

1.Tim.6. 2.Petr.2.

i ¶ *Iudæus.*] Distingue, aut seruus Iudęi est vernaculus, i.ex ppria ancilla natus : aut emptitius. Si est emptitius: aut emit eũ antequam fuit Christianus, aut post. Item si emit eum ante : aut emit eũ causa seruiendi, aut causa mercimonij. " Vernaculus si vult fieri Christianus, statim eripitur in libertatẽ nullo pretio dato, vt C. de epis. & cle.Deo nobis.§.vlt. Si.n.emptus ad seruiendum, sine pretio liberatur, si vult fieri Christianus : multò magis qui natus est ex ancilla propria,sine pretio liberatur,si vult fieri Christianus.Dicit.n.Greg.pro illo solo dandum pretiũ,qui causa mercimonij est emptus, vt ĵ.e.fraternitatem. Si aũt est emptus postquã fuerit Christianus,liber efficitur nullo pretio dato : quia cõmercium Christiani penitus est ei interdictũ,vt ĵ.eo.mancipia.Si aũt esset emptus dum esset paganus:si causa seruitij est emptus,& vult fieri Christianus liber efficitur sine pretio,vt ĵ.e.fraternitatem.Si aũt causa mercimonij est emptus : si eum venalẽ non exponit intra tres menses,postea sine omni pretio liberatur: quia præsumitur q̃ ad seruiendum eum emerit : vt eo.c.fraternitatem. Si autem intra tres menses eum exponit venalem, & fortè eum vendere non potest : si vult fieri Christianus, liberatur relicto pretio duodecim solidorum,ext.de Iudæ.c.1.Idẽ per omnia in seruis Paganorũ : licet Hugo dicat q̃ si vernaculus Pagani fiat Christianus, tenetur seruire domino suo [c] secundùm illud Apost.

" Serui Iudæorũ si volunt baptizari an eripiantur statim in libertatem.

c Vndedicit illud esse in vernaculis Iudæorũ pp eorum perfidiã & magis suspectã eorũ cohabitationẽ.Sed vt prędictũ est idem dicendum est in vtrisque. C.de epis.& cle. Deo nobis.quia hodie pagani ferè omnes iudaizãt discernẽdo cibos, & alios ritus exercẽdo,secundum La...

a ¶ *Et originarios.*] " Originarij sunt qui ex adscriptitijs nati sunt in ipso solo, vt C.de agr.& cen.l.colonus.lib.11. & tales sine gleba non possunt vendi, vt C. de agr. quemadmodum. nec videtur esse differentia inter eos & seruos, vt C.eo.ne diutius. Adscriptitij autem sunt qui per 30.annos fuerunt in solo.C.eo.cum satis.1o." Adscriptitij enim duobus modis fiũt : aut præscriptione, aut duplici confessione per scripturam bis factam, vt C.de agr.& cens.l.cum scimus. Ber.

" originarij qui sunt.

" Adscriptitij dupliciter fiunt.

b Facit ad hoc tex.in l. 2. C.de ind. vid.l.meminerint.

c ¶ *Institutum.*] id est, ne fauore ecclesiæ aliquid iniustè statuatur [b] : quia prætextu pietatis non est faciendа impietas, vt 14.q.5.fortè.& 1.q.1.non est putanda.

" Simonia vtrũ cõmittatur,si quis emat seipsum vt promoueatur.

d ¶ *Iurgari.*] id est, litigari.

e ¶ *Seruituti.*] id est, clericatui.

f ¶ *Tranfactione.*]"Et nonne hoc est simonia,vt quis se emat vt promoueatur,imo vt promotus maneat in ordine, vt s̃.eo. ex antiquis. Sed dic q̃ hic non fit transactio super ordine,sed

3 *Hoc tunc obseruandum est, cum dominus & seruus eiusdem professionis inueniuntur.Cæterùm si Iudæus i mancipium Christianum emerit, iudicis,vel episcopi auctoritate, etiam eo in inuito,ad libertatem debet perduci.*

Vnde Gregorius Libertino præfecto Siciliæ lib.2. episto.37.seu c.76.

Quicunque serui sunt sub iugo in fidelium, Dominos suos omni honore dignos arbitrentur. Et alibi, Serui subditi estote dominis, &c. Et secundum hoc potest Paganus esse dominus Christiani: sed non fieri.

M*Ancipia Christiana.*] CASVS. Quidam Iudæi quosdã seruos Christianos emerunt: quęsiuit Libertinus episcopus; quid inde esset faciendum: & mandat ei Papa Gregorius vt eos ad libertatẽ perducat, ne Christiana religio sub iecta Iudæis polluatur.

i C.ne Iud. Chri.mancipiũ.§. nulla:

a ¶ *Mancipia Christiana.*] ante emptionem.

b ¶ *Ad libertatem.*] j. 17.q.4. Iudas qui contra[a]. Sed hic de eo agitur quem constat esse Christianum, ibi de eo qui mentitur se Christianum, vt euadat iugum seruitutis.

a Ad idẽ est tex.in l.fi. & ibi Bar. & p tot.C.ẽ iud.

† al.Iudæos opus est agere.

c ¶ *Perducite.*] id est, perductos ostẽdite: qã statim liber est, ext.de Iudæ.c.2. tamen coloni possunt esse Iudæorum, vt ibi dicitur. Sed nunquid Christianus potest emere Iudæum mancipium? Sic tamẽ vt cum illo non moretur, vt 28.q.1.sæpe.& c. nullus. Ioan.

N*Vlla officia.*] CASVS. In hoc cap. duo dicuntur. Primum est, quòd publica officia non sunt committenda Iudæis, occasione quorum possint offendere Christianos. Secundum est, ꝙ serui Christiani ab eis circumcisi, vel Iudaico ritu maculati, pretio nullo reddito ad libertatẽ perducantur.

b Io. diac.l. 4.nu.47.

3 Iuo p.13. c.106.Pol.l. 7.tit.14.

d ¶ *Nulla officia.*] j. 17.q.4.constituit.

e ¶ *Occasio.*] arg.ꝙ nemo cogitur sibi eligere exosum, vt 63.di.c. vlti. Io.arg.54.dist.c.1.

f ¶ *Non reddito.*] secundum legẽ decapitatur. C.ne Iudæus Christianum man.l.vnica.

DE *HIS* AVTEM. Supra ostensum est qd fieri debeat de seruis Christianis, quos Iudęi emerunt. Nunc ostendit quid iuris sit de seruis in fidelib. & emptis ab eis. Et de hoc scribit Greg. Fortunato Neapolitano episcopo.

† al. extraneis.

† cui vendi debeant] Orig.

F*Raternitatem.*] CASVS. Iudæi Neapolim habitantes emerũt seruos paganos, vel Iuęos cã mercimonij de extraneis finibus, quos Neapoli habebant, qui volebant fieri Christiani: sed eorum domini non permittebãt, imo eos vendebant. Quæsiuit Fortunatus episcopus Neapolitanus quid de hoc esset faciendum. Et resp. Greg. vt sua solicitudine in libertatem vendicentur, nec alijs vendi patiatur: hac tamen consideratione seruata circa Paganos, vt intra tres menses ab eo tpe quo Neapolim ducti sunt, venales eos exponãt emptores Iudæi: intra quos si dũ emptor cui vendantur nõ inuenitur, ad ecclesiã cõfugerint, Christiani fiant, & pretium recipiant à Christiano emptore: vel alius recipiat pro eis si absentes sunt: idẽ est, & si extra ecclesiã dixerint se velle fieri Christianos. Si verò intra tres menses eos venales non exposuerint, & volunt fieri Christiani: nullus de cętero emat eos ad seruiẽdum: & nullo reddito pretio ad libertatẽ perducantur, quia pręsumitur ꝙ tm̃ ad seruiendũ sibi emerunt, & non ad vendendum: ita posuit Beneuen. casum, & ita etiã sentit Hug. in summa sua. Probabiliter tm̃ potest dici, ꝙ principiũ c. vsq; ad locum illum, *Hi verò.* intelligitur de Iudæis vel Paganis seruis, qui causa mercimonij non habebãtur: qui indistinctè perueniunt ad libertatem, si volunt fieri Christiani. Reliqua verò pars loquitur de illis qui causa mercimonij emuntur. Tu tamẽ prudens lector deliberabis casum in melius commutãdo, sicut tibi videbitur.

† al. reseruasse.

¶ *Ad libertatem perducantur mancipia Christiana à Iudæis comparata.*

CAP. XIII.

1 MAncipia[a] Christiana, quæcunq; Iudæum cõparasse patuerit, ad libertatẽ[b] iuxtà legum præcepta sine omni ambiguitate perducite[c], ne, quod absit, Christiana religio Iudæis subdita polluatur.

Item ex concilio Toletano 3.c.14.

¶ Officia publica Iudæis non sunt committenda.

CAP. XIIII.

NVlla officia[d] publica Iudæis † iniungãtur, per quę eis occasio[e] tribuatur, Christianis pœnam inferre. Si qui verò Christiani ab eis iudaismi ritu sunt maculati, vel etiã circumcisi, non reddito[f] pretio ad libertatem, & religionẽ redeant Christianam.

De his autem, qui in infidelitate empti, ad gratiam baptismi venire desiderant, quid fieri debeat, Gregorius Papa scribit Fortunato Neapolitano Episcopo libr.5. epistol.31.seu cap. 131.[2]

¶ In libertatem vendicentur serui, qui ab infidelitate ad fidem accedunt.

CAP. XV.

3 FRaternitatem vestrã de his oportet esse solicitã. Et si de iudæorum seruitio nõ solum Iudæus, sed etiam quisquam paganorum fieri voluerit Christianus, postquam voluntas eius fuerit patefacta, ne hũc sub quolibet ingenio, vel argumento, cuipiam Iudæorũ venũdandi facultas sit, sed is, qui ad Christianam conuerti fidem desiderat, defensione vestra in libertatem modis omnibus vendicetur. ¶Hi verò, quos huiusmodi oportet seruos amittere ne forsitan vtilitates suas irrationabiliter æstiment impediri, solicita vos hęc conuenit consideratione seruare, vt si paganos, quos mercimonij causa de externis † finibus emerint, intra tres menses, dum emptor, cui † venditi fuerint[g], non inuenitur, fugere ad ecclesiã fortè contigerit, & velle se fieri dixerint Christianos, vel etiam extra ecclesiam hanc talem voluntatem prodiderint, pretium eorum à Christiano scilicet emptore percipiant[h]. Si autẽ post præfinitos tres menses quisquam huiusmodi seruorum velle suũ edixerit†, & fieri voluerit Christianus, nec aliquis eum postmodum emerit †[i], nec dominus qualibet occasionis specie audeat venundare, sed ad libertatis proculdubio præmia perducatur: 4 quia hunc non ad vendendũ, sed ad seruiendum sibi dicitur †[k] comparasse †.

† al.dixerit.

† emere] Orig.

4 Io. diacl. 4.c.46.

† Intelligitur] Orig. † al. reseruasse.

[*Idem Ianuario Caralitano Episcopo, lib.3.epist.9.*]

PALEA. C. XVI.

5 SI quilibet Iudæorum seruus ad venerabilia loca cõfugerit causa fidei, nullatenus eum patiamini præiudicium sustinere: sed siue olim Christianus, siue nunc fuerit baptizatus, siue vllo Christianorũ[a] pauperum damno religioso ecclesiasticæ pietatis patrocinio in libertatem modis omnibus defendatur.

5 Iuo par. c.102.

a ¶Christianorum.] *Ioannes diaconus in vita S. Gregorij. lib.4. num. 46. referens hanc epistolam & Iuo p.13.c.102. habent hãc vocem: quæ tamen abest à codicibus epistolarum S. Gregorij tam impressis, quàm manuscriptis, qui sunt collati.*

[*Item ex concil. Toletano 12.c.9.*]

PALEA. C. XVII.

6 ETsi† Iudæorũ serui nec dum adhuc conuersi ad Christi gratiam conuolauerint, libertate donentur.

6 Burc.l.4. c.86. Iuo p. 1.c.280.

† vt si] Orig.

[*Item ex concilio Matisconensi 1.c.16.*]

PALEA C. XVIII.

7 PRæsenti[b] concilio Deo auctore, sancimus, vt nullum Christianum mancipium Iudæo deinceps seruiat, sed datis pro quolibet bono mancipio duodecim solidis, ipsum mancipium quicunq; Christianus, seu ad ingenuitatem, seu ad seruitium licẽtiam habeat redimendi. Et si Christianus fieri desiderat, & non permittitur, similiter faciat, quia nefas est, quem Christus Dominus sanguinis sui effusione redemit, blasphemum Christianæ religionis in vinculis tenere. Quod si acquiescere his quę statuimus, quicunque Iudæus noluerit, quamdiu ad pecuniam constitutam vęnire distulerit, liceat mãcipium † ipsum cum Christianis, vbicunque voluerit habitare.

7 Burc.l.4. c.88. Iuo p. 1.c.282.

ADDITIO. Et tunc dic emptor, scilicet Iudæus, qui eos emerat.

h ¶ *Percipiant.*] datis duodecim solidis pro meliori mãcipio, vt extra de Iudæ.c.1. Sed qd si nemo ipsum vult redimere? quærat pretiũ ostiatim, vt ff.de ma.l. 3. aut seruiat quinque ann. C. de cap. l.vlt. & 36. q.1 de raptoribus.

† al. mancipio ipsi.

h ¶ *Percipiant.*] "Sic ergõ aliquis cogitur vẽdere rem suam, vt 14. q.6.comperimus.

" Vendere quandoque qs cogitur rem suam.

i ¶ *Emerit.*] i. emet. "sic qñq; ponitur futurũ pro ꝑterito, vt 63.dist. nosse. ibi ponitur fortè peruentũ pro peruenisse. sic ff.de ver.si. verbũ erit. & ff. de leg. 3. etiã. & ẽ.dist.50.ponderet.

" Futurum ꝑ præterito ponitur.

k ¶ *Dicitur.*] i. præsumitur. & hæc est præsumptio

« Probatio an admittatur contra p̄ sumptionē.

a Adde an & qñ contra pręsumptionem iuris & de iure admittat̄ ꝓbatio vel non, not. in aut. sed iam necesse. C. de do. an. nu. gl. in l. iu risgētium. §. quod ferè. ff. de pa.

1 Polyc. l. 2. tit. 31. Burc. l. 2. c. 24. Iuo p. 6. c. 125.

† aliàs, perhibuerint.

2 Iustinia. de san. epis. §. si seruus. & in auth. si seruus. de epi. & cler.

3 Auth. de monach. §. hinc autē.

« Furtū sui ipsius quis committit.

4 Tit. de san. epi. §. sed & quidem.

5 Auth. episcopalis. de epis. & cler. eo. auth. sed episcopalis. eo.

6 Aut. adscriptitios. eo.

b scilicet de fectum, quia seruitus nō est crimen, sed est defectus: sed ordinādus peccat non manifestando defectū: vnde si bene inspicias, nō est contra Hug.

« Ordinato quando nō tenetur episcopus prouidere.

sumptio iuris.“ & dicunt quidam, quòd contra hanc præsumptionem non admittitur probatio [a], cum hic nō tantùm præsumat, sed etiam statuat ius, vt extr. de reg. vidua. ext. de condi. app. per tuas. Et istud concedo quòd vbicunque non tantùm præsumit ius, sed etiam aliquid certi statuit: quòd non admittatur probatio in contrarium. licet H. cōtrarium dicat, vt 27. q. 1. nec aliqua. & 35. q. 3. extraordinaria. j. 17. q. 4. in venditionibus. Io. Ego credo quòd semper admittitur probatio in contrarium, nisi ius statuat quòd non admittatur, vt j. 17. q. 4. in venditionibus. De hoc habes 50. dist. ferrum. B.

Si seruus.] Casvs. Quæsitū fuit in concilio Aurelianensi quā pœnā deberet pati episcopus qui ordinauit quendam seruū domino absente, siue ignorante. Et respondetur, si episcopus ordinauit cum scienter in presbyterum, vel diaconum, ipso in ordine permanēte duos domino reddat. Si autem ignoranter ordinauit: illi qui cum repræsentauerunt episcopo, simili pœna teneantur.

a ¶ *Absente.*] Videtur enim episcopus tunc cum eo dispensasse. si. 28. dist. diaconi. Et est argu. ad hoc, quòd episcopus dispensat ipso facto circa notum, vt dixi 51. distin. qui in aliquo.

b ¶ *Officia.*] de dispēsatione fauore libertatis. deberet enim deponi: “ quia furtum cōmisit corporis sui, vt C. de ser. fug. l. 1. Sed quid si isti non habent vnde soluant? tunc dico istum reddendū domino, vt suprà eod. ex antiquis. argu. ff. de co per quem factum est. l. vltim.

c ¶ *Compensęt.*] si habet propriū, alioquin non: quia delictū personæ, &c. vt 16. q. 6. si episcopum. ext. de app. reprehensibilis.

d ¶ *Supplicauerint.*] Et sic patet quòd non semper deponitur ordinatus, qui occultat crimen suum [b]: quod est contra H. vt dixi dist. 50. ex pœnitentibus.

e ¶ *Teneantur obnoxij.*] Item patet hic, quòd episcopus non tenetur prouidere ordinato cum alter eum examinat, vt s. 24. dist. quando.

Si seruus.] Casvs. hoc c. habetur ex auth. de sanc. episc. §. si seruus. & diuiditur in quatuor par. In 1. parte dicitur ꝙ si dominus sciat seruum ordinari, & non contradicat, statim eripitur in libertatem.“ Si verò ignorat, intra annum recuperabit illum, si probauerit seruilem fortunam. In 2. par. dicitur, quòd si per triennium probatus monachus efficitur, euadit iugum seruitutis. In tertia dicitur, quòd ordo episcopalis liberat a patria potestate, & à seruili fortuna, vel ad scriptitia, sed non

B ¶ Præsenti.] *Caput hoc eodem modo refertur à Burchardo, & Iuone; in concilio tamen ipso paulò aliter habetur, & nonnulla desunt.*

Item ex concilio Aurelianensi 1. cap. 10.

¶ De eodem.

CAP. XIX.

1 SI seruus, absente [a], vel nescio, domino, episcopo tamen sciēte, quòd seruus sit, diaconus, aut presbyter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio [b] permanēte, episcopus eum domino duplici satisfactione cōpensat [c]. Si verò episcopus eum seruum nescierit, qui testimonium perhibent, † aut eum supplicauerint [d] ordinari, simili redhibitioni teneantur [e] obnoxij.

Item constitutio noua.

¶ De eodem.

CAP. XX.

2 SI seruus sciente [f], & non contradicente domino, in clero fuerit ordinatus, ex hoc ipso, quòd cōstitutus est, liber, & ingenuus erit. Sed si ignorāte domino, licet ei intra spatiū vnius [g] anni & seruilem [h] fortunam probare, & seruum suū [i] accipere. 3 Verùm etiam si legitimo probato experimento monachus efficiatur, euadit iugum seruitutis. Debent enim per triennium [k], antequā monachi efficiantur, in monasterio permanere: posteà verò si monachi effecti fuerint, liberi efficiuntur. 4 Episcopalis [l] enim ordo liberat à fortuna seruili, vel adscriptitia, sed non à curiali [m], siue officiali: nam & post ordinationē durat. 5 Sed & ius patriæ potestatis soluit episcopalis dignitas. 6 Adscriptitios verò in ipsis possessioni bus clericos etiam præter voluntatem dominorū fieri permittimus: ita tamen, vt clerici à curiali. In quarta dicitur, ꝙ adscriptitij possunt clerici fieri inuitis dominis, ita vt agriculturam adimpleant.

f ¶ *Sciente.*] arg. de taciturnitate [c] extr. de his, quæ si. à præla. c. 2. & dixi 27. dist. diaconus. & 28. dist. diaconi.

g ¶ *Vnius.*] Sed qualiter hoc stare potest in presbytero, vel diacono? nam episcopus debet seruare interstitia temporum, quæ sunt j. 77. dist. in singulis. sed si obseruauit, cō stat ꝙ plus stetit. quàm per annum. Resp. dicūt quidā, ꝙ iste fuit ordinatus sine examinatione, & nō obseruatis interstitijs. vel dic ꝙ erat grādæuus: vnde vsque ad annū potuit promoueri in diaconē vt 77. dist. monachus. Vel dic ꝙ annus iste incipiat non à tempore ordinationis, sed à tempore scientiæ. argu. 17. q. 2. si quis incognitus.

h ¶ *Seruilem.*] “ plus enim valet ordo, quàm scientia & militia, vt ff. dē lib. cau. qui de libertate. in fi.

i ¶ *Seruum suum.*] cum dist. s. e. ex antiquis.

k ¶ *Per triennium.*] Ad monachatū datur triēnium: ad clericatū annus: quia clerici sunt in publico, “ & monachi latent.

l ¶ *Episcopalis.*] & etiā sacerdotalis, vt s. co. ex antiquis.

m ¶ *Sed non à curiali.*] Quidā dicunt, ista verba nō esse in ipsa lege: & verū est ꝙ in illa nō ponuntur, sed alibi: vt in auth. de sanct. epis. §. sed hoc quidem. col. 9. sed secundū hęc iura canonica hoc nō tenet: quia cum ordo liberat à seruili fortuna, multò fortius à curiali soluit episcopalis dignitas: quæ autem dignitas liberat à potestate patria, habes in auth. constitutio. quę de dig. col. 6. & C. de decu. l. vl. lib. 10. & in auth. vt ordinariæ præfec. col. 5.

n ¶ *Adimpleant.*] Hoc non tenet, vt s. eo. quicunque [d].

Admittuntur.] Casvs. Quidā episcopi admittebant indistinctè ad sacros ordines seruos, & ordinarios, & alijs cōditionibus obligatos: quos Leo Papa reprehendit, & mandat eis, quòd de cætero hoc non faciant, nisi voluntates eorum, qui in eis habent aliquid potestatis, accesserint.

o ¶ *Originarijs.*] Tales enim liberi sunt, vt C. de agr. l. diffinimus, lib. 11. & l. ne diutius. & ext. de Iudæ. c. 2. [e] Ioan.

DE SERVIS. Casvs. Hic mouet Gratianus quandam quæstionem, an serui monasterij possint ordinari: & probat sophisticè ꝙ non possunt: quia serui ecclesiarum promoueri non possunt, nisi ab episcopis suis libertatem consequantur. sed serui monasterij libertatē consequi non p̄nt: ergo ad clericatū promoueri nō possunt: & ꝙ non p̄nt consequi libertatem, probatur sequenti c. cuius casus patet, & per te videbis.

Q *Vid proderit.*] Casvs. Cæleſtinus redarguit omnes qui laicos eligunt vel ordinant in epiſcopos:quia ſi hoc fieret, nihil prodeſſet clericis diu in caſtris Dominicis militaſſe : quare prohibet ne hoc de cętero fiat: ſi contra fiat, pœnam depoſitionis minatur ꝑmouentibus, & promotis.

1 ſ̃.diſt.24. c.epiſcopi.

" Eccleſiæ ſeruire ſpe ſtipendiorũ licet.

† καὶ τῇ τῶ εὐδεος λόγῳ πολιτεία.

e ¶ *Proderit.*] " No.ꝙ licitum eſt alicui ſeruire in eccleſia ſpe ſtipẽdiorum, vt ſ̃. 59.diſt.ſi officia. & 74.diſt.conſuluit. Ar. contra: 8.q.1.ſunt i eccleſia. & 12.q.1. habebat. [b] ſed dic ꝙ ſperare poteſt, dum tamen non principaliter ad hoc ſeruiat, vt 77.dis. in ſingulis.& 8.q.1. qui epiſcopatum.

b Itẽ arg.cõtra extra de ele. cum ad noſtrã.ibi đ hoc.& adde qđ not. 59. diſt. hoc ad nos. Arch.

f ¶ *Alienum.*] i. alijs debitum. ſic ſ̃. 13.diſt. c.1.ff.de adop.l.fi.

2 Nicol. ad Mich. Imp. in epiſtola, quæ incipit, principatũ. Polyc. ibid. Anſel.l.7.c. 33.

† al. præpoſtero.

S *Tatuimus.*] Casvs. Dicitur in hoc ca.ꝙ illis eccleſia regenda non debet committi, qui neſciunt legitimas inſtitutiones, & qui in minoribus ordinibus, incrementum non ſuſceperunt, ſed à ſummis volũt habere principium : cum abſurdum ſit vt imperiti magiſtris, & noui antiquis præferantur.

g ¶ *Ab infimis.*] ſic 48.diſt.ſicut.

h ¶ *Noui.*] Seniores in eccleſia ſemper præponendi ſunt iunioribus in electione, [c] in reſponſione, in ſubſcriptione,vt 75.di. c. vlt. & 74.diſt. epiſcoporum.& 17.di. §. hinc etiam. & capit. ſequen. 96. diſt. bene quidem.

c de hoc nõ. 85.diſ. Arc.

HIS OMNIBVS. Casvs. ſ̃.probatum eſt laicos non eſſe eligendos. Nunc autem probatur contrarium tribus exemplis. ſ. Nicolai,Seueri,& Ambroſij: ſed hanc contrarietatem ſoluit Gratian. dicens:ideo eſſe prohibitum laicos promoueri, quoniam laici in ſcij eſſe conſueuerunt, & imperiti,ſed ſi periti ſunt, & clericos in bonitate tranſcendũt, eligi poſſunt & promoueri exemplo Nicolai, Seueri,& Ambroſij. Et hanc ſolutionem probat ſeq.c.

† cõſtitutis đcretalib⁹] Orig.

3 Poly.ibid. Anſel.l.6.c. 138. Iuo p. 5. cap. 105. in fi.

4 Concord. tex.in auth. de def. ciui. cũ bon. glo. in ver. maximorum. §.q igitur. col.j.

i ¶ *His omnibus.*] Hęc ſolutio non valet: quia laicus quantumcunq; ſit perfectus, non eſt eligendus : ſed tantùm poſtulandus, vt j̃. ead. obitum.& ſ̃.c.in ſacerdotib. & ſ̃.diſt. 59.hoc ad nos.quod autem dicitur de his tribus non ob. quia diuina inſpiratione fuit factum. 4. q. 3. §.vlt. [d] Vel dic ꝙ iſti poſtulati fuerunt.

d Sub. cui nemo dignè reſiſtere ꝑt. 19.q.2.c.1.

ECONTRA.Hæc eſt 2.pars, in qua probat contrarium ſupradictis.Io.de Fan.

N *Eophytus.*] Casvs. Vercellenſes vituperabant electionem Ambroſij: qa neophytus erat: & neophytos Apoſtolus prohibuit ordinari.Sed reſpõdet Ambroſius hoc ideo eſſe prohibitum ab Apoſtolo,quia neophyti conſueuerunt ꝑpter honores ſuperbire: ſed ſi humiles inueniantur, poſſunt ordinari: quia ceſſante cauſa ceſſare debet effectus. vnde occidentales epiſcopi electionem ſuam legitimam eſſe iudicauerunt : & orientales eam exemplo aprobauerunt : qui multos tales elegerũt,

5 Concor.l. gñaliter.j.đ epi.& cle.& l. ſi pater. C. de hær. inſt.

k ¶ *Superbiam.*] ſuprà 48.diſt.quoniam.

l ¶ *Cauſa.*] Videtur ergo quòd vbi prohibetur electio ex cauſa, quòd ceſſante illa cauſa poſſit fieri electio,vt hic,& 28.di. de Syracuſanæ.

tres chariſſimi,qui iuris noſtri, id eſt canonum gubernacula cuſtodimus,neceſſe eſt obuiemus: hiſq; fraternitatem veſtram epiſtolis cõmonemus, ne qs laicum ad ordinẽ clericat⁹ admittat,& ſinat fieri, vñ & illũ decipiat, & ſibi cauſas generet,quib. reus conſtituto rum † decretalium fiat.

Item Leo epiſt.85. al. 87.c.1. ad epiſcopos Africanos.

¶ Rudibus, & imperitis gubernacula eccleſiæ non ſunt committenda.

CAP. VIII.

3 STatuimus, [A] ne in aliquo Apoſtolica, & canonica decreta violentur, & ne his eccleſia Domini regenda credatur, qui legitimarum inſtitutionum neſcij, 4 & totius humilitatis ignari, non ab infimis [g] ſumere incrementum, ſed à ſummis volunt habere principium, cum valde iniquum ſit, & abſurdum, vt imperiti magiſtris, noui [h] antiquis, & rudes præferanrur emeritis.

A ¶ Statuimus.] *In epiſtola ipſa coniunguntur verba huius capitis cum extremis verbis capitis,* Miramur.*ſupra ea. hoc modo:*quàm diligens, & quàm prudens habenda eſt diſpenſatio diuinorum munerum, & cæleſtium dignitatum: ne in aliquo apoſtolica,& canonica decreta violentur, & his eccleſia Domini, &c. *totaque oratio per interrogationem profertur.*

His omnibus [i] *auctoritatib. laici prohibentur in epiſcopatum eligi.*

2 *Econtra Beatus Nicolaus ex laico electus eſt in epiſcopum : Beatus Seuerus ex lanificio aſſumptus eſt in archiepiſcopum: beatus Ambroſius cum nondum eſſet baptizatus, in archiepiſcopum eſt electus.*

¶ *Sed ſciendum eſt, ꝙ eccleſiaſticæ prohibitiones proprias habent cauſas,quibus ceſſantibus ceſſant & ipſæ.* [5] *Vt enim laicus in epiſcopum non eligeretur,hæc cauſa fuit, quia vita laicalis eccleſiaſticis diſciplinis per ordinem non erudita neſcit exempla religionis de ſe præſtare alijs,quæ in ſeipſa experimento non didicit.Cum ergo quilibet laicus merito ſuæ perfectionis clericalem vitam tranſcendit, exemplo beati Nicolai, & Seueri, & Ambroſij,eius electio poteſt rata haberi.*

Vnde idem Ambroſius in epiſtola 82.ad Vercellenſes ait de ſeipſo.

CAP. IX.

NEophytus ꝓhibẽt ordinari,ne extollat̃ i ſuperbiã. [k] Sed ſi non deeſt humilitas cõpetẽs ſacerdotio: vbi cã [l] non hæret,

sanæ.1.q.1.quod pro necessitate.Argum.contra 32. quæst. 1. dixit.& 19.quæst.2.duæ sunt. " Vno modo sic potest exponi, cessante causa cessat & constitutio, id est, quando causa cessat actu & exemplo, id est, vt non possit trahi in perniciem exempli. [a] 64.distinct.§.verùm.Vel dic quòd cessat circa personam illam ad hoc tãtùm vt dispensari possit secum. Vel dic qđ tunc cessat, quãdo hoc in iure exprimitur ꝙ cessare debeat: vel dic quando omnis causa cessat & impulsiua & finalis,& efficiens & occasionalis: tunc cessat constitutio. ff. de post. l.1.§. sexum.

" Constõis cã cessante, an cesset ipsa constõ.

a Arg.ff.de pœ.si qs aliqd.§. abortionis.1.q.j. principat.

1 Cõcor.l.j. §.sexum. cũ ibi not.ff.de postu. & l.si militem. cũ gl.C. đ cõd. ob caus.

a ¶*Iudicio.*] id est, per sententiam.

b ¶*Exemplo.*] similes ordinando: sed dispensatiuè. & sic planum est.

OSius.] Casvs. Dicit in hoc cap. quòd si diues vel literatus laicus, vel quis curialis fuerit ĩ episcopum postulatus, non debet consecrari, nisi per singulos ordines fuerit legitimè approbatus. deinde poterit ad episcopatum ascendere.

c ¶*Aut diues laicus.*] qui de suis facultatibus aliquid dedit ecclesiæ: non tamen est recipiendus ideo: nisi aliàs dignus sit, vt 1.q.13.ex multis.nec enim diuites sunt reijciendi, vt 30. distin. hæc scripsimus.

2 Burc. l.1 c.27. Iuop 5 a.71.

d ¶*Scholasticus.*] id est literatus.

† al.ex administratore.

e ¶*De foro.*] scilicet causarum ecclesiasticarum.

f ¶*De administratione.*] ciuili vel curiali.

g ¶*Ante lectoris.*] ĵ. 77.dist.quicunque & 18.quæst.2.quàm sit.

h ¶*Presbyteri.*] Hoc totum non potest fieri intra tres menses: " & ita differri potest consecratio episcoporum, quandoque vltra annum.vt 7.quæstio. 1. constitutum. & 28. dist. de Syracusanæ.

" Consecratio eporum qñque differtur vltra annum.

SED ALIVD. Hæc est tertia pars distinct. in qua distinguit,& bene.Ioannes de Fant.

Casvs. Nunc assignat Gratianus differentiam inter postulare & eligere. Nam postulatur qui est alteri subditus laicus vel clericus.& fit hoc simplici petitione. Ille verò eligitur,qui est in sacris ordinibus constitutus. & hæc electio fit cum solemnitate decreti. Et hæc differentia probatur sequenti capitulo.

"Postulatio qualiter fit. b De hoc satis no.Inno. ext.de post. c. fin. ibi videas.

i ¶*Sed aliud est.*] " Postulatio fit his verbis. petimus vt facias te promoueri,[b] quia volumus te eligere, & tunc dicitur postulari à seipso. Ab alio autem fit postulatio, vt si clericus vel laicus sit de episcopatu alterius: tunc postulatur ab epo loci,vt 71.dist.primatus.& etiam à seipso:quia vnius consensus non sufficeret.Si autem laicus diceret, nolo tonsurari nisi certus sim de electione,vel clericus diceret,nolo ordinari nisi certus sim de episcopatu:de hoc nullum pactum est interponendum,vt 59.distin.hoc ad nos.& 16.q.7.per laicos. " nec peccat qui hac spe recipit ordinem, dumtamen principaliter eo proposito non ordinetur: sed ad hoc vt possit prodesse. 8. q.1. sunt in ecclesia.Si ergo clericus est de eodem epatu, ille non postulatur: & est monendus & ẽt cogendus suscipere sacros ordines,vt ĵ. ea. bñ. sed laicus de eodem epatu à seipso postulatur,vt s̃.e.Osius.Ille aũt à quo postulatur, nõ cogitur

" Beneficij spe ordinẽ recipiẽs nõ peccat.

hæret, vitium non imputatur. Itaq; ordinationem meam occidentales episcopi iudicio, [a] orientales etiam exemplo [b] probarunt. 1

¶*In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc coniunctum est superiori. Nam Gratianus (quod sæpè facit) sententiam potius B.Ambrosij afferre voluit, quàm ipse omnino atque eodem seruato ordine verba referre: locus enim integer sic habet.* Quàm resistebam,ne ordinarer, postremò cum cogerer, saltem ordinatio pro telaretur. Sed non valuit præscriptio,valuit impressio. Tamen ordinationem meam occidentales episcopi iudicio,orientales etiam exẽplo probarunt. Et tamen neophytus prohibetur ordinari,ne extollatur superbia. Si dilatio ordinationi defuit, vis cogentis est: si non deest humilitas competens sacerdotio, vbi causa non hæret, vitium non imputatur.

Item obijcitur illud Sardicensis concilij, cap.13.

¶Scholasticus ex foro, aut ex administratione postulari potest episcopus.

CAP. X.

2 OSius episcopus dixit. Et hoc necessarium arbitror, vt diligentissimè tractetur,si fortè aut diues laicus, [c] a aut scholasticus [d] de foro, [e] aut de † administratione [f] episcopus fuerit postulatus, vt non prius ordinetur, nisi ante & lectoris [g] munere, & officio diaconi, aut presbyteri [h] fuerit perfunctus: & ita per singulos gradus (si dignus fuerit) ascendat ad culmen episcopatus.

a ¶Laicus.] *Abest vox ista à concilio:sed ob glossam non est inducta.*

b ¶De foro,aut de administratione.] *Græcè tantummodo est,ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς.*

3 *Sed aliud est [i] postulari,aliud eligi. Postulatur nexibus curiæ adstrictus ab Imperatore: clericus alterius ciuitatis à suo episcopo, sed non eligitur aliquis,nisi in sacris ordinibus constitutus.* [3] *Fit enim electio cum solemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati, postulatio verò simplici petitione. Quam distinctionem B. Gregorius innuit in regesto,lib.2. epist.19.scribens Benenato Episcopo.*[4]

¶Electio episcopi debet fieri cum solemnitate decreti, omnium subscriptionibus roborati.

CAP. XI.

EPiscopus,[k] dum fuerit postulatus, cum solemnitate decreti subscriptionibus [l] omnium roborati, & dilectionis tuæ testimonio literarum ad nos sacrandus occurrat.

Sic beatus Ambrosius [A] *ante susceptum baptisma ab Imperatore est postulatus, non electus.*

A ¶Ambrosius.] *Quòd synodus elegerit Ambrosium, & non Imperator,ostenditur in c. Valentinianus.* ĵ. *dist. 63. Ac de sua electione ipsemet Ambrosius refert aliqua lib. 1. off. c.1.& de pœnit.lib. 2.c.8. & in epistola ad Vercellenses.*

4 *Item clerici alterius ecclesiæ non*

dare postulatum nisi velit,vt 63. di.literas. 85.di.archidiaconum.76.di.dilectionis.in aut.de san.epis.§. nullum.col.9.potest tamen per superiorem cogi, vt ipsum det qñ non subest iusta causa omittendi.arg.ext.de iu. pa. nullus.Sed quæro ad quem titulum ordinetur iste, cum adhuc non sit electus, nec aliquod habet beneficium? dico ad titulum ecclesiæ ad quem est postulatus.Pone ergo, ꝙ alium postea eligãt. hoc.n. facere possunt: quia per postulationem non est ius quęsitum postulato, vt ext. de post. bonæ. & c.postulationẽ. & ita tenebit electio alterius. " Dico quòd licet nil iuris sit quęsitum postulato, tamen potest eos conuenire, vt prouideant ei in stipendio conuenienti, vt ext.de iur.pa. pastoralis, non eñ debuerunt mutare consilium in alterius iniuriam,vt 22.q.2.primum.ff.dere.iu.nemo. si autem nondum elegerunt alium, potest eos conuenire, vt eligant ipsum ad illum episcopatum: & hoc modo potest dici, qđ possunt variare, si aliquis à seipso postulatur:si verò postulatur à superiore,& postulatio præsentata [c] est ei, & ille consentit: satis potest dici,quòd nõ possunt variare postulationem, vt extra de postu. bonæ. 2. Item clericus alterius ecclesiæ bene potest eligi: sed post electionem est postulandus,vt 76.dist. dilectionis. 63. di. literas. 58.di.Florẽtinum. Sed laicus primò est postulandus: deinde eligendus.ext. de ele.ĩ causis.

" Postulat pt postulantes cõuenire,vt sibi ꝓuideant.

3 In ordine Romano.

4 Et alibi sępè.& j.e.ca. obitum.

c Maximè postquã fuerit scrutiniũ publicatũ, ab ea postulatiõe recedere ñ pñt: & ita no.H. ext.de post. c.vlti.đ ele. in causis. in gl. vlt.& ca. publicato.

" Electio facta sine decreto tenet.

EPiscopus.]Casvs. Quidam canonici volebant quendam clericum alterius ciuitatis postulare in epm. præcepit ergo Gregorius cuidam epo visitatori illius ecclesiæ, vt prius postuletur,& postea eligatur:deinde Romam cum solemnitate decreti, & cum epistola visitatoris consecrandus occurrat.

k ¶*Episcopus.*] id est,dum aliquis postulatur vt fiat episcopus,vt 63.dist.literas.

l ¶*Subscriptionib.*] in quib.continetur de vita electi. vt ĵ.ea. Catinensis.& 7.q.1.qualiter. " Sed nunqd adeo requirit hoc decretũ vt electio sine decreto facta sit nulla? Vr quod sic,vt hic,& 47.dist.de Petro.& 2.q.1.legũ.& 7.q.1.qualiter.& 8.q.3.talia.& 12.q.2.sine exceptione.& 63.dist.quãto.Sed dico,ꝙ licet in electione requirat decretũ cum subscriptionib.canonicorum: tñ electio facta sine ipso tenet. Duab.n.de causis fit subscriptio:vna cã vt si quis vellet variare vota sua,incideret ei obuiare ꝓpria confessio,vt 1.q.7.saluberrimum. alia rõne,vt per subscriptionem sciatur an oẽs canonici fuerint prẽsentes in electione.arg. ext. de his quæ fiunt à præla. quanto. in fi.licet ergo scriptura requiratur in electione:tamen si fiat sine ipsa,tenet.& est simile:Nam in matrimonio multa requiruntur interuenire:& tñ si non interueniant, tenet matrimonium.30.q.5.nostrates.Io.contra ext. de elect. innotuit.B.

SIC BEATVS. Casvs. Dicitur hic, quòd supradicto mõ fuit Ambrosius postulatus ab Imperatore, & nõ electus. Et cõtradicit iste §. illi §.s̃.his omnib. Item probat Gratianus ꝙ clerici alterius ecclesiæ non sunt præferendi illis,qui in ꝓpria ecclesia bene militauerunt.quod probat per sequentia c.

ITEM CLERICI. Hæc est 4. pars distin. in qua probat

quandam incidẽtiam, & dicitur ꝙ nullus alterius eccleſię debet eligi, niſi primò omnes clerici illius eccleſiæ fuerint reprobati. Ad ſecundum inducit ſeptem auctoritates: ſupple hic, niſi maior pars eligat aliunde, quia licitum eſt eis renuntiare iuri ſuo. ext. de elect. cum inter. Io. de Fan.

NEc emeritis.] CASVS. Dicitur ī hoc c. quod ignoti & extranei non debent præponi bene in ſua eccleſia militantib. & qui habẽt bonum teſtimonium ciuium eorum.

2 ¶ *Emeritis.*] id eſt, bene meritis in vita & ſcientia. 1. quæſt. 1. viliſſimis.

1 Poly. ibid. Anſ. l. 6. ca. 11. Deuſdedit p. 1.

NVllus.] CASVS. Quæſitum fuit à Cæleſtino, an clericis inuitis epiſcopus dari debeat de aliena eccleſia? Et reſpondetur ꝙ non, ne alter ſubripiat honorem alterius. Clerici enim debent habere liberam electionem: & tunc de aliena eccleſia eligantur, quando in propria nullus inuenitur idoneus: & ſi clerici ſe viderint in hoc prægrauari, ſit eis facultas appellandi & contradicendi.

2 Deuſdedit ibi. Pol. ibi. Anſ. l. 6. c. 25. Bur. l. 1. c. 7. Iuo p. 5. c. 61. Pan. l. 3. c. 7.

b ¶ *Nullus inuitis.*] à principio. " ſed ſi per negligentiam neminẽ elegiſſent, bene daret eis inuitis, vt 89. diſt. volumus. ſimiliter vbi minor pars contradicit, nec habet iuſtam cauſam contradictionis, bene datur eis epiſcopus inuitis. Idem poteſt dici de laicis quòd eis inuitis non eſt dandus, ſi habent iuſtam cauſam contradictionis, vt 63. diſtin. ſi fortè. De hoc no. 23. diſt. c. illud.

" Eps an inuitis poſſit dari.

c ¶ *Ciuitatis.*] " Nunquid per hoc intelliges prius clericos totius ciuitatis vel diœceſis eſſe reprobandos? Videtur quòd ſic, vt ĩ. 63. dſt. ſacrorum. & c. plebs. & c. noſſe. & ext. de vſu pal. cum ſuper. illi enim videntur eſſe de aliena eccleſia, cum totum non ſit aliud à parte, vt ext. de elect. cum nobis olim. & qui in continentibus ædificijs demorantur, Romæ morari videntur, vt ff. de verb. ſign. l. qui in continentibus. & l. ædificia. & l. pupillus. §. incola. ſicut in tutela reprobandi ſunt omnes de ciuitate, antequam eatur ad vicinas ciuitates, vt ff. de tuto. & cur. l. diuus. & præſes debet eſſe de diœceſi, vt C. de incol. l. verum. lib. x. & hoc concedit H. Sed credo ſufficere, quòd reprobati ſunt omnes de maiori capitulo. arg. ext. de ver. ſig. cum clerici. & de reſcr. cum Rodulphus. Sed quid ſi maior pars eligit extraneum, & minor eligit de gremio ſuo? a Videtur qd' hic prævalebit electio paucorum, vt 7. q. 1. denique. nam in poſtulatione omnes erant concordes, vt 63. diſt. literas. Io Sol. hoc falſum eſt. ſufficit enim quòd duæ partes conſentiant in poſtulatione. de elect. ſcriptum. B. Item minor pars iuſtam habet cauſam contradicendi. Vnde licet ſint pauciores, auditur eorum contradictio: vt ext. de his quæ fiunt à ma. part. c. cum in cunctis. 31. diſt. Nicæna. Arg. contra ext. de cle. cum nobis olim. & ca. cum inter. Dico tenere electionem minoris partis, cum eligunt ſecundùm formam canonum de ſuo gremio. Vnde ſi diuerſi ſunt clerici, prius examinatur ille, qui eſt de propria, quàm qui eſt de aliena eccleſia, vt diſtin. 85. archidiaconum Florentinum. Nec obſtant præmiſſæ decre. ideo enim tenuit ibi electio maioris partis, quia nullus fuit ibi ex aduerſo electus. Sed adhuc ob. ext. e. ti. in cauſis. vbi prẽualet poſtulatio trium de aliena eccleſia electioni duorum de propria. Sed hoc fuit propter formam mandati: quia ita conuenerant, vt in quem maior pars cõueniret, ille eſſet potior. & de hoc no. ext. de ele. cum inter canonicos. Sed quid ſi omnes eligunt de aliena eccleſia præter vnum qui eligit de propria? Hic dico non valere electionẽ vnius: quia nullum de propria poteſt eligere, cũ quilibet eorum conſenſit in alium: vnde in ſeipſum non poteſt cõſentire. Item quid ſi data eſt aliquibus poteſtas vt eligant, & ipſi poſtulant extraneum? Tenet poſtulatio, vt extra de renun. poſt tranſlationem. ext. de elect. in cauſis. de poſtula. bonæ. licet autem apertè ſint egreſſi fines mandati, tamen fecerunt id quod eſt vicinum mandato, vt ff. iud. ſol. iam tamen. §. vlt. Io. Quidquid dicat Ioan. eius opinio non ſeruatur de electione b minoris partis de eadem eccleſia. vnde cum totum capitulum facere videatur, quod fit à maiori parte capituli, vt extra de his quæ fiunt à ma. par. cap. cum in cunctis. tenebit electio extranei, vt dicit T. per decre. ſuperius allegatas: quia multa fieri non debent, tamen facta tenent: nam melior eligi debet, vt 8. q. 1. licet. tamen ſufficit ſi bonus eligatur, vt extra de elect. cum nobis. & cap. cum dilecti. & C. de ſtat. & ima. l. vlt. B.

† alĩs, qui & ſi non debitum habent epũm patus præmium.

3 Ex regula S. Benedicti c. 64.

4 Anſel. l. 6. c. 13.

† vt ſi fortè huic ordini hic non videatur idoneus] Orig.

ſunt præferendi in electione iis, qui bene militant in propria eccleſia.

Vnde Cæleſtinus Papa ad epiſcopos Galliæ, epiſt. 2 c. 4.

¶ Extranei emeritis in ſuis eccleſijs non prẽponantur.

CAP. XII.

1 NEc emeritis[a] in ſuis eccleſijs clericis peregrini, & extranei, & ꝙ ante ignorati ſunt, ad excluſionem eorum, qui bene de ſuorum ciuium merentur teſtimonio, præponantur.

Idem ead. epiſt. c. 5.

¶ De eodem.

CAP. XIII.

2 NVllus inuitis[b] detur epiſcopus. Cleri, B plebis, & ordinis conſenſus, & deſiderium requiratur. Tunc autem alter de altera eligatur eccleſia, ſi de ciuitatis[c] ipſius clero, cui eſt epiſcopus ordinandus, nullus dignus (quod euenire non credimus[d]) poterit reperiri. Primùm enim illi reprobandi ſunt, vt aliqui de alienis eccleſijs meritò præferantur. Habeat vnuſquiſque fructum[e] ſuæ militiæ in eccleſia, in qua ſuam per omnia officia tranſegit ętatem. In aliena ſtipendia minimè alter obrepat: nec alij debitam alter ſibi vendicare audeat mercedem. Sit facultas clericis renitendi, ſi ſe viderint prægrauari, & quos ſibi ingeri ex tranſuerſo agnouerint, non timeant refutare. Qui etſi non debitum præmium,[f] † vel liberum[g] de eo, qui eos recturus eſt, debent habere iudicium.

B ¶ Cleri.] *Hinc vſq; ad ver.* Tũc. *ſunt addita ex Orig. & referuntur, ĩ. 63. c. cleri.*

PALEA. C. XIIII.

3 IN ordinatione præpoſiti illa ſemper conſideretur ratio, vt hic conſtituatur, quem ſibi omnis concors congregatio ſecundùm timorem Dei, ſiue etiam pars congregationis (quamuis parua) ſeniori conſilio elegerit. Vitæ autem merito, & ſapientia eligatur, qui ordinandus eſt, etiam ſi vltimus fuerit in ordine congregationis. Quòd ſi etiam omnis congregatio vitijs ſuis (quod abſit) conſentientem perſonam pari conſilio elegerit, & vitia ipſa aliquatenus in notitiam epiſcopi, ad cuius diœceſim pertinet locus ipſe, vel † ad alios vicinos præpoſitos, vel Chriſtianos claruerint, prohibeant prauorum prẽualere cõſenſum, & domui Dei conſtituant dignum diſpenſatorem.

A ¶ Palea.] *Hæc palea abeſt ab omnibus vetuſtis exemplaribus Gratiani, quæ ſunt collata. Extat autem in regula S. Benedicti, ex qua nonnulla ſunt emendata.*

Item Greg. clero, & nobilib. ciuibus Neapolitanis, l. 8. reg. ep. 40.

¶ De eodem.

CAP. XV.

4 STudij veſtri ſit, etiam alium, qui aptus ſit prouidere, vt † ſi fortè Petrus, quem à vobis electum aſſeritis,

† vel abbatibus, vel chriſtianis vicinis claruerint.

b Idem ſentit Goſ. ext. de elect. in cauſis.

d ¶ *Non credimus.*] Nota benignam prẽſumptionem, quòd ſemper præſumitur quòd aliquis ſit dignus in eccleſia, vt ĩ. ead. obitum.

e ¶ *Fructum.*] ſic ff. de adop. nec ei. §. præterea.

f ¶ *Præmium.*] ſcilicet, obtinet, vt aliquis de ipſis eligatur. Per hoc videtur quòd licet aliqui perdiderint ius eligendi, quòd poſſunt excipere contra illum qui datur eis: videtur tamen, quòd excipere non poſſunt, ſed tantùm agere, vt ext. de ap. conſtitutus. in fi.

g ¶ *Vel liberum.*] vel, id eſt. ſaltem.

Tudii.] CASVS. Neapolitani elegerunt Petrum in epiſcopum: ſed quia dicebatur ſimplex & vſurarius, mandat Gregor. vt alium eligant cum illo de eadem ciuitate, vt ſi ille fuerit reprobatus, ſecundus confirmetur. ſic dixit H. in ſumma. Beneuen. ſic dixit: Neapolitani elegerunt Petrum minus idoneum: & quia idoneus non inuenitur, præcipit Greg. vt alium inueniant de eadem ciuitate, in quem electio eorum valeat declinare, quem ſi non inuenerint, graue ipſius cleri erit opprobrium. Poteſt tamen dici, quòd antequam inuentus eſſet minus idoneus, mandauit eis, vt alium inuenirent in eadem ciuitate, & hoc videtur melius literæ conſonare.

" electio an poſſit fieri de eo, qui non eſt de gremio.

a Ad hoc extra de ele. c. eccleſia. 2. vbi de hoc plenè p Phi. arg. cõtra e. tit. licet. ĩ fi. De hoc no. 23. diſ. c. 1. ĩ gl. ergo aliquis. ibi videas.

2 ¶ *Decli-*

« Ecclesia pōt in duos consentire. † quo] Ori. a Dicas q̄ hic nō dr̄ q̄ aliū debeāt eligere añq̄ Petr⁹ reprobet: sed dr̄ vt ꝓuideāt aliū quē Petro reprobato eligāt, & hoc planū est. Arch.

a ¶ *Declinare.*] Argu. « quòd ecclesia potest in duos consentire, vt si vnus non obtineat, [a] alter saltem otineat. arg. 85. di. Archidiaconum. & 8. q. 1. in scripturis. maximè vbi diffidunt de iure suo, vt ext. de post. bonæ. Sed nonne priuati debent esse iure suo, vt ext. de ele. cum in cunctis? Sed hæc & similia loquuntur in eo casu, quando eligentes latebat vitium electi. sic 28. di. de Syracusanæ. secundùm alios secundus potest eligi sub conditione, vt si primus non obtineat, secundus maneat, vt 85. di. archidiaconum Florentinum. sic extra de ele. cum terra. sic 7. q. 1. quamuis. & c. pastoralis. Hodie euacuatur totum per ca. Innoc. 4. quod incipit, in electionib. de elect. lib. 6.

huic ordini non videatur idoneus, sit in quem † se vestra declinare [a] possit electio. Nam graue cleri illius erit opprobrium, vt si hic fortasse approbatus non fuerit, alium se dicant, qui eligi debeat, non habere.

Item Gregorius Barbaro Episcopo, lib. xi. epist. 16.

¶ De eodem.

CAP. XVI.

1 Io. dia. li. 3. c. 22. Deusdedit par. 1. Ans. lib. 6. c. 26.

1 OBitum Victoris Panormitanæ ciuitatis antistitis directa relatio patefecit. Quapropter visitationis desti tutæ ecclesiæ fraternitati tuæ operam solemniter [b] delegamus: Quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministerijsq; vel quidquid est in patrimonio eiusdem, à quoquam præsumatur ecclesię. Et ideo dilectio tua ad prædictam ecclesiam properabit, & assiduis adhortationibus clerum, plebemque eiusdem ecclesiæ admonere festinet, vt remoto studio, [c] vno eodemque consensu talem sibi præficiendum expetant sacerdotem, qui & tanto ministerio dignus valeat reperiri, & à venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum solemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati, & dilectionis tuæ testimonio literarum ad nos sacrandus occurrat. 2

Bitum.] CASVS. mortuo episcopo Panormitano Gregorius posuit ibi quendam visitatorem, cui quatuor commisit, vt admoneat clerum & plebem dignam personam in episcopum eligere: & vt de alia ecclesia nullum ibi eligi patiatur, nisi in ea non inueniret idoneus. Nec aliquis laicus ad hoc officium aspirare præsumat: & vt omnia monasteria eius dispositione regantur, quousq; illis ꝓprius episcopus fuerit ordinatus.

b ¶ *Solemniter.*] i. ita plenè quasi episcopus omnia disponet, vt 12. q. 1. quoniam Velina.

c ¶ *Studio.*] i. dissensione, vel inuidia.

d ¶ *Et in periculum.*] Et ita vī quòd si vitiosa sit electio, imputat visitatori, Et per hoc c. dicit Hug. « visitatorē hēre ius ī electione, vt j. c. ꝓx. & 63. di. plebs. aliàs non videtur quare pateretur pœnam. Sed dico, quòd nō plus habet iuris quàm per canonem exprimatur. ar. 18. q. 2. hoc tantùm. vnde non dico ipsum posse eligere, vt 63. dis. §. ex his. ea autem facit visitator, quæ per sacerdotes non possunt expediri, vt 7. q. 1. pontifices. Item nisi intra annum procuret, ꝙ sit ibi episcopus, ipse remouetur. 8. q. 1. constitutum. & viuet de rebus ecclesiæ. 12. quæst. 2. charitatem. & c. ecclesiasticis. Item visitator dare potest præbendas & ecclesias vacantes, vt hic innuit in fi. ca. & 12. quæst. 2. non liceat.

« Visitator an ius hēat in electiōe. 2 Poly. ibid.

† aliàs, ne & illæ suæ voluntatis effectum non inueniāt, & tu. &c.

e ¶ *Parochia.*] In tota diœcesi habebit iste prouisionem, vt 12. quæst. 1. quoniam Velina. vt patet in fi. c. *Catinensis ecclesiæ.*] CASVS. Defuncto episcopo Catinensi Pelagius commisit Eucarpo episcopo illius ecclesiæ visitationem, & negotia gubernanda donec ibi per ipsum pastor dignus eligatur. præcipit ergo ei vt illuc pergat, & de eodem clero talem eligi faciat, qui nec vxorem habeat, nec filios, & qui non sit criminosus: & eo electo Romam veniat consecrandus.

B ¶ Ne ad hoc.] *Similis clausula est etiam eodem lib. proxima epistola 17. & lib. 2. indict. 10. ep. 19. Benenato episcopo, & epist. 26. Ioanni episcopo Scyllaceno, & lib. 7. indict. 2. epist. 25. Fortunato episcopo Neapolitano. Ex quib. locis collatis veteribus codicib. harum epistolarum, emendatus est hic locus, vt non multum discrepet ab antiqua lectione Gratiani. Verùm in recentiorib. editionibus epistolarum beati Gregorij in epistola hic citata legitur*, ne ad id cuiuslibet conuersationis, vel meriti laicam personam aspirare permittas.

Item Pelagius Papa Eucarpo Messanen. episcopo.

¶ De eodem.

CAP. XVII.

3 CAtinensis ecclesiæ visitationem tibi iniungimus, cuius episcopum de hac luce transisse suscepta cleri relatione didicimus. Impossibile [f] enim est, vt nos in prouincia illa duntaxat in Syracusanis partibus alij cuilibet causas, quæ ad Deum pertinent, committamus, nisi fortè talem per te Deus nunc in Catinensi ecclesia eligere voluerit, de cuius conscientia possimus esse securi, vt à te labores istos paululum remouere possimus. Mox ergo dilectio tua ad supradictam Catinensem ecclesiam pergat, & hominem de clero, qui nec vxorem habeat, nec filios, [g] nec crimen aliquod canonib. inimicum, eligi cum auxilio Dei compellat, [h] atque suadeat: & statim eum ad vrbem Romam cum decreto, & testificatione relationis tuæ transmitte.

Item Gregorius Paßino Episcopo, lib. 10. epist. 13.

¶ Qui in episcopum eligitur, non sit reus criminum, quæ sacra lex morte punit.

CAP. XVIII.

BEne nouit fraternitas vestra, quàm longo sit tempore Aprutium † pastorali solicitudine destitutū: † vbi diu [i] quæsiuimus, quis ordinari debuisset, & nequaquam potuimus inuenire. Sed ꝙa Opportunus mihi in moribus suis, in psalmodiæ studio, in amore orationis valdè laudatur, & religiosam vitā omnimodò agere dr̄, hunc volumus, vt fraternitas vestra ad se faciat venire, & de aīa sua admoneat, quatenus in bonis studijs crescat.

Ene nouit.] CASVS. Aprutiana ecclesia diu fuit destituta pastore, & longo tempore quæsiuit Gregor. nec ibi dignum potuit inuenire. Tandem inuentus est ibi quidam Opportunus laudabilis vitæ: quare præcipit Grego. Passiuo episcopo, vt illum Opportunum moneat vt in bonis studijs crescat: & si nulla crimina ei obstant, monachus vel subdiaconus fiat: & demum episcopus consecretur.

i ¶ *Vbi diu.*] « argu. ꝙ differri potest electio, [d] cum non inuenitur idoneus, & licet aliqui intra tps statutū iusto impedimento detenti non eligant, non

« Impossibile multipliciter dicit.

b Ad hoc C. đ cur. fu. l. pe. ff. đ his q de. vel ef. cū sanè. ff. loc. cum in plures. §. 2.

g ¶ *Nec filios.*] « Tamen aliàs quantùm ad seculares honores pro sunt filij, vbi filius pro anno computatur. ff. de mino. l. 2. Sed nunquid istud est contra præceptum Apostoli, qui dixit, vnius vxoris virum? Solu. hic loquitur quando præsumptio est, quòd propter filios dilapidet bona ecclesiæ. sic 28. dist. de Syracusanæ. & tunc dabit cautionem, & faciet inuentarium. 12. q. 1. sibi manifestæ. Idem dico de nepotibus, vt in auth. quomodo oportet episcopos. §. 1. col. 1.

« Filiꝰ qñq; facit quē ꝑsumi maiorem.

3 Poly. ibid. Ans. l. 6. ca. 44.

h ¶ *Compellat.*] « Ergo aliquis potest cogi ad episcopatum [c] sicut ad alios ordines [e], vt 40. di. ante omnia. 92. di. si quis episcopus per manus. 74. dist. placuit. Ioan.

« Eꝑatū suscipere pōt quis cogi.

c Hoc ñ hr̄ hic, ſ3 potiꝰ clerici sunt compellēdi ad faciendā electionē, scđm Hug. & sic non bene arguit gl. Arch.

« Electio ex causa pōt differri.

d Etiam cu iuscūq; bñficij Lau. Et ꝑ hec vide qđ legi. & no. 85. dist ca. 2.

† Aprutium ciuitas] ori. † destituta] Orig.

priuantur electione, vt ext.de elect.ne pro defectu. nam non currit præscriptio contra illum,qui nõ poterat eligere. vt ext. de concef. præb.& eccl.non vacan. quia diuersitatem.& ar.C. de an.exce. l.1. in fi. C.de inof.test. contra ff. ex qui. cau.ma. l.quòd quidam. [a]

a Ex ꝓdictis patet,ꝙ tps deputatum ad elect. celebrandam est vtile nõ cõtinuũ: nã nõ currit iusto impedimẽto detentis nec etiã ignorantib. Arch.

a ¶*Vel monachus.*] Sed quare monachus? fortè quia erat monasterium cui deerat prælatus. Vel ideo ꝙa si est monachus, citius potest promoueri ad sacros ordines, vt 77. di. monachus. Sed nonne hic diutius expectabitur quàm per tres mensis: ꝙ esse non debet,vt 50.dist.postquam.sic s. eo.Osius.& 7.q.1.constitutum.

Et si nulla ei crimina, quæ per legis sacræ regulam morte mulctanda sunt,obuiant,tunc hortandus est, vt vel monachus, [a] vel à vobis subdiaconus fiat: & post aliquantum temporis, si Deo placuerit,ipse ad pastoralem curam debeat promoueti.

Cui autem visitatio iniungitur, nihil de rebus eiusdem ecclesiæ à quoquam præsumi patiatur.

Vnde Gregorius Gaudentio Episcopo,lib.4.epist.12.seu.c.56.

¶Non patiatur à quoquam præsumi de rebus ecclesię,cui eius fuerit iniuncta visitatio.

CAP. XIX.

1 QVoniam Festus Capuanæ eccleſiæ episcopus in Romana ciuitate positus de hac luce migrauit, curæ nobis fuit (quæ vniuersis ecclesijs à nobis impenditur) ad fraternitatem tuam præsentia scripta dirigere, vt memoratæ ecclesiæ visitator [b] accedas: sic tamen, vt nihil de prouentionibus † clericorum, reditu, [c] ornatu, ministerijsque,vel quidquid præfati loci esse patuerit,à quoquam præsumi patiaris, sed omnem vigilantiam, atque cautelam circa clerum, plebemque eiusdem ecclesiæ exhibere te conuenit, vt in vigilijs, obsequioque ecclesiastico sedulò, ac deuotè debeant seruire.

DISTINC. LXII.

Reuiter [d] monstratum est, ex quibus ordinibus in quos gradus sunt eligendi. Nunc videndum est,à quibus sunt eligendi,& consecrandi. Electio, clericorum est, A *petio,plebis.*

Vnde Leo Papa Rustico Narbonensi Episcopo,epist.90.al.92.c.1.

A ¶Est.] *In vulgatis codicibus sequebatur*, consensus principis. *In manuscriptis verò partim legitur*, consensus plebis, *partim*, petitio plebis: *atque ita est emendatum.*

1 Anſ. lib. 5.c.12.

«Visitatorẽ quis constituere põt.

† al. prouectionibus.

a ¶*Vel monachus.*] Sed quare monachus? fortè quia erat monasterium cui deerat prælatus. Vel ideo ꝙa si est monachus, citius potest promoueri ad sacros ordines, vt 77. di. monachus. Sed nonne hic diutius expectabitur quàm per tres mensis: ꝙ esse non debet,vt 50.dist.postquam.sic s. eo.Osius.& 7.q.1.constitutum.

Qvoniam Festus.] CASVS. Capuanus archiepiscop⁹ Romæ defunctus est: & ideo Papa præcipit cuidam episcopo, vt illuc visitator accedat: & nil de reb. ecclesiæ minui patiatur: sed & clerum & plebem illius loci moneat, vt in vigilijs mortuorum, & in obsequio diuino sedulè seruiat & deuotè.

b ¶*Visitator.*] « Hic habes, ꝙ Papa visitationis committit officiũ. Sed an metropolitanus possit visitatorem constituere, sicut præses curatorem, vt inst. de cur. §. vl. Non credo. Io. Ego dico ꝙ sic: cum non inueniam ꝓhibitum. argumentum extr.de senten.exc.nuper. B.

c ¶*Reditu.*] A quo custodiri debent bona vacantis ecclesiæ, notaui infra 2. q. 2. charitatẽ. & c.illud.

Reuiter.] CASVS. Supra dictum est ex quo ordine, & in quem debeat quis promoueri. & quòd laici non debeant in episcopos eligi. Nunc verò docet, quòd clericorũ est eligere, & populi consentire.

d ¶*Breuiter.*] Nunc hic ostendit,ꝙ clericorum sit eligere, populi consentire. Ostendit etiam ꝙ si aliquis fuerit consecratus sine auctoritate metropolitani, deponitur. 51. dist. qui in aliquo. ver.fi.

Vlla ratio.] CASVS. Quidam episcopi non fuerunt electi à clericis,nec à populo expetiti: nec metropolitani iudicio consecrati.Quæritur de istis talibus episcopis,& de ordinatis ab eis, an debeant inter episcopos & ordinatos reputari? Et resp. Leo Papa ꝙ non: potest tamen dispensari cum clericis ab eis ordinatis,vt j. 1.q. 1. si quis à pseudoepiscopis.

e ¶*Nec à plebibus.*] « Consensus plebis requiritur in electione: & eo ipso consentiunt, ꝙ perhibent ei testimonium: quia testimonium plebis æquiualet electioni,vt 24. di. c.1.& 67. di.reliqui. Sed quid si aliquis est consecratus, qui non habuit consensum plebis, nunquid cassabitur consecratio? Vñ ꝙ sic in odium consecrantium & eligẽtium cum contemptus est: licet ex gratia populus sit requirendus vel vocandus, vt 16.q. 7. decernimus. 21. q. 2.c.1. & 70.di.c.1. Nam semper cõsensus plebis est requirendus, vt 8.q. 1. licet. Item quia laicus potest excipere contra electum: & dicere ꝙ ei inuito non est dandus episcopus, vt infrà 63. di. capit. si fortè.& cap. Hadrianus. H. dicit si oritur scandalum ex hoc, ꝙ cassanda sit electio & consecratio: sed dico [b] non ideo cassandum, licet non affuerit: quia plura exiguntur, quæ tamen omissa nõ vitiant factũ. arg. 30.q. 5. nostrates. quia hmõi leuia omissa non vitiant rẽ, vt ff. de ven. insp.l. 1.in fi.eo ipso autem intelligitur laicus consentire, si nõ dissentit, vt 54. di. si seruus.2.ff. solu.mat. l. 2.§.vl.

« Cõsensus plebis est in electiõe requirendus.

2 Pol.l.2.ti. 1. Bur.l.1. c.2.Ansl.6. c.75. Iuo p. 5.c.65.

† al. cõprouincialibus.

b Et bene secundũ Lau. & Io. de F.

f ¶*Tribuendum.*] Isti tñ dant ordinem, & habent eum: sed non iustè, vt j. de conse. dist. 4. nullus autem.

g ¶*Nec docetur.*] si. extra de iu. pat. quòd autem.

h ¶*Si qui.*] 1. q. 1.sacerdotib. & ca. si qui à pseudoepiscopis.

4 Pol.l.6.ti. 1. Bur.l.15. c.13. Iuo p. 16. cap. 14. Deusdedit. par.1.

Docendus.] CASVS. Quidam populus nolebat episcopum eligere, nec permittebat eligere clericos. quæsitum fuit à Cælestino, quid in hoc casu sit faciendum. Et respon. populum esse docendum, vt prohibita non attentet: qui si non corrigitur, punitur ecclesiastica seueritate, sc. excommunicatione.

i ¶*Per seueritatem.*] scilicet excommunicationem. ferro enim resecanda sunt vulnera,&c.vt 16.q. 1.in canonibus.

5 In Pontificali est mentio huius decreti.

NISI. CASVS. In hoc §.& sequen. c.dicitur, quòd episcopus consecrari non debet, nisi fuerit canonicè electus: & casum per te videbis.

¶Non sunt habendi inter episcopos, qui nec à clericis eliguntur,nec à plebibus expetuntur.

CAP. I.

2 NVlla ratio sinit, vt inter episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus [e] expetiti,nec à prouincialibus † episcopis cum metropolitani iudicio consecrati. Vnde cum sæpè quæstio de malè accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum, [f] quod nec † docetur [g] fuisse collatum? 3 Si qui [h] autem clerici ab istis pseudo episcopis in eis ecclesijs ordinati sunt, &c. *vt infrà in causa simoniacorum.*

Item Cęlestinus Papa ad episcopos Apuliæ,& Calabriæ,epist.3.c.3.

¶Populus non debet præire,sed subsequi.

CAP. II.

4 DOcendus est populus, non sequendus: nosque, si nesciunt, eos quid liceat,quidúe non liceat, commonere, non his consensum præbere debemus. Quisquis verò conatus fuerit tentare prohibita, sentiet censuram sedis Apostolicæ minimè defuturam. Quæ enim sola admonitionis auctoritate non corrigimus,necesse est, vt per seueritatem [i] congruentem regulis vindicemus. Per totas ergo hoc, quæ proprijs rectorib.carent, ecclesias volumus innotescat,vt nullus sibi aliqua spe forsitan blanditus illudat.

Nisi autem canonicè electus fuerit,consecrari non debet.

Vnde Calixtus PP.2.

¶Non consecretur in episcopum, nisi canonicè electus.

CAP. III.

5 NVllis [k] in episcopum, nisi canonicè electum cõsecret. Quod si præsumptum fuerit,& consecrans,& consecratus absque recuperationis spe deponatur.

k NVllis.] ¶*Deponatur.*] 1.q.1. si quis episcopus.& ca.si qui episcopi. suprà dist. 50. ex pœnitentib. suprà 63. distin.qui ecclesiasticis.

Laici.

Laici.] hęc di. diuiditur in quatuor par. In prima probat per 8.auctoritates sanctorum, ꝙ laici non debent eligere, nec electioni interesse nisi vocati. Secunda ibi,*Contra.* Tertia ibi,*Principibus.* Quarta ibi,*Verùm quia.* Ioan.de Fan.

CASVS. Supra dictū est, ꝙ electio est clericorum. Sed quia laici volebant interesse electionibus clericorum, ideo supponit hác 63. dist.in qua primò ostēdit,ꝙ laici non debent interesse electionibus, vsq; ad §.*His omnibus.* Deinde probatur contrarium. Deinde in §. *Electione.* ponit solutionem.

DISTINC. LXIII.

1 ps *Laici*[a] *verò nullo modo se debent inferere electioni.*

Vnde Hadria. PT. in 8. syn. Constantinopoli sub ipso celebrata.

¶Laici electioni Pontificum non se inferant.

CAP. I.

1 NVllus laicorum principum, vel potentum semet inferat electioni, aut promotioni Patriarchæ, Metropolitæ, aut cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confusio,vel contentio, præsertim cum nullam in talib.potestatem quemquam potestatiuorum, vel cæterorum laicorum habere cōueniat. *& infrà.* ¶ 2 Quisquis autem secularium principum, & potētum, vel alterius dignitatis laicus aduersus communem,[b] & consonantem,atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentauerit, anathema sit, donec obediat, & consentiat, quidquid ecclesia[c] de electione, & ordinatione proprij pręsulis se vel le monstrauerit,

¶*Hic citantur partes quædam vigesimi secundi canonis octauæ synodi sub Hadriano Papa,ij.habitæ,& ab Anastasio bibliothecario latinitate donatæ.*

Item ex octaua synodo, actione prima.

¶De eodem.

CAP. II.

3 HAdrianus Papa secundus (quod Nicolaus p̄decessor eius disposuerat[d]) missos suos, Donatum scilicet Hostiēsem episcopum,& Stephanum Nephesinum episcopum, & Marinum diaconum sanctę Romanę ecclesię ad Basilium Imperatorem, & ad filios eius Constantinū,& Leonem Augustos,[e] Constantino polim direxit, cum quibus & quod sicut.& ext.de post. bonæ. 2.in fi. & seruitus seperatim conceditur.ff.de ser.rust.præ.per fundum.Dico nullam talem esse electionem,cum sit clādestina,vt ext.de ele.quia pp.ad fi. Io.Hoc hodie determinatū est,ext.de ele.in Genesi.vbi dicitur,quòd singulares electiones non valent.Bar.

Anastasius bibliothecarius[f] Romanæ sedis vtriusq; linguę, græcæ,& latinæ peritus perrexit:& synodo congregata(quā octauam vniuersalem synodū illuc conuenientes appellauerunt) exortū schisma de Ignatij depositione,& Photij ordinatione sedauerunt, Photium anathematizantes, & Ignatiū restituentes. In qua sic statutū est: 4 Consecrationes,† [g] & promotiones episcoporum cō cordans priorib. concilijs,clericorum electione, ac decreto episcoporum collegij fieri sancta hæc & vniuersalis synodus diffinit,& statuit:atq; iure promulgat, neminem laicorum[h] principum, vel potentum semet inferere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitæ, aut cuiuslibet episcopi,ne videlicet inordinata, hinc, & incongrua fiat confusio, vel contentio, præsertim cum in talibus nullam potestatem quemquam potestatiuorum, vel cæterorum laicorum habere conueniat:sed silere,& attendere sibi,vsquequo regulariter à collegio ecclesiæ suscipiat finem electio futuri Pōtificis. Si verò quisquam laicorum ad contractandum,† [i] & cooperandum inuitatur[k] ab ecclesia,licet huiusmodi, cum reuerentia, si fortè voluerit, obtemperare se asciscentibus. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad suam ecclesia†salutem promouet.[A]

A ¶Promouet.] *Si hic addatur vers.*Quisquis. *ex capite antecedente,erit integer 22.canon.8.synodi.In vulgatis sequebatus uox* clerus.*quę in vetustioribus est glosa interlinearis.*

Item ex historia tripertita, lib. 7.cap.8. [5]

¶ Electioni episcoporum Imperator interesse non debet.

CAP. III.

7 VAlentinianus Imperator veniens ab oriente ad hesperias partes (vt refert

c ¶*Ecclesia.*] ecclesiā hic vocat viros ecclesiasticos, qñq; vocatur cōgregatio fideliū,vt j. de conse.di.1. ecclesia. DE hoc dixi 7.q.1.scire.

H*Adrianus Papa.*] CASVS. Ignatius patriarcha Cōstantinopolitanus iniustè fuit depositus, & Photius loco eius substitutus:q̄ p̄sumptionē Nicolaus voluit remouere, sed morte p̄uentus non potuit,sed Hadrianus successor eius misit nūtios tres Constātinopolī ad Basiliū Impatorē,& ad filios eius, cū qb. fuit cancellarius Romanæ sedis, & ibi octaua synodus cōgregata, duo fecit. Primò Photium deposuit, & Ignatiū restituit. Secundò constituit,vt clericorū si electio tm̄, & ꝙ nullus laicus inserat se electioni patriarchę metropolitani vel ep̄i:sed silere debet. & attēdere qd clerus faciat,nisi à clericis iuitaretur ad remouēdos, & impugnādos malos.

d ¶*Disposuerat.*] arg. successorem debere cō summare quod antecessor ĩchoauit,vt hic,[d] & 12. q. 2. hæc huius. & q.5.quia.

ADDITIO. Ad idē ext. de resc. literis. vbi de hoc. & 11.q.3.si eps añ dānati. Papa tm̄ non tenebatur ad hoc, nec hoc dicitur ꝙ teneretur,bene tm̄ fecit. B.

e ¶*Augustos*]no. ꝙ filij Imperatorū dn̄r ēt Augusti,qa sperabat̄,ꝙ ēnt futuri Imperatores, & quasi p̄ auguriū hoc sperabat̄.“ Vel sicut Impator dr̄ Augustus,quia illius p̄positi dēt esse,ꝙ augeat,sic & filius p̄t dici Augustus, qa & hoc propositum debet habere, cum habebit imperium. [e]

f ¶*Bibliothecarius.*]i. cancellarius.s̄. 21.dist. submittitur.

g ¶*Consecrationes.*] hęc sūt verba concilij.

h ¶*Laicorum.*] j.96. di.bene quidem.

i ¶*Ad contractandum.*] idest,simul tractandum.

k ¶*Inuitatur.*] “ hinc inuitantur laici ad electionē, alibi ad sermonem faciendum, vt 23.di.mulier. qñq; ad causas mr̄imoniales,vt 35. q. 5. ad sedem. causis autem fidei intererunt etiam non vocati,vt 96. dist. vbi nam. Sed nunquid subscribent laici? ar.ꝙ sic.7.q.1.episcopus de loco.

V*Alentinianus.*] CASVS. Cum ecclesia Mediol. vacaret pastore, mortuo Auxentio hęretico, qui Mediol. ecclesiam,

1 Anſ.l.6.c.23.&72. Iuo part.5.c.122. Pan.l.3.capit.8. Deusdedit par.1.

a Vel facias continuatiōné non ad pximā dist. sed ad 61. di.vbi dr̄,qd̄ laici non debent eligi, sic nec eligere, vt in hac dist. Io. de Fan.

2 j.c.proxi. Pol.l.2.ti.3.

“ Electioni nullus laic⁹ dēt interesse.

b Idem not. j. ea. distin. Reatina.

3 Anſ.l.6.c.23. Iuo p.5.c.122.Pann.l.3.c.8. De⁹ dedit p. 1.

“ Electio sit cōis consonans, & canonica.

c Argu. ad hoc 92.dist. ca. pe. & ibi de hoc. arg. ad hoc 38. q. 2. si quis. abbas.

4 Polyc.l.2. tit.1.

† promotiones & consecratiōes] Orig.

d Et 18. q. 2.dudum.

† al. concertandum] Orig. & alij collect.

† al.& ecclesiæ.

“ Imperator quare dr̄ Augustꝰ.

5 Caput ē collectoris arbitratu cōpositum.

e Hoc v3 ad solutionem eius ꝙ hr̄ 21. dist. nunc autē. 7.q.1.in apibus.L.

“ Laici ad aliqua spiritualia inuitantur.

f Ad idē qd̄ leg. & no.j. e.quantò.in glos. ex hoc loco. in fin. &c.

ecclesiam, vt lupus dilaniarat, venit ab oriente Valentinianus Imperator, & suasit episcopis congregatis, vt talem in archiepiscopum elegerēt, cui etiam ipse Imperator se syncerè submittere possit. episcopi verò cum rogarent imperatorem, vt eligeret, ipse noluit assentire. demum Ambrosium elegerunt nondum baptizatum, vnde Imperator gratias referens, ꝙ electus esset ad saluandas aīas, cui curam corporum commiserat, confortauit eum vt non timeret. dicens: Deus te adiuuabit, & ego te semper defendam, & pro te pugnabo.

a ¶ *Episcopos.*] ergo electioni metropolitani intererunt omnes episcopi comprouincia les, vt j. e. metropolita no. & 66. di. c. 1. Io. sed in his non attendo [a] ni si consuetudinem, vt ext. de ele. cum ecclesia. & ext. de postu. bonæ. Io. [“] De iure communi oīs electio spectat ad capitulum, vt ext. de cau. pos. & proprie. cum ecclesia. B.

[a] Vt est ecclesia Rauēnas.

[“] electio ad quē spectat de iure cōi.

b ¶ *Solo.*] sic magistri morib. & facūdia alios debent præcedere, vt C. de profes. & med. magistros. lib. 10.

c ¶ *Testemque.*] no. ꝙ conuersatio præbet alicui testimonium, vt 2. q. 7. cum pastoris.

d ¶ *Submittamus.*] ar. ꝙ imperator est minor quolibet episcopo. [“] & excommunicari potest ab episcopo, vt hic innuitur, & 18. dist. quoniam quidem. 96. dist. duo. tamen Imperator est maior in temporalibus illis qui ab eo recipiunt temporalia: sed minor est in spiritualibus, ext. de ma. & obed. solitæ. 2. q. 7. §. item cū Dauid.

[“] Impator pōt ab epo excōicari.

e ¶ *Super vos.*] i. ad vos spectat. sic respon. Theodoricus. 17. dist. §. hinc. Vel ideo hic dicit, super vos. [“] ꝙa electio est periculo eligētium. [b] si quis. n. malum nominat, tenetur de omni damno, & dispendio, quod per eum acciderit. C. de peric. nominatorum. l. 1. lib. 11. Item si inhabilem nominat, & appellatur, tenet̄ dare sūptus quos fecerant aduersarij. C. de decu. l. 2. lib. 10. [c]

[“] electio est periculo eligentium.

[b] Vt 61. di. qd ꝓderit, & c. obitū.

[1] In epistō. ad Vercellense.

[c] Et de sū. recu. l. vna. li b. x. Arch.

f ¶ *Electus.*] & ita malè dicit G. ꝙ fuerit postulatus. s̄. 61. dist. §. his omnib. & §. sic beatus. in fi. Sed potes dicere, qd̄ fuit electus in postulandum: [d] vt ext. de reu. post trāslationem. Io. & dicit T. ꝙ clericus alterius ecclesiæ in sacris ordinib. constitutus eligi potest Ita no. in illa decre. post translationem. nisi sit episcopus, vt videtur dicere decr. extra de ele. cum inter canonicos. & postea debet postulari. B.

[d] Sic ét no. j. c. quāto. i gl. 1. Ad idē ext. de ele. i causis. Electio tn̄ sic celebrata n̄ est initialis, sed ꝓparatoria ad electionē faciēdā, secundū Io. & Gofr.

g ¶ *Corpora.*] & ita fuit curialis, sed absolutus fuerat, nec ex officio contraxerat irregularitatē, alioquin non promoueretur. 51. dist. si quis post.

h ¶ *Ordinem.*] ex hoc verbo dixerunt quidā, ꝙ Imperator debet habere ordinem subdiaconalem, sed non est verum, [e] quia habet militarem characterem, vt 1. q. 1. quod qdā. gerit tn̄ officiū subdiacōni cum ministrat epō.

[2] Iuo part. 5. c. 357.

[e] Adde Bal. plenè hoc exāminātē, & tenētē ꝓ opi. gl. i, pa. C. & doc. in c. venerabilē. extra. de ele. & Spec. ti. de leg. §. nunc ostendēdum. ver. 39.

¶ *Corpora.*] & ita fuit curialis, sed absolutus fuerat, nec ex officio contraxerat irregularitatē, alioquin non promoueretur. 51. dist. si quis post.

CAP. IIII.

[2] POrrò scias, quia relatum est nobis, quòd quicunque ad episcopatum in regno tuo prouehendus est, non nisi fauentem [i] tibi permittas eligi. [k] Idcirco Apostolica auctoritate sub diuini iudicij obtestatione iniungimus tibi, vt in Treuerensi vrbe, & in Agrippina colonia nullum eligi patiaris, antequam relatum super hoc, nostro Apostolatui fiat.

Item ex concilio Parisiensi. 1. c. 8.

¶ Non recipiatur à comprouincialibus, qui regia ordinatione episcopale culmen est adeptus.

CAP. V.

[3] SI per ordinationem regiam honoris istius culmen peruadere aliquis nimia temeritate prēsumpserit, à cōprouincialibus loci ipsius episcopis † recipi nullatenus mereatur, quem indebitè ordinatum cognoscunt. Si quis de comprouincialibus recipere eum contra interdicta † præsumpserit, sit a fratribus omnibus segregatus, & ab ipsorum omnium charitate semotus.

[3] Iuo p. 5. c. 123. Pan. l. 3. c. 9.

† al. epūm.

Item ex concilio Laodicensi, c. 13.

¶ De eodem.

CAP. VI.

[4] NOn est permittendum turbis electionem eorum facere, qui sunt ad sacerdotium promouendi.

[4] Burc. l. 2. c. 8. Iuo p. 6. c. 28. Ansel. l. 6. cap. 38. al. 43 Deus ded. p. 1. & 4.

Item ex A *septima synodo, quæ est secunda Nicæna, 350. episcoporum, cap. 3.*

¶ Irrita sit electio episcopi, vel presbyteri, vel diaconi à principib. facta.

CAP. VII.

Principibvs. Hæc eſt 3.pars huius diſtin. in qua reddit rationem,quare vocabantur principes ad electiones. Archidiaconus.

Casvs. Hic duplex ratio redditur, quare quondam Regibus & Imperatoribus electiones repræſentabantur: ſ. vt nullus hæreticorum & ſchiſmaticorum electioni contraueniret,

pro

---

tionis per decre.illam,præterea.extra de appel.B.

a ¶*Obediens.*]hoc dicit ex humilitate, quia ei præcipere non poterant.Hug.

b ¶*Laxaui.*] No. "epiſcopum remittere poſſe quæ ad ipſum ſpectant,non quæ ad Deum: [a] arg. 23.q. 4. ſi is qui prelatus.Sed nonne quæ fiunt in psonam epiſcopi,vel alterius prælati, fiunt in contemptum eccleſiæ, & ideo in Deum?vtiq;, ſed principaliter in prelatum.s.diſt. 45. & qui emẽdat. & 23.q.4.iter.

« Eps an poſſit iniuriã ſibi factã remittere.

a Adde ad hãc gl. tex.i l. ſi quis in hoc. cũ ſua auth. C. de ſan. epiſc.

c ¶*Ac ſi me.*] Arg.qp ratihabitio ſequens facit aliquid legitimum, quod ab initio factum fuit illegitimè.extra de iu.pa. cura.18. q. 2. de monachis.9. q.2.Lugdunen.

d ¶*Cognoui.*]per auditum.2.q.5.quanto. 22. qu.5. hoc videtur. non tanquam iudex. 2. q.1. §.quando.

CVm *longè.*] Casvs. Conſuetudo erat in Hiſpania, qp quoties moriebat epiſcopus, omnes epi cõprouinciales congregabantur, vt Regi de obitu præſulis ſignificarent.Sed quia qñque nuntiorum impediebatur celeritas, ita qp ſine magno incommodo electio principis non valebat expectari: & ſi recederent, oportebat eos iterum conuenire ad conſecrationẽ electi:& ſic eis difficultas maxima incumbebat, ſimiliter & Regi immi nebat difficultas, cum alijs negotijs impeditus non poſſet tam cito conſulto epiſcoporum reſpondere,quod conſultum numeroſa neceſſitas expectabat: ideo placuit omnibus epiſcopis Hiſpaniæ, vt archiepiſcopus Toletanus haberet poteſtatẽ confirmandi & ordinãdi in quibuslibet prouincijs epiſcopos,quos regalis poteſtas eligat ſaluo priuilegio cuiuſlibet prouinciæ: ita tñ vt quicunq; fuerit ordinatus, poſt ſuam ordinationem intra ſpatium trium menſium proprio archiepiſcopo ſe præſentet.

† Dum]ori. in quo hæc oſo pendet ab alio principio.

† al. iniurioſa.

† al.Gallię.

e ¶*Poteſtati.*] nihil tamen hic Regi ſubtrahitur: quia ſicut prius eligebat, ita & modò poſt priuilegium Toletano epiſcopo conceſſum.B.

f ¶*Atque Galliciæ.*] connumerat hic Galliciam Hiſpaniæ, cum tñ ſit pars eius: & ita pars connumeratã ſuo toti. ſic j.eo. ego.& C.de excu.tu.exactores. vbi dicitur, onerib. & tutelis. Additio. Cum tamen omnis tutela ſit onus: & ita ius non reſpicit talem connumerationem.Vel locus eſt ſicut loquuntur peregrini.vel non eſt pars eius,ſecundùm Lau.

b Et ſic not. qp cõſentit aliquid ſaluo iure ſuo.

g ¶*Priuilegio.*]i.iure.ſic 9.q.3.ſaluo. [b] ff.qb.mo. pig.vel hypo.ſol.ſi debitor.§.1.potius ergo onus quàm ius primatiæ cõceſſum fuit huic Toletano epo. cum.n. Rex eligeret olim de conſilio omnium epiſcoporum,hoc cõſilium concediẽ ei hic.

h ¶*Maneat.*]Arg.propter loci & temporis difficultatem electionem fieri à quo non debeat:ſic ext.de iu.pa. ſi verò.& 24. q.1.pudenda.93.diſt.iuxta.

gere ſucceſſores:ſic tamen, vt quiſquis ille fuerit ordinatus, poſt ordinationis ſuæ tempus infrà [k] trium menſium ſpatium proprij metropolitani præſentiam viſurus accedat.

Electiones quoque ſummorum Pontificum, atque aliorum infrà præſulum quondam Imperatoribus repræſentabantur: ſicut de electione B.Ambroſij, & B. Gregorij [l] legitur.Quibus exemplis, & præmiſſis auctoritalibus liquidò colligitur, laicos non eſſe excludendos ab electione,neque principes reijciendos ab ordinatione eccleſiarum. Sed qp populus iubetur electioni intereſſe: non præcipitur aduocari ad electionem faciendam, ſed ad conſenſum electioni adhibendum. [l] Sacerdotum enim (vt in fine ſuperioris ca.Stephani [m] Papæ legitur) eſt electio, & fidelis populi eſt humiliter conſentire. Deſiderium ergo plebis requiritur, vt clericorum electioni concordet. Tũc enim in eccleſia Dei ritè præficietur antiſtes: cum populus pariter in eũ acclamauerit, quem clerus communi voto elegerit.

Vnde Cæleſtinus Papa ait ad epiſcopos Galliæ epiſt.2.c.5.

¶Plebis non eſt eligre, ſed electioni conſentire.

CAP. XXVI.

[2] CLeri, plebis, & ordinis conſenſus, & deſideriũ requiratur.

Item Leo primus ad epiſcopos Viennenſis prouinciæ,epiſ.87.al.89. [ſed paulò aliter,& copioſius.]

¶ De eodem.

CAP. XXVII.

VOta [n] ciuium, [o] teſtimonia populorum,honoratorum [p] arbitrium, [q] electio clericorum in ordinationib. [r] ſacerdotum expectantur. † *& infrà.*¶ Per pacem, & quietem ſacerdotes,qui præfuturi ſunt, poſtulentur, teneatur ſubſcriptio clericorum : honoratorum teſtimonium,ordinis conſenſus, [s] & plebis. [t]

i ¶*Epiſcopis eligere.*] i.à Rege electos conſecrare & confirmare.

k ¶*Infrà.*]j.di. 93.iuxta.ext.de iu.pat.ſi verò. j. 65. diſt. ſi quis contra. ſed non eſt cõtra. [c]

c ſub.immo potiꝰ cõcordat, cũ hic dr, intra 3. mẽſiũ, &c.i duob. mẽſibꝰ impletis qđ idẽ eſſet ſcdm Ioan.

Electiones. Casvs. Iſte §. reſpicit prox.c.cum longè. Nõ ſolùm in Hiſpaniâ eligebantur epi per Reges, ſed etiã electiones ſummorum Pontificũ & epiſcoporum quondam Imperatorib. repreſentabantur:ſicut factum eſt de Ambroſ.& Grego. Vnde apparet laicos ab electione nõ eſſe excludendos. Hãc verò contrarietatẽ ſoluit Grat.dicens, qp laici non debet vocari ad electionem faciẽdam, ſed ad præbendum electioni conſenſum. Ná clericorum elt eligere, & populi cõſentire: ſicut s.in c.noſſe.in fi.Et qp laici vocẽtur ad electionem non vt eligãt, ſed vt conſentiant electioni, probat per duo ſeq.c.quorum primum patet.

1 s.e.c.noſſe.

l ¶*Et beati Gregorij.*] non in hoc volumine, niſi arg.s.ea. Agatho.

m ¶*Stephani.*] s. ead. diſt.noſſe.

2 s.diſt.61. c.nulli⁹. Poly.l.2.ti.1.& cęteri.vt j.

Vota.] Casvs. Dr in hoc c. quæ debeant in electione concurrere, ſ. conniuentia & cõſenſus ciuium, bona fama populi, maiorum laicorum arbitriũ & voluntas, & electio clericorum,& ſubſcriptio.

n ¶*Vota.*] i.conniuẽtia & conſenſus, vt s. diſt. 24 epiſcopus.

† aliàs,conſtituantur.

o ¶*Ciuium.*] non ruſticorum extra ciuitatem conſiſtentium.

p ¶*Honoratorum.*] ſ. maiorum de populo, & clero. s. ea. Hadrianus.in fi.

q ¶*Arbitrium.*]s.diſ. 23.c.1.24.di.c. nullus.

r ¶*In ordinationibus.*] id eſt,electionibus.

s ¶*Ordinis conſenſus.*] quia dicitur ordo cerdonum, pellipariorum,vel alterius corporis.

t ¶*Et plebis.*] " nomine plebis cenſentur illi, qui non ſunt collecti ad aliquod corpus [d] faciendum: de quo corpore habes.ff.quod cuiuſque vni.l.1.& eſt ad hoc bonum ſimile.C.de epiſc.au.l.iubemus.

" Plebis nomine qui cẽſentur.

d De hoc le.& no.extra de excẽſ.pl. delicta. & per Inn. ext. de of.ord. cum ab eccleſiarum. Arch.

Principibvs. Hæc eſt 3.pars huius diſtin. in qua reddit rationem,quare vocabantur principes ad electiones. Archidiaconus.

Casvs. Hic duplex ratio redditur, quare quondam Regibus & Imperatoribus electiones repræſentabantur: ſ. vt nullus hæreticorum & ſchiſmaticorum electioni contraueniret,

pro

pro quibus sæpe ecclesia periclitabatur: & vt ipsi principes tanquàm filij deuotissimi consentirent in electum, quem sibi viderent in patrem eligi: sicut de Ambros. fecit Valentinianus. Et q̃ principes interessent propter hæreticos & schismaticos, probat per sequens c.

a ¶*Legibus.*] 23.q.7. cap.1. & 2.& di.8.quo iure.

QVia.] CASVS. Romana Ecclesia sę pe patiebatur molestias in obitu Papæ, & in electione successoris: quia nuntij Imperatoris defuerant: ideo statuit Stephanus, q̃ electio Papæ non fieret nisi prę sente populo,& senatu,& Imperatore, vel eius legatis, vt scandala remouean tur, & eis præsentibus consecretur: & nullus audeat extorquere iura menta vel promissiones, nisi quæ fuerint de antiqua consuetudine.

1 §.c.Valétinianus.

b ¶*Præsente.*] inf.79. dist.nullus.

"Iurādū ne est de indémitate eccle siæ ante ele ctionem.

c ¶*Iuramenta.*] " vī ergo, quòd ante electionem non sit præstā dum iuramentum de indemnitate ecclesiæ, vt 8.q.3.Artaldus. & §. 28. di. de Syracusanæ. præsumentur.n. hęc ió facere vt eligeretur. Dicunt tamen quidam, quòd si est consuetudo, quòd præstetur, præstari potest: & sic intelligunt quod dicitur hic in fi. Quid tamen iuris sit de hoc, hēs 8.q.3. in summa.

2 Pan.l.3.c. 1.§.Stephanus Papa.

"Consuetudo an possit inducere, vt aliquid recipiatur in spiritualibus. a Quia hoc affertiuè ponūt Ioan.B. Host.ext.de simo. tua.& facit ad hoc q̃ consuetudo facit non delictū, qđ aliàs esset delictū. 32. q.4. obijciū tur. Ad idē habes.argu. opt. extra. de temp.ordi.c.2. ibi videas. Arch.

d ¶*Consuetudo.*] " Per hoc videtur, quòd in spiritualib. seruanda sit consuetudo in recipiendis munerib.[a] vt §. eod. Agatho.& in authen. de san.epi.§.4. col.9.& 1. q. 3. quæsitum.& 9.q. 3. conquestus. & ext. de simo. ad Apostolicam. Arg.contra ext. de sim. cum in ecclesiæ. & c. sicut. Ad hoc dicunt quidam, q̃ licitum est aliquid petere in spiritualibus, sed non pro spiritualibus, vt non petatur pro consecratione, sed pro consuetudine. Vel dic quòd si consuetudo illa pietatem continet, non potest peti: tamen superior cogere potest, vt seruetur talis consuetudo, vt dicit illa constitutio, ad Apostolicam. H. tamen dicit, quòd istud referatur ad legatos Imperatoris, vt non aliud Romana ecclesia petat ab eis, quàm ipsi soliti sunt facere, s. vt Papa non cogat eos aliud iuramentum facere Papæ, quàm iuramentum fidelitatis, quod Imperator consueuit præstare, vt j. ead. tibi. & hoc indicat illud verbum, minuatur.

VERVM. Hæc est quarta pars huius di. in qua dicitur, quare principes postea fuerunt prohibiti, scilicet quia impedimentum præstabant: & quia ipsi renuntiauerunt. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum est §. in cap. quia. quòd constitutio facta fuit quondam, quòd Imperatores deberent interesse electioni Papæ & episcoporum, vt §. patet in multis cap. Nunc verò dicit Gratianus in hoc §. quòd postea statutum fuit contrarium propter tres rationes. Prima ratio est, quia Imperatores abutebantur priuilegio suo: quia non solùm consentire volebant, sed etiam electionibus se ingerebant. Secunda ratio fuit, quia in hæresim labebantur, & sæpè ecclesiam impugnabant. Et quòd Apostolici potuerunt in contrarium statuere, & destruere constitutiones quas antecessores fecerunt pro bono, probat exemplo Ezechiæ, qui serpentem æneum, quem fecerat Moyses pro liberatione populi, destruxit: cum populus illum coleret sicut Deum. Tertia ratio est, quia Imperatores suis priuilegijs renuntiauerunt: & postea electiones Apostolicorum celebratæ sunt præsentibus & inconsultis legatis Imperatoris, quod probat sequens cap.

4. Reg.18.

e ¶*Excelsa.*] id est, templa idolorum in excelsis posita.

f ¶*Ideo.*] quia iussu domini factus erat: & quia eum respicientes liberabantur.

g ¶*Destruxit.*] " Hic Ezechias commendatur ex destructióe imaginis, quæ erat occasio superstitionis. quare ergo Massilienſis episcopus condemnatur, qui destruxit imagines, in quibus populus idolatriam committebat, vt de conse.dist. 3. perlatum? Dic quòd serpens iste fuit temporalis ad sanandum vulnera. vn de cessante causa cessare debuit effectus, sed causa imaginum perpetua est, vt habeatur in eis memoria Dei.

" Ezechiæ commendatio.

h ¶*Destruantur.*] Argum. " successores debere mutare facta & instituta prædecessorum etiam bona, si viderint esse ea pernicio sa exemplo. 7.qu.1.videntes. 35.q. 1.capit. 1. & 96.dist. bene.in fi.di. 69. corepiscopi. & extra de deci.suggestum. vbi est argumen. quòd priuilegium quod est exemplum mali, remouendum est. instit. vi bon. rap. §. sed ne dum talia.

" Successores, pdecessorum statuta mutare possunt.

3 Iuo par. 5.c.16.

CVm Hadrianus.] CASVS. Hadrianus secundus ab ecclesia S. Mariæ maioris deportatus est à clero & populo & proceribus certatim ad patriarchium Lateranense. quod audientes nuntij Ludouici Imperatoris molestè tulerunt, quòd cum præsentes essent, vocati non fuerunt: qui audientes quòd non fuit factum in contemptum eorum, sed ad cautelam futuri temporis, omnem indignationem medullitus sedauerunt, & accesserunt humiliter ad salutandum electum.

i ¶*Traheretur.*] Debet enim ire quasi inuitus, vt argumen. 1.q.6. sicut is.C.de episco. & cler. si quemquam. sic enim appellantur quasi proprio nomine: & quia portatur Papa in manibus, ne offendat ad lapidem.

2 ¶*Temporis.*

3 *Principibus verò, atque Imperatorib. electiones Romanorum Pontificum, atque aliorum episcoporum referedas vsus, & constitutio tradidit pro schismaticorum, atque hæreticorum dissensionibus, quibus nonnunquam ecclesia Dei concussa periclitabatur: Contra quos legibus[a] fidelissimorum Imperatorũ frequenter ecclesia munita legitur. ¶Reprę sentabatur ergo electio Pontificum catholicorum principibus vt eorum auctoritate roborata nullus hęreticorum, vel schismaticorum auderet contraire, & vt ipsi principes tanquam deuotissimi filij in eum consentirent, quem sibi in patrem eligi viderent, vt ei in omnibus sufragatores existerent: sicut Valentinianus B. Ambrosio supra legitur dixisse[1] Noli timere: quia & Deus, qui te elegit, semper te adiuuabit, & ego adiutor, & defensor tuus, vt meum ordinem decet, semper existam.]*

Vnde Stephanus Papa statuit, dicens.

¶Præsentibus legatis Imperatoris ordinetur Pontifex Romanus.

CAP. XXVIII.

2 QVia sãcta Romana Ecclesia, cui, auctoī Deo, præsidemus, a plurib. patitur violentias, Pontifice obeunte: quę ob hoc inferuntur, quia absque imperiali notitia Pontificis fit consecratio: nec canonico ritu, & consuetudine ab Imperatore directi intersunt nuntij, qui scandala fieri vetent: volumus, vt cum instituendus est Pontifex, conuenientib. episcopis, & vniuerso clero eligatur præsente[b] senatu, & populo, qui ordinandus est: & sic ab omnibus electus pręsentibus legatis imperialibus consecretur; nulluſque sine periculo sui iuramenta,[c] vel promissiones aliquas noua adinuentione audeat extorquere, nisi quæ antiqua exigit consuetudo, [d] ne vel ecclesia scandalizetur, & imperialis honorificentia minuatur.

4 Verùm, quia Imperatores quandoque modum suum ignorantes, non in numero consentientium. sed primi distribuentium, imo exterminantiũ esse voluerunt, frequenter etiam in hæreticorum perfidiam prolapsi catholicæ matris ecclesiæ vnitatem impugnare conati sunt, ideo sanctorum Patrum statuta aduersus eos prodierunt vt semet electioni non inserent, et quisquis eorum suffragio ecclesiã obtineret, anathematis vinculo innodaretur: sicut scriptura quoque diuina dicit, quòd Ezechias dissipauit excelsa[e], & contriuit statuas, & succidit lucos, & fregit serpentem æneum, quem fecit Moyses: videlicet, quia illum serpẽtem Deus fieri iusserat, ne serpentina morte populus interiret, ideo[f] ipse populus colere, & venerari cum cęperat: & idcirco destruxit[g] iste, quem iubente Deo fecerat ille, Ac per hoc magna auctoritas ista est habenda in ecclesia, vt si nonnulli ex prædecessoribus, & maioribus nostris fecerunt aliqua, quæ illo tempore potuerunt esse sine culpa, & postea vertuntur in errorem, & superstitionem, sine tarditate aliqua, & cum magna auctoritate à posteris destruantur[h]. Postremò præsentibus legatis Imperatorum, & inconsultis, electiones Romanorũ Pontificũ leguntur celebratæ, & tandem ijdē Imperatores religioso mentis affectu præfatis priuilegijs renuntiauerunt: multa insuper donaria ecclesiæ conferentes.

Vnde Gregorius A scribit.

¶ Inconsultis legatis Imperatoris Hadrianus II. ad pontificatum eligitur.

CAP. XXIX.

3 CVm Hadrianus secundus ad Romanũ Pontificatum ab ecclesia Dei genitricis Dominæ nostræ, quæ dicitur ad præsepe, traheretur[i] ad Lateranense patriar-

1 ¶ Inconsultis legatis Imperatoris Hadrianus II. ad pontificatum eligitur.

2 ¶ Temporis.

a ¶ *Temporis.*] Not. quæ non ſunt mala, interdum debent omitti, ne ſint exemplo perniciosa, vt s. diſtin. 23. in nomine. ſuprà diſt. 21. denique. 12. quæſt. 2. liberti. 2. quæſt. 7. accuſatio. & 30. q. 1. c. 1. inſti. vi bo. rap. §. ſed nedum.

b ¶ *Et ad ſalutandum.*] argum. " eos cõſenſiſſe electioni ex quo interfuerunt, & eum ſalutauerunt, & non reclamauerunt. ſic extra de his quæ fi. à maio. par. capit. ex ore. in fi. & ext. de priuile. cum olim. in fin. & extra de ſent. excomm. ſi aliquando. [a] & eo ipſo quòd quis ſalutat alium, videtur conſentire ei, vt 24. q. 1. omnis. Sic ex eo quòd quis non vult ſalutare alium, præſumitur inimicus. vt extra. de offi. delega. cum ſuper. in parte deciſa. & eo ipſo quòd Stephanus dixit, perlegatur: intelligitur conſenſiſſe, vt 96. diſt. bene. ſic inf. de conſec. diſt. 2. pacem.

" Electũ ſalutans electioni eius præbet conſenſum.

1 Concor. tex. ĩ l. ſi exhæredat. & l. ſi apponas. §. 1. ff. de inof. teſt.

a Ad hoc fa. qđ le. & no. ext. đ p̃b. dilecto. in gl. ad hoc videbat. Sed p̃ot dici, q̃ ibi eps ignorabat illũ minº canonicè fuiſſe receptũ: & iõ nõ obfuit. arg. ff. de interr. act. đ ętate. §. vſum. Ar.

EGo *Ludouicus.*] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In j. parte dicitur, q̃ Impe. Ludouic. conceſſit & confirmauit Paſchali & eius ſucceſſoribus Romam cum toto ſuo ducatu & territorio in perpetuum tenere, & habere quietè, ſicut ſui anteceſſores quietè poſſederunt. In ſecunda parte dicitur, quòd quando Papa de hoc mundo migrauerit, nullus electionem ſucceſſoris cuiuſcunque ſit gentis impediat, vel electorib. contradicat: ſcilicet Cardinalibus, ſed eo electo & conſecrato nuntij dirigantur ad regem Franeorum ad pacem & amicitiam inter eos ſociandam. Secunda pars incipit ibi, *Idem quando diuina.* Seq. ca. patet.

2 S. Antoni nus p. 2. tit. 16. c. 1. §. 2. Volaterr. l. 3. Anſl. 4. c. 35. Iuo p. 5. c. 51.

c ¶ *Confirmationis.*] Argu. quòd aliquid ſimul datur & confirmatur, vt no. s. ead. in ſynodo.

d ¶ *Viculis.*] id eſt, villulis. ff. ad mun. qui ex vico. nec poſſet Imperator illam donationem reuocare, cum dicit lex, quòd ſola immenſitas eſt menſura rerum donatarum in eccleſia. C. de ſacroſan. eccle. auth. ſed hodie. imo nec concedit hic, ſed conceſſa cõfirmat. nam omnia hæc & alia plura iam prius fuerant eccleſiæ conceſſa. inf. 96. diſtin. Conſtantinus. " præterea quia Imperator poteſt alienare [b] res imperij, vt ff. de leg. 1. apud Iulianum. §. vlt. Item quia per hanc conceſſionẽ non lęditur imperium, ex quo res redit ad primum ſtatum, vt ff. de pact. ſi vnus. §. pactus. & 35. diſt. ab exordio. non ob. 12. quæſt. 2. non liceat. quia ille nõ poterat legem imponere ſuo ſucceſſori. extra de elect. innotuit.

† al. villulis.

" imperator imperij res alienare pt. b Ad hoc fa. opt. q le. & not. 16. q. 3. placuit. 1. ſecundum Io.

e ¶ *Et territorijs.*] Quid ſit territorium, quid ſit oppidum, quid vrbs, habes ff. de verb. ſign. pupillus. §. territorium. " Et ſic eſt argum. quòd nomine ciuitatis non comprehenduntur eius territoria, vt 12. quæſt. 2. cap. vlt. & ff. de verb. ſign. l. 2. & ff. de arbit. ſi cum dies. §. ſi arbiter. Argumen. contra. ff. de verb. ſign. qui in continentibus. & l. ædificia. ff. de iud. inſulæ. ff. de offic. præf. vrb. l. 1. ibi, *Cum vrbem.*

" Ciuitatis appellatiõe eius territoria ñ cõprehenduntur.

f ¶ *Seu.*] Hæc dictio, ſeu, potius auget donationẽ, quàm diſiungat inter res donatas, vt ff. de aur. & arg. leg. l. ſi quis ita.

g ¶ *Migrauerit.*] " olim enim nullus audebat tractare de electione Papæ ante tertium diem poſt ſepulturam præmortui, vt j. diſt. 79. nullus. ſed per contrariam conſuetudinem hoc hodie abrogatum eſt.

" Papę electio olim p triduum differebatur.

ADDITIO. Idem ſentiunt hic Hugo. & L. quorum fuit hæc gl.

3 S. Antoninus ibi. Iuo p. 5. c. 14.

h ¶ *Omnes Romani.*] Nota quòd olim omnes Romani intererant electioni ex conſuetudine. j. c. proxi. & cap. ſeq.

i ¶ *Francorum.* ["No. imperium prius Francorum fuiſſe, ſed poſteà Teutonici virtutibus q̃meruerunt imperium, vt 28. q. 1. §. ex his. in quos hodie trãſlatũ eſt imperium. ext. de elec. venerabilem.

" imperium Franci primò, deinde Teutonici habuerunt. c No. hic, q̃ tũc Franciã tenebat Romanus Imperator.

CONſtitutio.] CASVS. Dicitur hic quòd primus Henricus & primus Otho conſtituerunt cum Romanis

4 Anſl. 4. c. 37. & l. 6. c. 7. Iuo p. 5. cap. 52.

chium, certatim à clero, & proceribus, & plebe deportatus eſt. Quod audientes miſſi Ludouici Imperatoris moleſtè tulerunt, indignati ſcilicet, q̃ dum præſentes eſſent, non fuerunt inuitati, nec optatæ à ſe futuri præſulis electioni intereſſe meruerunt. Qui acceptа ratione, quòd non cauſa contemptus Auguſti, ſed futuri temporis [a] proſpectu omiſſum hoc fuerit 1 (ne videlicet legatos principum in electione Romanorum pręſulum expectandi mos per huiuſmodi fomitem inoleſceret) omnem indignationem medullitus ſe dauerunt, & ad ſalutandum [b] electum etiam ipſi humiliter acceſſerunt. B

A ¶ Gregorius.] *Hoc antea citabatur ex Gregorio quarto, cuius eſſe non poteſt, cum Hadrianus ij. de quo hic mentio fit, poſterior ſit Gregorio quarto. In Pontificalibus verò manuſcriptis inter geſta Hadriani ij. itemq́ue in collectione manuſcripta decretorum Romanorum Pontificum in decretis eiuſdem Hadriani ſecundi habetur.*

B ¶ Acceſſerunt.] *In ijſdem Pontificalib. hæc continenter ſequuntur:* Audiens hoc Ludouicus Imperator Chriſtianiſſimus, mox Imperialem ſcribens epiſtolam, cunctos Romanos, qui dignum tanto peregiſſent officio præſulem, collaudauit: per quam epiſtolam videlicet innotuit, nulli quidpiam præmij fore p̃ conſecratione Romani Pontificis quoquo modo pollicendum: cum ipſe hanc non ſuorum ſuggeſtione, ſed Romanorum potius vnanimitate ardentiſſimè cuperet prouenire, maximè cum reddi, quæ ablata fuerant, non auferri à Romana eccleſia, vel deperire quidquam ſe diceret anhelare.

Item pactum conſtitutionis Imperatoris primi Ludouici cum Romanis Pontificibus.

¶ Electio Romanorum Pontificum à Ludouico conceditur Romanis.

CAP. XXX.

2 EGo Ludouicus Imperator Auguſtus ſtatuo, & concedo per hoc pactum confirmationis [c] noſtræ tibi beato Petro principi Apoſtolorum, & per te vicario tuo domino Paſchali ſummo Pontifici, & vniuerſali Papæ, & ſucceſſoribus eius in perpetnum, ſicut à prædeceſſoribus noſtris vſq; nunc in veſtra poteſtate, & ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis Romanam ciuitatem cum ducatu ſuo, & ſuburbanis, atque viculis † [d] omnibus, & territorijs [e] eius montanis, & maritimis litoribus, & portubus, [f] ſeu cunctis ciuitatibus, caſtellis, oppidis, ac villis in Thuſciæ partibus. *Item infrà.* ¶ Quãdo diuina vocatione huius ſacratiſſimæ ſedis Pontifex de hoc mundo migrauerit; [g] nullus ex regno noſtro, aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo ſub noſtra poteſtate conſtitutus licentiam habeat contra Romanos aut publicè, aut priuatim veniendi, aut electionem faciẽdi: nullusq́ue in ciuitatibus, aut in territorijs ad eccleſiæ beati Petri Apoſtoli poteſtatem pertinentib. aliquod malum propter hoc facere præſumat: ſed liceat Romanis cum omni veneratione, & ſine qualibet perturbatione honorificam ſuo Pontifici exhibere ſepulturam: & eum, quem diuina inſpiratione, & beatri Petri interceſſione omnes [h] Romani vno conſilio, atque concordia ſine qualibet promiſſione ad Pontificatus ordinem elegerint, ſine aliqua ambiguitate, vel contradictione more canonico conſecrare: & dum conſecratus fuerit, legati ad nos, vel ad noſtros ſucceſſores reges Francorum [i] dirigantur, qui inter nos, & illum amicitiam, & charitatem, ac pacem ſocient.

[*Item Leo quartus Lothario, & Ludouico Auguſtis.*]

¶ Electio, & conſecratio Romani Pontificis non niſi iuſtè, & canonicè fiat.

C. XXXI. PALEA.

3 INter nos, & vos pacti ſerie ſtatutum eſt, & confirmatum, quòd electio, & conſecratio futuri Romani Pontificis non niſi iuſtè, & canonicè fieri debeat.

[*Item conſtitutio A primi Henrici, & primi Othonis cum Romanis Pontificibus.*]

¶ Ab Imperatore, vel nuntijs eius electioni Romani Pontificis nullum obſtaculum generetur.

C. XXXII. PALEA.

4 CONſtitutio primi Henrici, & primi Othonis cũ

manis pontificibus, vt nullus eorum nuntius vel alius cuiuscunque sit gentis vel conditionis, in electione Romani Pontificis audeat contradicere: & qui contradicere voluerit, exilio perpetuo tradatur.

T*Ibi domino.*]Cas v s. In hoc c. continetur qualiter Otho iurauerit fidelitatem Ioanni Papæ per suum procuratorem, in quo dicitur quòd in 8. c. tenetur.

a ¶*Tibi domino.*]Arg. "quòd qui feudum recipit ab ecclesia, iuramentum fidelitatis nõ solùm ecclesiæ, sed etiã prælatis præstare debet, vt ext. de iureiur. Ego N. episcopus. [a]s̃.di. 23. quanquam. & 22.q.5. de forma. imo etiam ipsi capitulo, vt extra de verb. sig. cum clerici. cũ ipsi sint pars corporis sui, vt 6. qõ. 1. si quis cum. [b] Non obst. ext. de sim. ex diligenti. quia ibi non erat ius feudi, de quo iure plenè habetur in constitutione Friderici, de feudis.

b ¶*Et iurare.*]"Nota quòd œconomus siue syndicus iurat in animam propriam, extra de iura. cal. in pertractandis. sed procurator iurat in animam domini, vt hic, & 100. dist. optatum. 17. q.4. metuentes. & extra de off. le. nouit. in parte decisa. Fit autem hoc iuramentũ sub talibus verbis. Ego iuro in animam domini mei, q̃ ip se hoc seruabit. [c] Vel sic iurat. Dominus me⁹ iurat per me, quòd hoc seruabit: sic ipsum De⁹ adiuuet. Sed qualiter obligat aliquis alium per iuramentum contra id quod legitur instit. de inut. stip. §. si quis alij? Sed dic quòd dominus semet obligat, sed per alium, vt ext. de sen. exc. mulieres. ff. de admi. tu. ita autem. §. gessisse. "Sed q̃d si dominus reuocet mãdatum, [d] nun quid intelligitur obligatus per tale iuramentum? ita, si non peruenit reuocatio ad procuratorem, sicut id quod facit iudex tenet, donec ignorat reuocatum mandatum, vt extr. de app. si duobus. & ratione ignorantiæ tenet sententia, vt 3.q.7. §. tria. in prin. & 9. q. 1. ordinationes. ff. de off. præsi. si fortè. ff. de procur. si procuratorem. in fi. ff. mand. si mandassem. Ioan. Si autem lis esset contestata, oporteret q̃ reuocatio perueniret ad iudicem vel aduersarium. alioquin firmum est quod fit cum procuratore, vt extra de proc. mandato. Si autẽ non sit lis contestata, videtur sufficere si reuocatio peruenit ad procuratorem, vt dicit expresse decre. ext. de p̃c. ex insinuatione. & c. seq. B. Sunt tamen speciales casus in quibus requiritur perseuerantia: sicut cum matrimonium contrahitur per nuntium, si dominus reuocat mandatum, non dico dominum obligatum, licet nuntius ignoret reuocatum: [e] & cum pater mandat filio vt aliquem manumittat ff. de manu. vin. si pater. & hoc ideo quia pater & filius censentur vna persona, vt 35.q.3.§.hac auctoritate. Ioan.

c ¶*Meo.*]aliàs, meorum. sed quam cautionem potest de hoc facere, quòd sui non dent damnum, contra id ff. commod. ad eos? Vel qualiter potest se obligare ad alienum factum, contra id inst. de inut. sti. §. si quis alij? " nec enim tenetur quis de facto familię suæ si ipse non mandauit, nec ratum habuit, vt 1.q.4. quia prę̃sulatus. extr. de rest. spol. cum ad sedem. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. ait prætor. Sed dic q̃ intelligitur obligasse [f] se curaturum, ne ab eis dãnum daretur. 22. qõ. 5. de forma. sicut est cum quis permittit alium sisti in iudico: tantùm ad hoc tenetur vt operam det quam potest. ff. de ver. ob. quoties qs. Sed litera illa, meorum, nõ est in libro meo. Ioan.

S*Acrorum.*]Casvs. Carolus & Ludouicus constituerunt, vt episcopi à clero & populo de sua diœcesi eligerentur ob vitæ meritum, & sapientiores remota acceptione munerum & personarum, quatenus verbo & exemplo suis possint prodesse subiectis.

d ¶*Per electionẽ.*]Hoc nomen propriè & impropriè sumitur hic cũ illis genitiuis cleri populi: arg. ff. cõmo. si vt certo §. commodatum.

e ¶*Diœcesi.*] Not. pro Hug. q̃ examinãdi sunt oẽs de diœcesi prius q̃ eligatur extraneus, vt di xi 61. dist. nullus.

f ¶ *Personarum.*] sic 8.q.2. dilectissimi. & extra de inst. ad decorem.

g ¶*Et munerum.*] Cũ talis eligatur, à Deo dicitur eligi. 8. q. 1. si ergo. Hug.

h ¶*Vt exemplo.*]nam cœpit Iesus facere & docere, vt 26. dist. ecce. & §. ex his.

EX HIS. Casvs. Concludit Gratianus ex supradictis, quòd Imperatores renuntiauerunt priuilegijs quę sibi concessa fuerant de electione summi Pontificis. Et cum constet ex supradictis, q̃ electio est clericorũ tantũmodo: nunc quæritur incidenter, an sit tantùm canonicorũ matricis ecclesiæ, an etiam aliorum religiosorum eiusdem ciuitatis. Cui qõni rñdens primò p̃bat auctoritate Nicæni & Gangrensis concilij, quòd sufficiant clerici matricis ecclesię ad episcopum eligendum. Postea videtur hoc corrigere per auctoritatem Nicolai, dicens quòd sicut electio Papæ non fit à Cardinalibus tantùm, sed etiam ab alijs religiosis: sic & electio episcopi non à canonicis tantùm, sed etiam à religiosis fieri debet, quod probat auctoritate Innocentij Papæ.

Romanis Pontificibus. Vt nullus missorum nostrorum cuiuscunque impeditionis argumentum in electione Romani Pontificis componere audeat, omnino prohibemus. *Item.* 1 In electione Romanorum Pontificum neque liber, neque seruus ad hoc venire præsumat, vt illis Romanis, quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum Patrum antiqua admisit consuetudo, faciat aliquod impedimentum. Quòd si quis contra hanc nostram constitutionem {facere} præsumpserit, exilio tradatur.

A ¶Constitutio.]*Ex antiquo exẽplari Gratiani restitutus est hic titulus, in quo exemplari post titulum istum, interposita rubrica, incipit caput:* Vt nullus, &c. *vt etiam apud Iuonem. Verùm, quia receptum est, vt initium huius cap. sit à dictione,* Constitutio. *relicta sunt hæc verba etiam in principio ipsius. Extat verò hoc cap. in vetustis quoque exemplaribus, in quibus paleæ esse non solent.*

Item constitutio Othonis.

¶Iuramentum Othonis, quod fecit domino Papæ Ioanni.

CAP. XXXIII.

2 TIbi domino [a] Ioanni Papæ ego rex Otho promittere, & iurare [b] facio per Patrem, & Filium, & Spiritũ sanctum, & per lignum hoc viuificæ crucis, & per has reliquias sanctorum: quòd si permittente Domino Romã venero, sanctam Romanam Ecclesiam; & te rectorem ipsius exaltabo secundũ posse meũ, & nunquam vitam, aut membra, & ipsum honorem, quem habes, mea voluntate, aut meo [c] consilio, aut meo consensu, aut mea exhortatione perdes: & in Romana vrbe nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio: & quidquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem perueneritꝫ tibi reddam: & cuicunque Italicum regnum commisero, iurare faciam illum, vt adiutor tui sit ad defendendum terram sancti Petri secundum suum posse. Sic me Deus A adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

A ¶Sic me Deus.] *Addita hæc sunt ex Centio Camerario, in cuius libro habentur multæ formæ iuramentorum, & extat manuscriptus Romæ.*

Item ex 1 *lib. capitulorum* † *Caroli, & Ludouici Imperatorum, capitu.* 84.

¶ Liberum sit clero, & populo de propria diœcesi episcopum eligere.

CAP. XXXIIII.

3 SAcrorum canonum non ignari, vt in Dei nomine sancta ecclesia suo liberius potiretur honore, assensum ordini ecclesiastico præbuimus, vt scilicet episcopi per electionem [d] cleri, & populi secundum statuta canonum de propria diœcesi [e], remota personarum [f], & munerum [g] acceptione, ob vitę meritum, & sapientiæ donum eligantur, vt exemplo [h], & verbis sibi subiectis vsquequaque prodesse valeant.

Ex constitutionibus his, & pacto Ludouici Imperatoris deprehenditur, Imperatores illis renũtiasse priuilegijs, quæ de electione summi Pontificis Hadrianus Papa Carolo Imperatori, & ad imitationem eius Leo Papa Othoni primo Regi Teutonicorum fecerat. Cum ergo præmissis auctoritatibus cunctis liqueat electionem clericorum tantũmodo esse, quæritur, quorum sit ipsa

e Concord. tex. in l. stipulatio ista in pr. & l. cũ filius. §. j. cũ ibi no. ff. de verb. obl.

" Familiæ delictũ an dominum obliget.

f ¶ hac ma. not. extr. de sponsi. sicut. Arch.

† al. capitularium.

3 Anse. l. 6. c. 6.

"Vasall⁹ ecclesię cui d; fidelitatis iurm̃ p̃stare

1 In leg. Lõgobar. l. 5. tit. de Põt. leg. 3.

a Meli⁹ e. ti. ea te. §. nũc igitur. in pr. & de p̃scri. cũ ñ liceat. §. ideoq; in prin. Arc.

b Al. §. verũ

" Oeconomus & ꝓcurator diuersimodè iurant.

c De cõsimili ma. no. In no. in l. 6. de test. p̃sentiũ. q̃ est Inn. in glo. scilicet totius, &c.

a S. Antoninus p. 2. tit. 16. c. 1. §. 16. ĩ med. Anse. l. 1. ca. 90. & l. 4. c. 36.

" ꝓcurator reuocat⁹ si aliqua facit an teneant.

d Idẽ no. In. ext. de spõs. sup rubr. & satis ẽt not. j. 30. qu. vlt. nec illud. ibi videas. & hæc snĩa ẽt hodie approbatur ext. lib. 6. de proc. c. procurator. [abest à Gratia. & Iuo]

[a] Nomẽ clericorũ qñqs restringit.

a ¶ *Maioris.*] "Sic ergo nomen clericorum restringitur ad maioris ecclesiæ canonicos, [a] vt 10.q.1.antiquos. 8. q.1. c. 2. ext.de verb.sig.cum clerici.benignè est in talibus seruanda cõ suetudo,vt extra de cau.pos.cum ecclesia.

[a] Adde q̃ ét aliqñ ad ꝓlatos, gl.est no. in auth. de sanc.epi. §.presbyterorũ,coll.9.

b ¶ *Non à Cardinalibus.*] vt s̃.distinct.23.cap.1.&c.

Obeuntibus.] Cavs. Constituit in hoc cap. Innocent. Papa, quòd cum vltra tres menses à tempore vacationis episcopalis ecclesia vacare non debeat: canonici sub vinculo excommunicationis non faciãt electionem episcoporum religiosis exclusis, vt eorũ consilio idonea eligatur persona. Si autem fuerit aliter factum, irritum erit & vacuum. Nunc quærit Gratianus incidenter, si duo à partibus eligãtur, qs sit alteri præferendus: quod per sequen.c.declaratur.

[1] Nicol. ij. al.j. in cõci. Rom.c.1.

[2] Innoc.ij.c. 28.

c ¶ *Sub anathematis.*] quid de hoc tenere debeas,dixi s̃.eadem, Salonitanæ.

[a] Electione dicitur quis tripliciter excludi.

d ¶ *Excludant.*] "dicit Hug. istos tripliciter excludi: tunc propriè excluduntur, cum non vocantur, vel si vocati non audiuntur,vel si sponte veniant, non admittant̃. Credo hoc c.nõ tenere. [b] aliud em̃ seruat̃, & religiosi hic vocantur clerici ciuitatis,vel prælati episcopatus.arg. 79.dist. si quis pecunia.

[b] Cũ hoc dicto vr̃ concor. Hug. q̃ no. hoc, qa in multis ecclesijs derogatũ é huic canoni ex cõtraria cõsuetudine, q̃ Papa scit,& ñ improbat & sic vr̃ tacitè approbare. Arch.

e ¶ *Religiosißimos.*]id est,prælatos aliarum ecclesiarum.

f ¶ *Exclusis.*] quia inuitæ nuptiæ, &c. 31, q.2.§.1.

[a] Religiosorum consensus an sit in eorum electione requirendus.

g ¶ *Assensu.*] "Videtur quòd non tantùm consilium religiosorum,sed etiam consensus ipsorum requirendus est: & ita videtur quòd religiosorum personæ faciant partem in electione,argumen.extra de elect.cum in veteri.nam & sequaces sũt aliorum in electione, vt 79. distinct. cap. 1.& cap.si quis pecunia.& 23.dist.cap.1.& satis potest dici,quòd nisi consilium ipsorum fuerit requisitum, quòd nulla sit electio: si tamen fuit habitum consilium,& non consensus,tenet electio,vt extra de abitr.cum olim.& est simil.ff.de administ.tutorum.quidam decedens.§.Papinianus. & extra de regul.licet.C.de iure emphyteut.l. vltima.Et expone consensu requisito, licet non habito.

h ¶ *Eorum.*] Argum. quòd non sufficit religiosorum præsentia, nisi habeatur consilium argum.j̃.10. quæst. 2. casellas argum.12.quæst.2.sine exceptione.§.1.

i ¶ *Et conniuentia.*]Argum.quod aliquorum consensu fieri debet,eorum dissensu impeditur faciendum, & dissoluitur factum, vt s̃.distinct.51.qui in aliquo. & 31.q. 2.si verum.s̃.distin.62. nulla ratio.1.q. 1.ordinationes.10. q.2. casellas. 12. q.2.alienationes.& cap. sine 15.q.7. episcopus nullius. 33.q. 5.quod Deo.&c.manifestum.20.q.2.puella.

k ¶ *Nunc ergo quæritur.*]Super isto §.posuit Hug.dist.quia cum eligentes dissentiunt, tria considerand̃ sunt, auctoritas,numerus, & bonus zelus. Auctoritas consideratur in dignitatibus, zelus consistit in animo, vt sine carnali amore eligant,sed secundũ meritũ personæ. "De numero patet, & dicit quòd vbicunque duo ex istis concurrunt, pręponderant tertio.vnde si ex vna parte est auctoritas & bonus zelus, & ex altera numerus: pro priore iudicatur,vt 23. dist. cap.1. & 93. dist.miratus.7.q.1.denique. Item si ex vna parte est numerus & auctoritas,& ex altera est bonus zelus,pro primo iudicatur.

[a] Collatio numeri ad numerum, &c. est in electione facienda.

electio,an clericorum maioris [a] *ecclesiæ tantùm,an etiam aliorum religiosorum qui in eadem ciuitate fuerint. Sed(sicut in breuiatione canonum Fulgentij Carthaginensis ecclesiæ diaconi inuenitur)in septimo capitulo† Nicæni concilij, & in Gangrensi statutum est,vt ad eligendum episcopum sufficiat ecclesiæ matricis arbitrium. Nũc autem sicut electio summi Pontificis non à Cardinalibus* [b] *tantùm verum etiam ab alijs religiosis clericis auctoritate Nicolai Papæ* [1] *est facienda: ita & episcoporum electio non à canonicis tantùm,sed etiam ab alijs religiosissimis clericis,sicut in generali synodo Innocentij Papæ* [2] *Romæ habita constitutum est.Ait enim.*

¶ Absque religiosorum virorum consilio canonici maioris ecclesiæ episcopum non eligant.

CAP. XXXV.

Obeuntibus sanè episcopis, quoniam vltrà tres menses vacare ecclesiam sanctorum Patrũ prohibent sanctiones, sub anathematis [c] vinculo interdicimus, ne canonici de sede episcopali ab electione episcoporũ excludant [d] religiosissimos [e] viros, sed eorum consilio honesta & idonea persona in episcopum eligatur. Quòd si exclusis [f] eisdem religiosis electio fuerit celebrata: quod absque assensu [g] eorum [h], & conniuentia [i] factum fuerit, irritum habeatur & vacuum.

Nunc ergo quæritur [k]*,si vota eligentium in duas se diuiserint partes, quis eorũ alteri sit præferendus. De his ita scribit Leo episcopus ad Anastasium Thessalonicensem episcopũ epist.82.al.84.cap.5.* [*sed paulò aliter.*]

¶ Cum vota eligentium in duas se diuiserunt partes,quis sit prę-ferendus alteri.

CAP. XXXVI.

[3] Si fortè § quod [A] nec reprehensibile, nec irreligiosum iudicamus § vota eligentiũ in duas se diuiserint [l] partes: metropolitani iudicio [m] is alteri præferatur, qui maioribus & studijs [n] iuuatur, & meritis,tantum † vt nullus [o] inuitis,& non petentibus ordinetur, ne ciuitas † episcopum non optatum aut contemnat, aut oderit.

[3] Polyc.Li. tit.1.Anſl. 6.c. 19.Iuo p.5.ca.347. Pan.l.3.c.6.

[A] ¶ Quod nec reprehensibile, nec irreligiosum iudicamus.] *Hæc verba, quæ à ceteris collectoribus non referuntur, non sunt inuenta apud Leonem, sed apud Gregoriũ, ex quo referuntur* j̃.8.q.1.c. *nec nouum.*

" Electis duob.equaliter qs alteri pręferri.

† al. tamen.

† al. plebs inuita.

[c] Hanc tenetãquã verorẽ. De hoc not. extr.de ele.ecclesia vestra. 2.ibi videas.& qd not. Gof.in sum.de iure pa. §. si plures. ver. sed si p̃sentata.

argum. 28.dist.de Syracusanæ. Ibi enim bono zelo contradicebant qui significabant Papæ electum habere vxorem & filios: sed tamen quia plures erant ex alia parte, & maioris auctoritatis, consensit Papa illis. Item si numerus & bonus zelus est ex vna parte,& ex altera parte auctoritas,statur primo. 65.dist.ca.1.& 2. Hanc distin. non approbo: quia licet ex vna parte sit auctoritas & melior zelus. ex altera numerus,statur pro numero, vt extra de elect. dudũ. 1.& extra de appel.constitutus. nisi numerus esset in paruo maior, & auctoritas aliorum longè præcelleret: & posset eo casu fieri compensatio,vt extr.de test. in nostra. nam vbi est par debitum, & dispar numerus creditorum, semper numerus præfertur, vt C. qui bon. ced. poss.l. vltima.§. 1. tũc enim decurritur ad dignitatem cũ par numerus est hincinde. ff. de pact.maiorem. Similiter dico ad zelum decurrendum, cum par vel ferè par numerus est hincinde. "Sed qd si par est zelus, numerus & auctoritas hincinde?tunc recurratur ad meritum personæ, vt j̃. c. prox. Sed si omnia sunt æqualia, tunc cassetur [c] vtriusque electio, & nouus eligatur, vt 79. distinct. si duo. Vel iudex cogat eos ad concordiam, vt instit. de satisd. tut.§. sin autem. Vel res sorte dirimatur, vt in Mathia,vt 21.distin. cleros. & C. commun. de leg. l. vlt. in princip.& ff.de iudic. sed cum ambo. Vel metropolitanus gratificet cui velit,vt extra de paroch. cap. 1. & argumen. ff. ad Syllan.l.3.§.si cum omnes.& ff.de relig.l.vlt. Vel præferatur ille qui prius ordinatus est,vt 75.dist. cap. vlt. vel senior præferatur,vt 35.quæst.6.ca.1.ff. de fide instrum.l.vlt. Vel ille qui prius nominatus est, vt in authent. de monach. §. pecolla. 1. Vel præferatur ille qui quandoque deliquit, illi qui semper bonus fuit. Vel præferatur ille qui diutius militauit in ecclesia,vt 61.dist. quid proderit. Si autem vtraque electio est vitiosa, vtraque cassatur,vt extra de ele. considerauimus.

Si fortè.]Cavs. Quæsitum fuit à Leone,si duo ad episcopatum eligantur,quis sit alteri præferendus? Et respondet,quòd iudicio metropolitani præfertur ille qui maioribus iuuatur meritis & studijs, & licet possit archiepiscopus alterum alteri præferre: tamen omnibus canonicis inuitis vel plebe non potest episcopum dare, ne quem nolunt, odiant & contemnant.

[l] ¶ *Se diuiserint.*]quia natura hominis prona est ad dissentiẽdum.ff.de arbit.item si vnus.§. vlt.arg.20. q.3. procliuus. Et præsumit hic canon,quòd licet discordia sit in electione, ꝙ vtraque pars bono zelo moueatur,vt 8.q. 1. nec nouum. Sed contra.s̃.e.nosse.Illud est frequentius. hoc autem rarum. 12. q. 1.omnis ætas.

[m] ¶ *Iudicio.*]Sed quid si metropolitanus non vult ipsum cõsecrare? videtur quòd tunc à suffraganeis petenda.sit consecratio,vt 89.dis.volumus.Sed melius est,quòd à superiore petatur, [d] vt 9.quæst. 3.nunc verò. & 8. quæst.3. Ar taldus ext. de in. pat.nullus.

[d] ā hoc no. 65. dist.c.1.

[n] ¶ *Studijs.*]eligentium:quia magis appetitur iste quàm ille.

[o] ¶ *Tantum vt nullus.*]quasi dicat," si timetur scandalũ, tũc vtriusque electio cassabitur,vt 79.dist. si duo. tũc enim est aliquid detrahendum seueritati,vt 50.dist.vt constitueretur.

" Electio vtriusque electi cassatur timore scandali.

Hinc

HInc considerandum.]Hæc dist.diuiditur in tres partes.In prima probat, quòd episcopus debet consecrari in loco vbi mandauerit metropolitanus. Secunda ibi,*Quia per ambitiones.* Tertia,ibi,*Episcopum.*Ioan. de Fant.

CASVS.Supra ostensum est, à quibus episcopi sint eligendi. Amodo vult ostendere Gratianus,à quibus sacri ordines sint conferendi, & quo tempore sint tradendi, & in quibus locis patriarchæ , primates, archiepiscopi,episcopi, corepiscopi & reliqui sacerdotes sint ordinandi. Et durat tractatus vsque ad 81. di. videlicet à quibus ordinentur episcopi,in Nicæno concilio diffinitum est. Vnde in hac 64. distin.docet, qp episcopi sunt ordinandi ab archiepiscopo cũ omnibus suffraganeis : vel saltem à tribus posſunt ordinari de mandato archiepiscopi.

1 In concil. Nicæno 2. c.3.Ansl.l.6. c.4. & 54. Iuo par.5.c. 117. Burc.l. j.c.27. concor.

a ¶*Hinc considerandum.*] Hic depingitur 64. dist. In præcedenti dist.docuit ad quos pertineat episcoporum electio.In hac orditur tractatum suum vsque ad 81. dis. ostendendo à qbus sacri ordines sunt distribuendi,& quo tẽpore , & in quibus locis.Aquib. hoc facit in hac dist.[a] Ex quo tempore , hoc facit in 75. dist. In quibus locis , hoc facit in 80.dist. Primò dicit de consecratione episcoporũ. No. ergo , quòd electus in episcopum confirmatus debet consecrari à metropolitano cũ suis suffraganeis:vbi autem metropolitanus adesse non potest , vel etiam non vult, præstabit auctoritatem hoc faciendi [b] tribus ad minus , alijs omnibus per literas suas consensum præbentibus.Item metropolitanus ab omnibus suis suffraganeis debet consecrari , aut saltem à tribus.

a Et in seq. vsq; ad 65. dist. electus cõfirmat[a] à quo debet consecrari.

b Quis metropolitan[a] hoc delegare possit, p batur ext. d elẽ.suffraganeis. & de transla. c.1. & de of. or. quod sedẽ.

EPiscopi.] CASVS. Quæsitũ fuit in cõcilio à quot episcopis sit aliquis ordinandus in episcopum? Et respondetur,quòd ab omnibus comprouincialibus episcopis,aut à tribus saltem præsente metropolitano,vel eo mandante,ita vt illi qui interesse non possunt, suũ consensum literis præbeant. Potestas autem conuocandi , vel confirmandi episcopos,spectat ad metropolitanum.Duo cap. sequentia plana sunt.

b ¶*Tres episcopi.*]absque metropolitano,extra de tempo. ordinatio. capitu. nec episcopi . Vel dic , quòd duo sufficiunt cum metropolitano. & secundum hoc dic , quòd hæc dictio , præter,ibi ponitur inclusiuè.sic 15.quæstio.7.felix. argum. ad hoc.infra ead.cap.3.Ioan.Sed certè ibi non est,præter,nec litera contradicit B.

DISTINCT. LXIIII.

1. ps HInc considerandum [a] est,à quibus,vel quo tempore sacri ordines sunt tribuendi, vel quibus in locis patriarchæ, primates,archiepiscopi, episcopi, corepiscopi,& reliqui sacerdotes sint ordinandi. *A quibus ordinentur episcopi,in Nicæno primo concilio definitum est,in quo sic legitur,* c.4.

¶Ab omnibus comprouincialibus episcopi ordinentur.

CAP. I.

1 EPiscopi ab omnibus, qui sunt in prouincia sua,debent ordinari.Si verò hoc difficile fuerit, vel aliqua vrgente necessitate, vel itineris longitudine, certè tres episcopi [b] debent in vnum congregari : ita vt etiam cæterorum,qui absentes sunt,consensum in literis [c] teneant , & ita faciant ordinationem. Potestas [d] sanè, vel cõfirmatio pertinebit per singulas prouincias ad metropolitanum episcopum.

Item Anacletus ad episcopos Italiæ,epist.2.

¶De eodem.

CAP. II.

2 ORdinationes episcoporum auctoritate [e] Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia, episcopis sunt celebrandæ. *& infrà.*
¶ Quòd si simul omnes conuenire minimè poterunt: assensum [f] tamen suis apicibus [A] præbeant,vt ab ipsa ordinatione animo non desint.

A ¶Apicibus.]*In epistola est,* precibus. *Apud Iuon. & Burch.* precibus,& scriptis.

[*Ex concilio Arausicano, 1.capitu.21.*]

¶PALEA.

in episcopum? Et respondetur,quòd ab omnibus comprouincialibus episcopis,aut à tribus saltem præsente metropolitano,vel eo mandante,ita vt illi qui interesse non possunt, suũ consensum literis præbeant. Potestas autem conuocandi , vel confirmandi episcopos,spectat ad metropolitanum.Duo cap. sequentia plana sunt.

b ¶*Tres episcopi.*]absque metropolitano,extra de tempo. ordinatio. capitu. nec episcopi . Vel dic , quòd duo sufficiunt cum metropolitano. & secundum hoc dic , quòd hæc dictio , præter,ibi ponitur inclusiuè.sic 15.quæstio.7.felix. argum. ad hoc.infra ead.cap.3.Ioan.Sed certè ibi non est,præter,nec litera contradicit B.

c ¶*Literis.*]arg.quòd in quocunque contractu vel causa cõsensus aliquorum desideratur,nil refert,an præsentes consensum exprimant,"an absentes per literas consentiant[c],vt 100. distinct.optatum.Et est argum. de consensu absentium,vt distinc.63.quanto.& distinc.18.placuit.Et est argum. matrimonium contrahi inter absentes,vt ĩ.30.q. 5. nec illud. & ext. de conuer. cõiu. ex parte.ff.de spõ. l.vlti.Nam in consensu non exigitur verborum solemnitas. ff.de act. & obli.consensu.Sed licet ita sit in cõsecratione, secus est in electione, nisi per procuratorẽ fieret electio, vt ext.de electio. quia propter. Io.

" Absentes pñt per lras consentire.

c Adde ad hoc nota. p Bar. ĩ l.si qs mihi bona. §. iussum.ff. de acq. hær.

3 Burc.l.j. c. 30. Iuo p.5. c.141.Pann. l.3. c.20.

d ¶*Potestas.*] quo ad confirmandum." nam consecrate non potest ẽpm contempto minimo episcopo,qui in prouincia sit : nec ille reciperet executionem, nec dico eũ plus posse hoc casu , quàm alium episcopum.arg.9.q.3.c.1. & 2.Confirmare autem debet statim vel infirmare,si ei notus est electus, ẽt simplici verbo, & in camera. ext.de appel.qua fronte. Sufficit enim si est notus, vt dicat, eligatis magis idoneum.arg.28.dist.priusquam.39.distin.Petrus. vbi est ignotus, examinet eum.In consecratione verò semper examinet,vt 23. dist. qui episcopus.

† al.de abiectione , & ambitione .

† al. vestris.

† al. consecrare.

" Metropolitanus neminem contemnat cũ suffraganeũ consecrat.

4 Pol. l.2.ti. 4.Bur. l.j.c. 28.Pan.l.3. c. 10. Iuo p.5.c.139.

e ORdinationes .] ¶*Auctoritate.*] generali , vt huius c. & similium.

f ¶.*Assensum.*]sed quo modo præstabunt assensum , cum eis fortè notus non sit qui eligitur. nec eum viderunt vnquam, vel audierunt aliquid de eo ? Sed dic, quòd sufficit si non cõtradicant.Vel dic,quòd quem indignũ esse non nouit quis,dignum debet æstimare, & ei testimonium ferre , vt extra de scru. in ordi. fac. ex part.

5 Poly.ibid. Iuo par.5.c. 113. Ansl. l. 6.c.56.

g COmprouinciales.] ¶*Iussu.*] Sed si ecclesia archiepiscopo vacat,cuius auctoritate hoc facient & conuenient? Rñ. Apostolici , vel capituli matricis ecclesiæ,ext.de hęr.ad abolendam.& ext.de elect. quia diligẽtia.

"ius vniuersitatis penes vnum stat.

"Nã & penes vnũ stat ius vniuersitatis. 12.q.2.non liceat alicui.ff.quod cuiusque vniuer.sicut.& 65.distinct. si fortè.

EXtra *conscientiam.*]CASVS. Innocentius duo prohibet in hoc c.Primum est,vt nullus in episcopum ordinetur præter conscientiam metropolitani : qa integrũ est iudicium,&c.Secũdum est, vt vnus ẽps alium ordinare nõ p̃sumat episcopum.Et hoc probat auctoritate Nicænæ synodi.

h ¶*Plurimorum.*]nam dicit lex, qp per ampliores homines p̃fecta veritas reuelatur.C.de fideic.l. vlt.& est simile ext. de offic.dele.prudentiam. 1.resp.in fine.

i ¶*Ne furtiuum.*]ideo dicit furtiuum:qa qđ ad omnes spectat,

ctat,isti subripiũt, nil tamen vnus iure confert.66.dist.c.2.potius ergo hoc dicendo respexit similitudinẽ facti, quàm rei essentiam.Laurent.

Q *Via per ambitiones.*]Hęc est ij.pars dist.in qua probat,ꝙ metropolitanus debet à suis suffraganeis consecrari, & non ab alijs. licet litera sit obscura,ab isto intellectu non recedatur. Ioan.de Fan.

CASVS. ab antiquo fuit statutum,vt archiepiscopus cum omnib. suis suffraganeis ordinaret & cõsecraret suos episcopos, & suffraganei consecrarent suum archiepiscopum. Sed hoc malè in Dardania seruabatur: imo archiepiscopus alienos suffraganeos, & suffraganei archiepiscopum alienum consecrabant. Et ideo Gelasius monet omnes episcopos ꝑ Dardaniam, vel quamlibet prouinciam constitutos, vt ab antiqua consuetudine non recedant, ita quòd nullus archiepiscopus ordinare ꝑsumat alterius suffraganeos, & nulli episcopi cõsecrent archiepiscopum alienum, & pręcepit eis vt regulas veterum seruent, sicut patres nostri fecerunt. Seq. c. eundem habet casum cũ primo c. huius dist.

1 Anſ.l.6.c. 41.al.39.ex Gelaſ.ad natalem eꝑm ꝓpè idem.

2 Concor.l. prędes.C.de ſer.& l.2.C. vt ne. pri.

a ¶ *Ambitiones.*]id est, dissensiones.

b ¶ *Illicitas.*]dimitte, quia, & incipe ibi, non pudet.

†al.vnamq̃que.

c ¶ *Metropolitanis.*] in consecrandis episcopis.

† decedentes]vera lectio,

d ¶ *Episcopis.*]in metropolitanis consecrandis.

“Priuilegiũ à cõsuetud. inducitur,

e ¶ *Antiquitas.*]“No, quòd consuetudo priuilegium inducit. 9. q. 3, conquestus. & prælationes quæ fiunt à rusticis, tempore acquirunt.C.de agr.litib.lib. 11.Arg.contra 10.q.3. quia.& dixi 18.q.2.seruitium.

Item Gelasius vniuersis per Dardaniam constitutis.

¶Episcopi à suo metropolitano,& ipse ab eisdem consecretur.

CAP. VI.

2 1 Q Via per ambitiones [a] illicitas [b] non pudet quosdam ecclesiarum iura turbare, ac priuilegia, quæ metropolitanis [c], vel prouincialibus episcopis [d] decreuit antiquitas [e] temeraria pręsumptione peruadere, propter qđ etiam communionis Apostolicæ desiderant dissidium tenere, quo scilicet ab ei° auctoritate diuisi, vel impunè [f] proprias vsurpationes exerceant, non respicientes, quia æterno iudici rationem tam de catholicæ sinceritatis [g] iniuria, quã de traditionum præiudicijs paternarum, non sine perpetuæ sint damnationis interitu reddituri, si in hac obstinatione permanserint, charitatem vestram duximus [h] instruendã, 2 vt vos omnes in commune fratres, siue per Dardaniam, siue per quamq;†contiguam ꝓuinciam cõstituti,qui vos sub metropolitanis vestris esse meministis [i], & [k] ab eisdem subsitui decernentes†[l], sicut vetus consuetudo deposcit,vnanimiter statuatis [m] antistites [n],& vicissim [o] si metropolitanus humanæ conditionis sorte decesserit,à comprouincialibus episcopis,sicut forma transmisit, sacrari [p] modis omnibus censeatis:nec quemquam sibi, qđ vobis antiqua dispositione cõcessum est, patiamini [q] vendi-

f ¶ *Vel impunè.*]i, saltem de facto, Lau. aliâs est in tex.velut impunè.

g ¶ *Sinceritatis,*] quia catholicam sinceritatem non obseruant.

h ¶ *Duximus.*] hic resume,quia, quasi dicat:quia hoc & hoc est,ideo duximus eam,&c.

i ¶ *Meministis.*]& ideo debitum honorem eis exhibeatis,

k ¶ *Et.*]i.etiam.

l ¶ *Decernentes.*]in commune, communem vtilitatem considerantes,& ad scrutinium venientes:vos omnes inquam vnanimiter.

m ¶ *Statuatis.*]& hoc fieri.

n ¶ *Antistites.*]substitui loco defunctorum,sicut vetus, &c.

o ¶ *Et vicissim.*]omnibus modis censeatis,metropolitanum subaudi.

p ¶ *Sacrari.*]à comprouincialibus episcopis, si metropolitanus de hac vita, &c.hic est verus intellectus huius literæ: nec habet contrarium. Alij intelligunt sic,quòd mortuo metropolitano suffraganei pũt interim aliquem electum consecrare,secundum hoc hæc dictio, sacrari, ponitur passiuè, & non subauditur ibi,metropolitanus,vt 65.dist. si fortè. Sed contra 100.di.quoniam.ibi dicitur ꝙ vacante sede metropolitana nõ debent epi ordinari. “ nec.n.ecclesia sustinet semper vicẽ defuncti epi,vt 12.q. 2.si qua.& ext.de præsc.c. 1. Sed illud cap. quoniam. potest intelligi quando ille fuit in mora petendi pallium. Ioan.

“Ecclesia ñ semper vicẽ defuncti sustinet.

care: quatenus & inter ipsas aduersantium voluntatũ procellas,veterum regulas nullalenus custodire cessetis: sicut persecutionum tempore diuersarum patres nostros constanter fecisse non dubium est.

Item ex concilio Martini Papæ.

¶De eodem.

CAP. VII.

3 EPiscopum oportet [r] maximè quidem ab omni concilio constitui. Sed si hoc ꝓ necessitate, aut pro longinquitate itineris difficile [f] fuerit,ex omnibus tres eligãtur †, & omnium præsentium,vel absentium subscriptiones teneãtur,& sic posteà ordinatio fiat. ¶ Huius autem rei potestas in omni prouincia ad metropolitanum pertineat episcopũ.

Item ex concilio Nicæno, 1.c.6.

¶ Non erit episcopus, qui præter metropolitani sententiã fuerit ordinatus.

CAP. VIII.

4 ILlud generaliter est clarum,quòd si quis [t] præter sententiã† metropolitani fuerit factus episcopus, hunc magna synodus diffiniuit episcopum esse non oportere.

DISTINCT. LXV.

1. ꝑs *Omprouincialium* [u] *episcoporum vniuersaliter desideratur consensus in ordinatione episcopi. Quòd si aliqui animositate ducti contradicere voluerint, obtinet sententia plurimorum.*

Omprouincialium.] Hæc dist. diuiditur in tres partes. Secunda ibi, *Si autem.* Tertia ibi,*His auctoritatibus.*Io.de Fan.

CASVS. Dictum est supra, quòd comprouinciales epi debent interesse consecrationi episcopi. Nunc verò in hac 65. distin. dicit, ꝙ si aliqui contradixerint,obtinere debet sententia plurimorum. & est primus articulus huius dist. quæ quatuor habet articulos:qui per quatuor §. distinguuntur.

“ Hæc dist. 4. articulos cõprehẽdit.

u ¶ *Comprouincialium.*]Hic intitulatur 65.dist.“in qua quatuor articuli ponuntur. ` Primus est,quid iuris sit in ordinatione episcopi,si aliqui episcopi dissentiunt. Secundus, quòd metropolitanus non debet consecrare episcopum præter cõscientiam primatis vbi primas est. Tertius, quòd episcopus non consecratus in præsentia archiepiscopi, debet eum intra spatium trium mensium visitare. Quartus est,quòd si vnũ tantùm episcopum contingit in prouincia superesse, inuitare debet

c Concor.l. nominationũ.C. de de cu.li. 10. & l.nulli. cum seq. ff.quod cu. vn.

a Ar.ad idẽ 7.q.1. qa ff. ibi ſpiritu contumaci. ſumpto ar. à contrario ſenſu.ꝺ hoc not.11.q.3. non debet.

3 In capitul. Mart. Brac. c.4. ex cõci. Nic. c.4.

†al.colligãtur.

4 Anſ.l.6.c. 42.Deuſdedit p.1.

b Sic ponit 25.q.1.c.1.

† al. ſniam, vel conſcietiam.

debet vicinę prouinciæ episcopos, & cum eis consecrare cõprouinciales episcopos: aut si ipse negligit, episcopi conuenient ipso contradicente, & consecrabunt episcopos. In primo ergo articulo obtinebit sententia plurimorum.

SAne.] CASVS. In Nicæno concilio quæsitum fuit si in ordinatione episcopi duo vel tres contradicant pluribus, quorum sententia obtineat? Respondet quòd plurimorum sententia obtinebit.

Vnde in Nicæno concilio, c.6.

¶ Si cæteris consentientibus ordinationi episcoporum, duo, vel tres contradicant, obtineat sententia plurimorum.

CAP. I.

SAnè si communi omnium cõsensu[A] rationabiliter ꝓbato secũdum ecclesiasticam regulam, duo, vel tres animositate [a] ducti per contentionem contradicant [b], obtineat plurimorum sententia sacerdotum.

A ¶Consensu.] *Græcè legitur.* Μήσου ἐυλόγου ὄντος, καὶ κατὰ κανόνα ἐκκλησιαστικὸν. *quod Dionysius vertit*, decreto rationabili, & secundum ecclesiasticam regulam comprobato.

¶ *Item ex concilio Martini Papæ.* [1]

¶De eodem.

CAP. II.

NOn debet ordinari episcopus absque consilio, & præsentia† metropolitani episcopi. Adesse autem oportet omnes, qui sunt in prouincia sacerdotes, quos per suam debet epistolam metropolitanus conuocare. Et quidem si omnes occurrerint†, bene; si autẽ hoc difficile fuerit, plures oportet [c] occurrere. Qui autem non conuenerint, præsentiã [d] sui per epistolas faciant, & sic omnium facto consensu, ordinationem episcopi fieri oportet. Si autẽ aliter, pręter quod terminatum est à nobis, fuerit factum, talem ordinationẽ nihil valere decernimus.

2 ¶Si autem secundum canones ordinatio episcopi fuerit facta, & aliquis cum malitia in aliquo contradixerit, plurimorum consensus obtineat.

Item ex concilio Antiocheno, c. 19. [2]

¶De eodem.

CAP. III.

EPiscopus non est ordinandus sine consilio, & præsentia metropolitani episcopi, cui melius erit, si ex omni prouincia congregentur episcopi. Quod si fieri nõ potest, hi qui adesse non possunt, pro prijs literis [e] cõsensum suum de ipso designent, & tunc demum post plurimorũ siue per præsentiam, siue per literas cõsensum sententia consona ordinetur. Quòd si aliter, quàm statutum est, fiat, nil valere huiusmodi ordinationem. ¶ Si verò etiam secundum definitas regulas ordinatio celebretur, cõtradicant autem aliqui propter proprias, & domesticas simultates, his contemptis [f], sententia de eo obtineat plurimorum [g].

Si autem prouinciam primatem habere constiterit, nec etiam metropolitano absque eius conscientia episcopum [h] consecrare licebit.

Vnde Leo Papa Anastasij Episcopo, epist.82.al.84.c.6.

¶Absque primatis consensu metropolitanus episcopum non ordinet.

CAP. IIII.

3 DE persona autem consecrãdi episcopi, & de cleri, plebisque consensu metropolitanus episcopus ad fraternitatem tuã [i] referat, quodque in prouincia bene placuit, scire faciat, vt ordinationem ritè celebrandã tua quo-

De persona.] CASVS. Anastasius patriarcha quęsiuit à Leone, vtrum archiepiscopus sine eius cõsensu debeat eꝑm consecrare. Et respondet ꝙ non: sed archiepus de electione & consecratione episcopi sibi debet notificare, & quod in prouincia factum est, vt sua fraternitas ipsum confirmet, & approbet sine mora, ne gregibus Domini diu desit cura pastoralis.

i ¶ *Fraternitatem tuam.*] O Anastasi patriarcha.

ADDITIO. Subaudi, cui Papa loquitur, s. vt ei assensum præbeat. in hoc. n. versatur primatis iurisdictio. Similiter ꝙ à metropolitano ad eum appellatur: & ꝙ maiores causę ad eũ deferuntur. 9.q.3.conquestus. 2.q.6.c.2. 18.di.c.1. Similiter confirmat archiepi electionem, vt no. 63.di. quia igitur. aliàs nõ reperitur, ꝙ maiorem habeat iurisdõnem in eũ: nam concilium sine eo celebrare potest, arg. 92.dist.c.pen. 18.dist. c.1. vbi no. Io. de Fan.

SI AVTEM. Hæc est secunda pars dist. secundum. Io. de Fan. & dicit hic Hug. quòd generaliter non seruatur quod hic dicitur.

[a] Aliàs hoc verbũ sumitur in bona significõne, vt 87.distin. quisquis.

[b] Metropolitan⁹ & sui suffraganei si dissentiãt in cõsecrõe ep̃i quis præfertur.

[1] In capitul. Mart. Brac. c.3. ex concor. Antioc. c.19.

[c] † al. conscięntia.

† al. concurrerint.

[d] Præsentari dr̃ qs per literas.

[c] d̃ hoc art. not. ext. de ꝓc. accedẽs in gl. 2. & c. mãdato. in gl. de mãdato, &c. & ad de qd̃ dicã 16.q.1. monachi. in ad de canone. Arch.

[b] Hæc fuit sñia Hugo. q intelligit eé verũ vbi metropolitan⁹ n̄ vult consecrare, & oẽs alij volũt. Arc.

[2] De hoc vide qd̃ no. 2. q. 6. §. itẽ si plures. in gl. 1.

[e] De hoc vide qd̃ no. 2. q. 6. §. itẽ si plures. in gl. 1.

[f] Sub. & diffinitũ est, primates vel patriarchas nil. &c. 9.q.3. cõquest⁹. ext. de offi. ord. duo. sic 1.q.1.qa cognouimus. 16.q.1. nulli eꝑorũ. & 8.q.3. hoc tm̃. 25.q.2. amputato. Ar.

[g] Archieps in cõfirmõe nõ tenetur primatem consulere.

[3] Deus dedit p.1. Iuo p.5. c.348.

[h] Archieps in cõfirmõe nõ tenetur primatem consulere.

[i] Præsentari dr̃ qs per literas.

[a] Con-

a ¶*Confirmet.*]j̃.16.q.7.nullus omnino.
b ¶*Moræ.*]sic 2.q.1.sicut.& ext.de sen.& re iud.iurgantium.
« Pęna est imponenda sine mora. imo « & vbi pœna est imponenda, nulla mora debet interuenire.de pę.dist.1.Adam.arg.contra 11.q.3.cum apud.nego tia ergo cum celeritate expedienda sunt.

P*Lacet.*] Casvs. Hoc c. duas habet par.in 1.dicitur, quòd archiepiscopus in consulto primate non debet episcopum consecrare.In 2. dicit̃, quòd si archiepiscopus abest ex præcepto primatis, tres episcopi possunt episcopum ordinare. Secunda incipit ibi, *Si autem.*

c¶*In quocunque.*]dum tamen honesto. nam dicit lex, quòd cum dicitur, quidam sunt alijs pręferendi, intelligendum est si sint honesti. ff.de mun.& ho.vt gradatim.ff.de recep.arbit. si cum dies.§. si arbiter. d¶*Si autem necessitas fuerit.*]i. si archiepiscopus non est in prouincia.

M*Os antiquus.*]Cas vs. dicitur in hoc c. quòd secundum antiquam consuetudinem honor proprius reseruatur per suas prouincias Alexandrino patriarchæ, qui similis est Romano. Idem dicit de Antiocheno, & alijs patriarchis.In seq. c.dicit quòd honor ꝓprius deferatur Hierosolymitano patriarchę, ita quòd non fiat præiudiciũ metropolitano.

1 Anſ.l.4.c.46.Poly.l.2 tit.22.

†perduret.] χρατέτω.

e ¶*Mos antiquus.*]ar. pro consuetudine seruanda,vt 9.q.3.conquestus.

f ¶*Et Pentapoli.*]regio est.

g ¶*Parilis.*]i. similis quibusdam: quia vterque deponit episcopos.Vel dic[a] Ro.i.Constantinopol. sic ponitur.24.q.2. sane profertur. hęc enim subest Papæ sicut aliæ. 9. qō. 3. cuncta.& 24.q.1. quoties.

a Melius & planius secundũ Hug.

h¶*Ecclesiæ.*]j̃.dist.99. ecce.

i Q*Voniam.*]¶ *Vt Aeliæ.*]Aelia vocata est ciuitas Hierosolyma, ab Helio quæstore,[b]qui situm ciuitatis mutauit: "cum primò dicta fuit Salem", postea Hiebus, postea Salomonia à Salomone, inde dicta est Hierosolyma à Hieron, quod est sacra, & Salomon, quasi sacra ciuitas Salomonis.

b Quęstore. imo ab Helio Hadriano Imperat. Euseb. hist. eccl.l.4.c.6.

" Hierusalē varia habet nomina.

k ¶*Manente.*]vt non minuatur ab eo. electio que confirmet [a] auctoritas. Quæ rectis dispositionibus nihil moræ [b], aut difficultatis debet afferre,ne gregibus Domini diu desit cura pastorum.

Item ex concilio Carthaginensi 2.cap.12.

¶De eodem.

CAP. V.

PLacet omnibus, vt in consulto primate cuiuslibet prouinciæ, tam facilè nemo præsumat, licet cũ multis episcopis, in quocunque [c] loco sine eius, vt dictum est, præcepto episcopum ordinare. ¶Si autem necessitas fuerit [d], tres episcopi, in quocunque loco sint, cum primatis præcepto ordinare debeant episcopum.

Item ex concilio Nicæno,c.6.

¶ Vnicuique ecclesiæ proprius honor seruetur.

CAP. VI.

1 MOs antiquus [e] perdurat † in Ægypto, vel Lybia,& Pentapoli [f], vt Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem: quandoquidem & episcopo Romano parilis A [g] mos est: ¶Similiter autẽ & apud Antiochiam,cæterasque prouincias honor suus vnicuique seruetur ecclesiæ [h].

A ¶Parilis.] *Græcè legitur,* ἐπειδὴ καὶτῳ ἐν τῇ ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τέτοσωνδές ἐστιν. *id est*, quoniam & Romæ Pontifici hoc vsitatum est. *Quibus verbis nulla paritas Romani, & Alexandrini Patriarchatus inducitur, vt quidam malè interpretati sunt. De qua re optimè Nicolaus primus in epistola ad Michaelem imperatorem, quæ incipit*, Proposuerunt, *sic scripsit*: Nicæna synodus nouerat Romanæ ecclesiæ omnia Domini sermone concessa: Si omnia,ergo defuit nihil, quod non illi concesserit. Denique si instituta Nicænæ synodi diligenter inspiciantur, inuenietur profectò, quia Romanæ ecclesiæ nullum eadem synodus contulit incrementum:sed potius ex eius forma, quod Alexandrinæ ecclesiæ tribueret, particulariter sumpsit exemplum. *Hactenus Nicolaus. Statutum igitur fuit ita in Alexandrina ecclesia obseruandum,quia sic fieret in Romana.*

Item ex eodem, c.7.

enim episcoporum ad solum metropolitanum est referenda, sed consecratio non debet fieri sine notitia primatis.

QVI VERO.Casvs.Hic est tertius articulus,vbi dicitur,quòd episcopus consecratus de metropolitani licentia, absente tamen, eius se conspectui præsentet intra tres menses.

¶De eodem.

CAP. VII.

QVoniam mos antiquus obtinuit,& vetusta traditio,vt Æliæ [i], id est Hierosolymorum† episcopo honor deferatur, habeat consequenter honorem: manente [k] tamen metropolitanæ ciuitati propria dignitate.

Qui verò à comprouincialibus suis cum metropolitani licentia fuerit ordinatus, infra constituta tempora eius se præsentet aspectibus.

Vnde in Tarraconensi concilio, c. 5.legitur.

¶ Metropolitano se repræsentet nuper factus episcopus.

CAP. VIII.

SI quis in metropolitana ciuitate non fuerit [l] episcopus ordinatus, postquam suscepta benedictione per metropolitani literas honorem fuerit episcopi adeptus: id optimum esse decreuimus, vt postmodum statuto tempore, id est impletis [m] duobus [n] mẽsibus, se metropolitani sui repręsentet aspectibus, vt ab illo monitis ecclesiasticis instructus plenius, quod obseruare debeat,recognoscat. Quòd si fortè hoc implere neglexerit, in synodo increpatus à fratribus corrigatur. Et si fortè infirmitate [o] aliqua, ne hoc impleat, fuerit præpeditus, hoc suis literis metropolitano indicare procuret.

3 *His auctoritatibus datur intelligi, quòd episcopi à comprouincialibus suis debeant ordinari. Sed quæritur si in prouincia plurimi episcopi fuerint †, & contigerit fortè vnum remanere episcopum, quid fieri debeat.Ille,quia solus est,ordinare non potest episcopum: comprouinciales enim non habet, cum quibus episcopum consecrare valeat.Cum ergo talis necessitas fuerit,quid faciendum sit,in Sardicensi concilio definitur, in quo,c.5.sic Statutum legitur.*

¶ Si fortè vnus tantùm in prouincia remanserit episcopus,ad consecrationem episcopi de vicina prouincia conuocentur.

CAP. IX.

2 SI FOR-

i Anſ.l.4.c.46.Poly.l.2 tit.22.

†al.Hierosolymæ.

l ¶*Non fuerit.*] vbi enim vult metropolitanus, ibi ordinandus est episcopus,vt 51.di. qui in aliquo.

m ¶*Impletis.*]"sic ergo episcopus consecratus ꝓter conscientiam [c] metropolitani eius conspectui debet p̃sentari intra tres mẽses,vt s̃.di.63. cum longe. sed ordinati à Papa debent se præsentare conspectui eius singulis annis.93.dist.iuxta sanctorum.

« Epi inscio metropolitano consecrati, qd facere debẽt.

c Quidã dñt q̃ hoc dictũ nõ est verũ: qa hic ñ loqtur ꝺ eo q̃ ꝓter cõscięti ã est ꝓmotus ad ordines, sed loqtur qñ ordinatur ex mãdato archiep̃i cõfirmati ñ cõsecrati.& sic ẽ sim.extr.de ele suffraganeis. & hoc hic tenebat Iac. de Al. Arc. tamen contra.

n ¶*Duobus.*]s̃.dist.63. cum longè. contra. sed potius consonat: quia ibi & hic intra tertium mensem hoc facit.

o ¶*Et si fortè infirmitate.*]simile s̃. dist. 18. episcopus ad synodũ. 5. q. 3. c. 1. vbi de hoc tractaui, & ff.de leg. 1.si grege. §. fi. idem est in alijs impedimentis. & hoc ponitur gratia exẽpli.

HIS AVCTORITATIBVS. Casvs. Supra dictum est,quòd episcopi à comprouincialib. episcopis debẽt ordinari, sed nunc quæritur quid fieri debeat, si tantùm vnus episcopus in prouincia remanserit cęteris defunctis. Et de hoc quid fieri debeat,vt in seq.c.dicetur.

†al. non fuerint.

S*I fortè.*] Casvs. Quęsitum fuit in cõcilio Sardicensi, si contingat,quòd omnes episcopi prouinciæ sint defuncti præter vnum, & aliquis velit in episcopum promoueri siue ordinari, à qbus sit ordinandus. Et respõdet quòd ille superstes debet episcopos vicinæ prouinciæ conuocare, vt cum ipsis ordinet. Si autem hoc negligat facere, populi cõueniant epi-

2 Burc.l.1.c.26. Iuo p.5.c.137.

episcopos vicinæ prouinciæ,& illum solum episcopum qui in prouincia remansit, ipsi episcopi citabunt, vt veniat. Si verò non venerit, ipsi nihilominus eum ordinabunt.

a ¶*Si fortè.*] Hoc cap.semper ad hoc cõsueuit induci, quòd vniuersitas stet in vno, vt ff.quod cuiusq.vni.l.sicut.imo potius in contrarium potest induci, cum iste solus non possit id quod vniuersitas potuit. vnde dico,quòd vniuersitas perijt cum redigitur ad vnum caput.argum. ff. de lega.1.si grege. Vnde satis dici potest, ꝙ si omnes delinquant in eligendo præter vnum, quòd ille solus non potest eligere, cum non consistat in eo ius vniuersitatis. Ioan. quod credo falsum, vt ff.qđ cuiusque. vni. l. sicut municipij. in fin. & extra de elect. bonæ memoriæ.2. Vnde dico, quòd si omnes peccent præter vnum, quòd ille solus potest eligere, per iura superius posita.

"Ius eligendi potest in vno remanere.

b ¶*Superstes.*] "& ita ius vniuersitatis deuoluitur ad vnum. instit. de leg.§.si grex.ff.quod cuiusque vniuer. sicut. §. in decurionibus. B. Sed quis dabit ipsis episcopis expensas? Ecclesia quæ vacat. argu. 4. quęst. 3. venturis. & 10.quæst.3.cauendum. & 12. quæst.2. charitatem.si est tenuis,comedent de suo,vt extra de vit.& honest.cleri.cum ab omni.

c ¶*Conuocet.*]Sed nunquid tenentur illi conuenire ad conuocationem illius? Tenentur quidem, & nisi venirent,peccarent,argum. 11.quęst.1. sicut enim. argum. distin. 90. præcipimus.& debent tunc cogi ab ipsorum prelato vel Papa. H. dicit quòd ab isto compelli possunt auctoritate huius canonis."nã quandoque par in parem habet imperium, vt 2. quęst.6.placuit.2.& 6. q.4. cap.2.

"Par in parem quandoque imperium habet.

c ¶*Conuocet.*] argu. quòd vacante ecclesia clerici possunt vicinos episcopos conuocare, vt 7.q. 1. Pontifices.

a Certè in hoc casu iste eps non est par, imo est superior quo ad vocationé auctoritate huius canonis.

d ¶*Negleserit.*] Arg. quòd si subditi negligunt facere quæ debẽt, ea debeant suppleri à maiori vel per se vel per alium, & èconuerso.argum.9.quæst.3.cũ simus.arg.89.dist.volumus.8.q.3. Artaldus.

e ¶*Populi.*] largè sumitur hic populus, quia causa communis est, & ita non est contra.9.q.3.cum simus,

tè [a] in prouincia vnum tantùm contigerit remanere episcopũ, superstes [b] episcopus conuocet [c] episcopos vicinæ prouinciæ, & cum eis ordinet comprouinciales sibi episcopos. Quod si facere neglexerit [d], populi [e] conueniant episcopos prouinciæ vicinæ, & illi prius commoneant episcopum, qui in eadem prouincia commoratur,& ostendant,quòd populi petant sibi episcopum rectorem,& doceant iustum esse, vt veniat [A] ipse, & cum eis ordinet episcopum. Quòd si literis conuentus tacuerit [f], & dissimulauerit, nihilque rescripserit, tunc satisfaciendum est populis, vt conueniant ex vicina prouincia episcopi, & ordinent episcopum.

¶*Capitulum hoc quomodo refertur à Gratiano, præcipuè in priore parte,neque cum latino, quod geminum est in tomis conciliorum, multoque minus cum græco canone conuenit: quinetiam apud Burchardum, & Iuonem variè legitur. Huius verò concilij canones à Latinis latinè, & à græcis græcè à principio scriptos fuisse Nicolaus Papa Photio scribens in epistola, quæ incipit*, Innumerabilium,*his verbis indicat.* Quomodo autem non esse apud vos Sardicenses canones tu solus astruere poteris,quando non solùm à latinæ, verum etiam cum alijs à græcæ linguæ hominibue statuti sunt & promulgati? Qua de re credibile non est, quod ibi diffinitum est vnumquenque ipsorum minimè propriæ linguæ tradidisse. *Dionysius quoque exiguus in epistola ad Stephanum episcopum, qua ei suam græcorum canonum interpretationẽ obtulit, Sardicense concilium à principio inter latinos latinè editum fuisse his verbis significat.* Tunc sancti Chalcedonensis Concilij decreta subdentes, in his græcorum canonum finẽ esse declaramus, ne qd prætereà notitiæ vestræ credamur velle subtrahere. Statuta quoque Sardicensis concilij, atque Africani, quæ latinè sunt edita, suis à se numeris cernuntur esse distincta.

A ¶Vt veniat ipse.] *Tam in concilio,quod est in codice canonum,quàm quod in collectione Isidori, & apud Burchardum, & Iuonem legitur*, vt & ipsi veniant, & cum ipso ordinent episcopum. *Græcus autem canon ita habet.*

Ὅσοις ἐπίσκοποις ἔτυχεν ἐν συμβῇ ἐν μιᾷ ἐπαρχίᾳ ἐν ᾗ πλείοσι ἐπίσκοποι τυγχάνουσιν ἕνα ἐπίσκοπον ἀποκεῖναι, κἀκεῖνος κατὰ τινὰ ἀμέλειαν μὴ βληθῇ συνελθεῖν καὶ συναινέσαι τῇ κατασάσει μιᾶς ἐπισκόπου τὰ δὲ πλήθη συναθροισθέντα παρακαλοῖεν γίνεσθαι τὴν κατασασιν τὸν παρ' αὐτῶν ἐπιζητουμένου ἐπισκόπου, χρῆ πρότερον ἐκεῖνον τὸν ἐναπομείναντα ἐπίσκοπον ὑπομιμνήσκεσθαι διὰ γραμμάτων τὸν ἐξάρχου τῆς ἐπαρχίας (λέγω δὴ τὸν ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως) ὅπι ἀξιοῖ τὰ πλήθη μοιμένα αὐτοῖς δοσθῆναι, ἡγεῖται καλῶς ἔχειν καὶ τοῦτον ἐκδέχεσθαι, ἵνα παραγένηται. Εἰ δὲ μὴ διὰ γραμματων ἀξιωθεὶς παραγένηται, μήτε μὴν ἀντιγράφοι τὸ ἱκανὸν τῇ βελήσει τὸ πλήθος χρὴ δὲ καὶ μεταλαιτεῖσθαι καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας ἐπισκόπους, πρὸς τὴν κατάσασιν τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου.

Id est, Osius episcopus dixit. Si qua in prouincia, in qua plurimi sunt episcopi, contigerit vnum episcopum morari absentem, neque is propter negligentiam quandã conuenire voluerit, neq; episcoporum creationi consentire, populi verò congregati postulent eum, quem ipsi expetunt,episcopum constitui: primùm oportet episcopum illum qui absens moratur, admoneri literis primatis prouinciæ (nimirũ episcopi metropolitani) de populorũ postulato,pastorem sibi dari petentium: rectè autem se habere puto cum quoque,vt interfit, expectari †. Quòd si neque per literas rogatus affuerit, ac ne rescripserit quidem, satisfaciẽdum populi voluntati est. Conuocari autem oportet ex vicina etiam prouincia episcopos ad metropolitani episcopi creationem.

DISTINCTIO LXVI.

1 ¶Ab omnibus suffraganeis suis archiepiscopus ordinetur.

CAP. I.

1 ARchiepiscopus [h] [A] ab omnibus suæ prouinciæ episcopis ordinetur. *& infrà* B.

¶Illud tamen, quod de archiepiscopi consecratione prædictum est,atque præceptum, id est, vt omnes suffraganei eum ordinent, nullatenus immutari licet: quia,qui illis præest,ab omnibus [i] episcopis, quibus

f ¶*Tacuerit.*] "hic tacens pro contumace habetur.Alibi pro fugiente,63.distin.sit rector. Alibi pro contradicente, vt ff.de proc.filiusfamil.§.inuitus.86.dist.tanta. Alibi pro consentiente.54.dist.si seruus.ff.de inter.act.de ætate.§. qui tacuit. Alibi pro neutro.ff.de re.iu.qui tacet.

"Præsumitur in multis cõtra tacentem.

*Archiepiscopus.*hęc distin. diuiditur in duas part. Secunda ibi, *De episcopis*. Ioan. de Fant.

CASVS.Suprà in duabus proximis distin.dictum est de ordinationibus episcoporũ:nunc verò dicit Gratianus de ordinatione archiepiscoporum in hac 66. distinct.in qua dicitur, quòd debet ab omnibus episcopis prouinciæ ordinari, & repetit de ordinatione episcoporum.

g ¶*Archiepiscopus.*] hic depingitur 66. dist. in qua ostendit magister duo: scilicet qui debeant interesse in cõsecratione metropolitani: quia omnes suffraganei, & quòd nullus debeat consecrari in episcopum à paucioribus quàm à tribus. Dicit ergo Hugo hoc referre inter consecrationem episcopi, & archiepiscopi, "quia in consecratione archiepi oẽs epi intererunt, nisi esset vrgentissima necessitas,in consecratione episcopi etiam si nõ sit grauis, dum tamen aliqua sit necessitas,sufficit per literas consentire.51.dist.c.fi.

"Consecratio epi & archiepi differunt.

†al.admitti.

A*Rchiepiscopus ab omnibus.*] CASVS. Anitius Papa statuit in hoc cap. vt Archiepiscopus ordinetur ab omnibus episcopis suæ prouinciæ: nec debet hoc mutari: quia qui omnibus episcopis debet præesse, debet ab omnibus approbari & constitui: quod si aliter factum est vel fuerit, irritum erit. Sequens §. patet. in quo dicitur quòd episcopus debet ordinari saltem à tribus episcopis.

† Sic Iustin. nouel. 151. in prin.

h ¶*Archiepiscopus.*] Argum. "quòd si eligit abbas alicuius monasterij,qui præest alijs monasterijs,omnes abbates illorum monasteriorum debent consentire, & electioni interesse.

1 Extra de temp. ord.c. si archieps. Pol.l.2.tit8. Ansel.l.6 c. 39 Burch.l. 1.c.28. Iuo p. 5. c. 139. Pann.l.3.c. 10.

i ¶*Ab omnibus.*]Ar. quod omnes tangit, ab omnibus, debet approbari, vt 8.q.1.licet.C.de aucto.præstan. l.vlt. & 54. distin.c.1.

"Electioni abbatis quis consentire debet.

a ¶ *Irrita.*] quo ad officij executionem.

b ¶ *Quàm à tribus.*] Sed quare tres episcopi debent interesse? quia in tribus est fidei fundamentum: quam puris & simplicibus verbis confiteri tenentur. 23. distin. qui episcopus. & 24. distin. quando.

PORRÒ.] CASVS. quęsitũ fuit ab Anacleto vtrum episcopus posset ordinari à paucioribus quàm à tribus episcopis. Et respondet quòd non, & hoc exemplo Iacobi Hierosolymitani archiepiscopi, qui fuit ordinatus à tribus: scilicet à Petro, Iacobo, & Ioanne. Et in hoc dederunt formam suis successoribus, vt ad minus à tribus episcopis cęteris consentientibus consecretur episcopus.

c ¶ *Archiepiscopus.*] suprà 21. distin. cleros. cõtra. Sed Mathias fuit primus ordinatus ĩ clericum, " iste primùs in archiepiscopum.

" Iacobus fuit primus archiepꝰ.

d ¶ *Nuncupatus.*] " quia filius fuit sororis matris Domini: vel qa fuit ei similis prorsus in persona: vel quia mater sua fuit filia fratris Ioseph, qui putabatur pater Domini[z]. 27. q. 2. coniunx.

" Iacobus frater Domini nuncupabatur.

z Idẽ repetitur in epist. Aniceti. Polyc. ibid. Anfel. l. 6. c. 53. Burch. l. 1. c. 15. Iuo par. 5. cap. 139. Pann. l. 3. c. 17.

e ¶ *Ordinatus.*] id est, ad certi loci administrationem electus: vel ordinatus simpliciter. " Sed nonne omnes apostoli erant episcopi? Videtur quòd sic: quia Petro primò fuit datus pontificatus: & omnes alij fuerũt pari potestate prædĩti, vt 21. distin. in nouo[b]. Item episcopi successerunt in locũ apostolorum, vt 68. distin. quorum. ergo apostoli fuerunt episcopi. Item legitur de Iuda, quòd episcopatum eius accipiat alter. Ad hoc dicunt quidam, quòd omnes apostoli erant simplices sacerdotes, & tamen consecrare poterant, nam Moyses simplex sacerdos erat[c]: & tamen consecrauit Aaron, vt 21. distin. §. 1. nec tunc differenria erat inter episcopum & sacardotem: vt 95. dist. olim. Vel dic quòd tantùm visibili vnctione hi tres consecrauerunt eum: sed prius erat inuisibiliter vnctus à Domino. vel dic quòd non ordinauerunt eum: sed tantùm formam ordinandi alijs ostenderunt. Vel dic quòd non in episcopum, sed in archiepiscopum eum ordinauerunt. Vel dic ordinauerunt, id est, inthronizauerunt eum ad administrationem certi loci. prius enim erat episcopus sine titulo.

a Arg. 22. q. 2. quæritur.

" Apostoli oẽs vtrũ fuerunt epi.

b Et 24. q. 1. loquitur. iuxtà prin.

c Ad hoc vĩ facere quod dicit Psalm. Moyses & Aaron in sacerdotib. eius. Dic secundum D. Hug. Card. q reuera nõ legit q Moyses fuerit sacerdos, nisi quia aliqua fecit q̃ pertinent ad sacerdotẽ, iõ Psalm. dicit, Moyses & Aaron, &c.

RESBYTERI.] Hæc dist. diuiditur in duas par. Secunda ibi, *Episcopus.* Ioan. de Fant.

CASVS. Expedito tractatu de ordinatione episcoporum & archiepiscoporum: nunc in hanc 67. dist. ostendit Gratianus à quibus presbyteri, coresp iscopi, & reliqui clerici, sint ordinandi. Et quòd ab vno episcopo sunt ordinandi, & non à pluribus.

f ¶ *Presbyteri.*] Hic depingitur 67. dist. ostenso quòd episcopus non potest ordinari nisi à pluribus: ostendit hic quòd reliqui sacerdotes & clerici ordinari possunt ab vno solo episcopo. In ordinatione tamen sacerdotum & diaconorum alij sacerdotes & ciues assensum debent præstare. In reliquorum ordinatione sufficit testimonium trium.

RELIQUIS.] CASVS. Dicitur hic, quòd reliqui sacerdotes & diaconi à proprio episcopo sunt ordinandi: ita q̃ ciues & alij sacerdotes consentiant: ita quòd ordinatio à ieiunantibus fiat. In ordinatione verò cęterorum sufficiunt tres testes, & episcopi approbatio. Quod sequitur planum est.

g ¶ *Vt ciues.*] quibus debent præesse.

h ¶ *Sacerdotes.*] quibus debet associari: vel de quorum collegio est. Vel de clericis maioris ecclesiæ dicit: sine quorum consensu episcopus clericos ordinare non debet, vt dixi 24. distinct. episcopus.

2 Pol. ibi Anfel. l. 6. 53.

i ¶ *Ieiunantes.*] tam ordinantes, quàm ordinati, vt infra de consecrat. distin. 5. vt episcopi. infrà distinct. 75. quod à patribus.

k ¶ *Diaconi.*] Nam ecclesiæ præcipuè committuntur presbyteris & diaconis. 12. q. 2. diaconi.

l ¶ *Trium.*] infra. 1. quæstio. 1. placuit vt de ordinatione. versi. multorum. contra. " Sed ibi multi possunt dici tres. institu. de iure person. §. vltim. supra distin. 23. episcopus. contra, supra distinct. 23. lector. contra. Sed hoc de notis intelligitur: illud de ignotis. Vel hic cum occultè ordinat, & sine solennitate: illud cum publicè, &c.

3 15. q. 7. c sexta. & ca episcopus.

" Tres dicẽ tur multi.

EPISCOPUS, &c.] Hæc est secunda pars distin. & habes hoc 15. quæst. 7. cap. 1. Ioan. de Fan.

m ¶ *Solus.*] id est, sine alijs episcopis potest ordinare aliquos: sed sine alijs episcopis non potest deponere, vt 14. q. 7. felix. non autem excluduntur clerici: " quia nec sine illis potest beneficia conferre, nisi hoc habeat ex consuetudine, vt extr. de his quæ fiunt à maio. parte c. ea noscitur.

" Eps solus bñficia conferre nõ potest cessante consuetudine.

n ¶ *Auferre.*] 21. q. 3. episcopus. & 15. q. 7. c. vlt.

QVÆRITUR.] Hæc distin. diuiditur in quatuor partes, in quarum prima quæritur, si aliquis fuerit ordinatus ab eo de quo dubitatur an esset episcopus, vtrum debeat iterum ordinari. & primò probatur, quòd non, superficialiter. Secunda ibi, *Inter episcopos.* Tertia ibi, *Hi verò.* Quarta ibi, *Quod autem.* Ioan. de Fant.

CASVS. Suprà ostendit Gratianus, de ordinatione eorum quos constat esse episcopos: in hac verò 68. distin. quæritur, an illi sint reconsecrandi qui ordinantur ab illis, quos non constat esse episcopos. Et primò probat, quòd non sunt reconsecrandi qui ordinantur ab illis quos constat non esse episcopos. Posteà probat contra. Tandem dat solutionem. infrà in §. *Quod ergo.*

d Quia magister. §. dist. proxi. in prin. fecerat mentionem de chorepiscopis: ideo de ipsis interserit in hac dist. Hug.

o ¶ *Quæritur.*] Hic depingitur 68. distinct. in qua magister ostendit quid iuris sit de clericis qui ordinantur ab eis quos non constat. esse episcopos: & quæ differentia sit inter episcopos & chorepiscopos[d], & quare chorepiscopi recesserunt ab aula domini. quartò ostendit, qui successerunt in loco apostolorum.

Sicut]

¶ Sacerdotes ab vno episcopo possunt ordinari.

CAP. I.

2 RELIQUI sacerdotes à proprio ordinentur episcopo, ita vt ciues[g] & alij sacerdotes[h] assensum præbeant, & ieiunantes[i] ordinationem celebrent. Similiter & diaconi[k] ordinẽtur. Cæterorum autem graduum distributioni trium[l] veracium testimonium, cum episcopi scilicet approbatione, sufficere potest.

Item in Hispalensi concilio, 2. c. 6. legitur.

¶ De eodem.

CAP. II.

2[3] EPiscopus sacerdotibus, ac ministris solus[m] honorem dare potest, solus auferre[n] non potest.

DISTIN. LXVIII.

Væritur[o] *de illis, qui ordinantur ab his, quos non constat fuisse episcopos, an sint iterum consecrandi, an non. Quod verò consecrandi non sint, probatur auctoritate Gregorij, qui scribens Ioanni Rauennati episcopo, libro 2. epistol. 32. ait.*

¶ Semel consecratus iterum consecrari non debet.

Sicut. CASVS. Ioan. archiepiscopus Rauennæ de duobus quæsiuit. Primò, vtrum sacerdotes semel consecrati essent iterum consecrandi. Et respondet quòd non: sicut non sunt rebaptizandi. Secundò, vtrum illi qui cum leui culpa sunt ordinati presbyteri, debeant deponi. Et respondet quòd non, sed eis debet pœnitentia imponi.

14.sent.dis. 25.B. & Po. l.2. titu. 36. Ansl. 7. capit.104. Pan.l.3. ca. 76. Iuo p.6. cap.82.

a ¶ *Sicut.*] Hoc cap. non facit ad propositũ Grat. quia hoc cap. loquitur de illis qui sunt ordinati à talibus quos constat esse episcopos: & illud contra quod sequitur, similiter malè inducitur: quia nullo modo est contrarium: & ita superficialis est argumentatio magistri.

b ¶ *Consecratus.*] Prima q. 1. si quis confugerit. contra. & 1.q.7. Daibertum. contra. ibi dicitur, "quòd ordinatus malè vel baptizatus, iterum ordinatur. Sed illud verum est, cum extra formam ecclesiæ est ordinatus vel baptizatus: alias secus: de consc. distin.4. ostenditur. ver. si. & c. quomodo.

"Ordinat' semel, an possit iterũ ordinari.

2 Ansl. l. 7. ca. 110. Iuo p.8. c.117.

† à quibus fuerint ordinati] Orig.

c ¶ *Cum leui culpa.*] dicunt quidam, veniali: ar.25.di.§.criminis. Alij leui [a], id est, mortali præeunte, non tamen permanente: nam peccauit, sed pœnituit. Sed quia post talem culpam se permisit promoueri, aliam culpam cõtraxit, cum qua promotus est: de qua hic loquitur. tu dic quòd promoueri potest cum culpa existente & manente mortali, dum tamen leui. De huiusmodi culpis collige exempla 5.q.4. in loco. 21.q.4 c.vl. 18. di. cap. vl. de consc. dis. 2. relatum. Sed hic no. quòd omnes concordantiæ istæ de promotis loquuntur. sed si enorme peccatum tacuisset, secus esset, vt 50.di. ex pœnitentibus. Io. nisi esset occultum peccatum, vt ext. de temp. ord. quæsitum. nisi in homicidio, vt ibi. B.

a Hæc fuit sñia H. & L. & hic videas q̃d no.15.q. vlt. in summa & q̃d q̃dã mortalia sint grauiora, q̃dam leuiora, hr̃ de consc.di.3. de pœnitentib. Arc.

CAP. I.

1 SIcut [a] semel baptizatus iterum baptizari non debet: ita qui consecratus [b] est semel, in eodem iterum ordine non debet consecrari. Sed si quis forsitan cum leui culpa [c] ad sacerdotium venit pro culpa pœnitentia indici debet, & tamen ordo seruari.

Contrà Gregorius tertius ad Bonifacium episcopum, epistola 2. scribens testatur.

¶ De presbyteris, qui ordinantur ab eis, quos constat episcopos non fuisse.

CAP. II.

2 PResbyteri, quos ibidem reperisti, si incogniti fuerint illi, qui † ordinant [d], & dubium est eos episcopos fuisse, an non, qui eos ordinauerunt, si bonæ actionis, & catholici viri sunt ipsi presbyteri, & in ministerio Christi, omnique lege sancta edocti, ab episcopo suo benedictionem presbyteratus suscipiant, & consecrẽtur [e]: & sic ministerio sacro fungantur.

Quòd ergo consecratus, in eodem ordine iterum consecrari prohibetur de eo intelligendum est, qui consecratus est ab illo, quem certum erat consecrandi ius habere. Qui autem ab illo consecratur quem no constat ius consecrandi habuisse, iterum consecrandus est: quia si ille consecrandi ius non habuit, iste ex olei effusione qui se dicit baptizatum, vt de consc. dist. 4. placuit. & c. de infantibus? Resp. quia sola fides confert alicui sacramentum baptismi, vt ext. de presby. non bap. c. 2. sed sola fides non dat ordinem. ad hoc facit: 1.q.1.c. spiritus sanctus [b]. §. ecce quandoque. Item licet in viuo præsumatur aliquis potius non baptizatus, tamen in mortuo p̃sumitur [c] potius baptizatus, vt de cõs. di stin. 4. si eos. supple vt suffragia ecclesiæ ei p̃ficiant. 13.q.2. non æsti memus & c. animæ.

b Al. 1.q.j.§. cũ honoris.

c In hoc pũcto videas quod no. 3. q.4. consanguineorum. & ext. de p̃sum. illud. in glo. sed qua re. & ext. q fil. sint legi. lator. in glo. sed vr̃. Arc.

Nil consecrationis accepit. Et quia in ipso ordine consecratus non erat, nunc quasi primùm ad cõsecrationẽ veniens ab episcopo sacerdotalem benedictionem, & consecrationem consequitur. Si autem ius consecrandi habuit, in prima vnctione consecutus est consecrationem: in secunda verò non reiteratur [f] consecratio, sed sola vnctio: sicut, de quo dubium est, an sit baptizatus, vel non, debet baptizari, qui si prius baptizatus non fuerat, consequitur gratiam baptismi: si autem baptizatus erat, nihil accipit in secuuda vnctione †: nec pertinet hoc ad reiterarionem baptismi, sed ad cautelam salutis. Hoc & de ecclesiis consecrandis similiter obseruandum est.

† lotione.

Vnde in Niceno concilio legitur.

¶ Non debet iterum consecrari ecclesia semel consecrata.

CAP. III.

3 ECclesijs [g] semel consecratis Deo non iterum debet consecratio adhiberi, ni si aut ab igne exustæ, aut sanguinis effusione, aut cuiuscũque semine [h] fuerint pollutæ: quia sicut infans à qualicunque sacerdote in nomine Patris, & Filij, & Spirituſſanti semel baptizatus, non debet iterum baptizari: ita nec locus Deo dicatus, est iterum consecrandus, nisi propter eas [i] causas, quas superius nominauimus: si tamen fidem sanctę Trinitatis tenuerunt, qui eum consecrauerunt.

3 De consc. dist. 1. c. ecclesijs.

f ¶ *Non reiteratur.*] Hæc solutio est canonica. dixit tamen G. "quòd si millies ordinatur presbyter, tot presbyterales ordines recipit quot recipit sacerdotalia. Idem dicit de baptismo. aliter enim quomodo fieret iniuria sacramento, vt j. de consc. dist. 4. ostenditur. vel quomodo diceretur quis bis baptizari, vt j. de consc. dist. 4. qui bis. & c. eos. Item cum dicatur, accedat verbũ ad elementum, &c. 1.q.1. detrahe. ergo quoties dicuntur verba illa, & apponitur elementum, fit nouum sacramentum [d]. Nam & sæpius sumit aliquis corpus Christi, & sæpius excommunicatur aliquis, & ex pluribus causis aliquis possidet rem aliquam, vt ff. de acq. pos. possideri. §. ex pluribus. Sed certè secundum hoc si centies aliquis contraheret cum aliqua, tot essent matrimonia, quod falsum est. 31.q.1. quomodo. Item posset secundum hoc deponi ab vno sacerdotio & retinere aliud. Dicas ergo quòd non iteratur nisi vnctio exterior, & sicut secunda manumissio nihil adijcit primæ, vt C. de manumis. vindi. l. 2. sic in sacramento. Vltima opinio verior est.

"Baptizat' vel ordinatus pluries, an plures recipiat characteres.

dDicas q̃ sacramenta dicuntur iterari quo ad opinionẽ, vel quo ad facti speciem. ar. C. de adult. eum qui. nã ibi secundũ matrimoniũ nullum est. & dicit lex, q̃ res mea non potest ampliùs esse mea. inst. de act. §. sic itaque. ext. de fi. inst. inter dilectos. Ar.

Ecclesiis.] CASVS. Quæritur est in Nicæno concilio, vtrum ecclesiæ semel consecratæ sint iterum reconsecrandæ. Respondetur, quòd non, si in forma ecclesiæ sint consecratæ, nisi alicuius semine vel sanguinis effusione sint pollutę vel combustę. Nam sicut semel baptizatus non debet iterum baptizari, sic locus in forma ecclesiæ consecratus nõ debet iterum consecrari, nisi propter supradictas causas.

"Sacramenta non præsumuntur, excepto matrimonio.

"Baptizatũ se dicẽti creditur.

g ¶ *Ecclesiis.*] quid iuris sit de hac materia, notaui de consc. dis. 1. ecclesijs.

h ¶ *Semine.*] fornicario. nam dicit G. q̃ ẽt in ecclesia vir vxori tenetur debitum reddere, sed malè. ar. ff. de solutio. q̃d dicim'.

i ¶ *Propter eas.*] adde alium casum de consc. dis. 1. si motũ.

INTER EPISCOPOS. Hęc est secunda pars distinctionis, in qua ponit differentiam inter episcopos & chorepiscopos. Ioan. de Fan.

CASVS.

CASVS. Modò vult probare contrarium: scilicet, q̃ sunt consecrandi.

Presbyteri.] CASVS. Quidam cum putarentur episcopi, quosdam presbyteros ordinauerunt: sed postea dubitabatur vtrum fuerint episcopi in veritate, aut non. vnde fuit quęsitum à Gregorio, vtrum illi sint iterum à proprio episcopo ordinandi & consecrandi. Et respondetur q̃ sic, ex quo scilicet dubitabatur: si tamen sint bonæ vitæ, & eruditi in ministerio Christi, & in lege diuina.

d ¶ *Qui ordinant.*] Vera litera est, ordinant. ad hoc facit 3. quæst. 4. omnes quos.

e ¶ *Et consecrentur.*] Hic in dubio potius præsumitur non ordinatus quàm ordinatus. similiter in dubio præsumitur potius non baptizatus, quàm baptizatus, vt de consec. distinct. 4. paruulos. & in dubio potius præsumitur ecclesia non consecrata quàm consecrata, vt de consc. dist. 1. solennitates. "Sed cum ita præsumitur in his sacramentis: quare in sacramento matrimonij potius præsumitur pro ipso, quàm contra ipsum, vt 33.q.1. si quis acceperit? Respon. sine omni periculo est, si sacramenta illa iterentur. Sed periculum esset, si iudicaretur non esse matrimonium vbi est. Item quare non creditur hic verbo illius, qui se dicit ordinatum: "sicut creditur e

CASVS. In hoc §. assignat Gratianus differentiam triplicem inter episcopos & chorepiscopos, quia episcopi ponuntur tantùm in ciuitatibus, chorepiscopi in vicis. episcopi formatas tribuunt literas, chorepiscopi commendatitias siue pacificas tantùm. Item episcopi conferunt sacros ordines, chorepiscopi tantùm minores.

a ¶ *Inter episcopos.*] Ponit tres differentias inter episcopos, & chorepiscopos. " Isti autem chorepiscopi aliquid habeabãt supra presbyteros, sed non bene determinat quid.

" Chorepiscopi aliqd habebant vltra presbyteros.

b ¶ *Formatas.*] " formatæ siue dimissorię dicuntur literæ, quibus quis eximitur à iurisdictione sui episcopi, quę olim cum solennitate magna fiebant, vt 73. distinct. cap. 1. Commendatitiæ siue pacificæ dicuntur, quæ dantur clerico viatori, quibus commendatur, vt pacificè possit exequi officium suum. Et licet Gratianus dicat, quòd chorepiscopi dare tales poterant, illud non credo [a], sed solus episcopus, vt de confe. distinct. 5. nõ oportet. 71. distinct. extraneo. Quod archidiaconus eas dare non possit, habes extr. de off. archid. significasti.

" Formatæ, siue dimissoriæ.

1 Iuop. 6 c. 72. Anſ. l. 7. c. 122. Poly. l. 4. tit. 26.

a Et bene Io. de Fan. & ita est ar. q̃ chorepiscopus non potest dare licentiã clericis, vel laicis, vt eant in peregrinatione, quia non possunt formatas dare, secundũ L. & H.

c ¶ *Commendatitias.*] arg. contra 71. dist. extraneo.

d ¶ *Leuiticam.*] nec subdiaconalem, nisi tãtùm lectoratum, vt j. prox. dist. c. 1. in fi. Sed G. fuit deceptus ex ca. seq. vbi non dicitur nisi de duobus ordinibus tantùm. Io. de Fan.

† baptizandis] Orig. & Iuo.

† ex hæres.] Orig.

Q *Vamuis.*] CASVS. In hoc c. 10. enumerantur, quæ pertinent ad officium episcoporum, quæ chorepiscopi sibi vsurpare non debent, licet multa sint communia chorepiscoporum, & presbyterorum cum epis.

† al. lxx.

e ¶ *Plurima.*] quo ad minores ordines conferẽdos, quo ad p̃dicationem quoad confessionem: ita tñ, q̃ non possit conferre nisi lectoratum, & inferiores, ostiariatum, & psalmistatum.

f ¶ *Erigere.*] in ecclesia consecrata. " Nam ante consecrationem licet presbyteris constituere altaria, sed post non, nisi de consensu episcopi, quod si fecerit, deponatur. arg. j. de conse. distinct. 1. nullus presbyter. hæc expositio est illius verbi, cõstitutio altaris.

" Altaria ante consecrationẽ eri gi possunt.

g ¶ *Fidelibus baptizatis.*] Hugo intelligit literam sic, baptizatis, sc. extra ecclesiam, & redeuntibus ad eã, vt de conse. dis 4. ab antiqua. qđ postea sequitur, de hæreticis intelligit in ecclesia baptizatis. Vel dic q̃ idem reperitur in seq. litera. Alij intelligũt de insolenniter baptizatis in necessitate à patre vel à matre. 30. q. 1. ad limina. quibus postea episcopus in confirmatione debet ea conferre, quę collata eis non fuerunt, vt hic 1. q. 1. §. ecce. sequens verò litera intelligitur de baptizatis nõ in necessitate, & ita non repetit idem [b].

b Hoc dicit Lau. sed litera hoc nõ patitur, quia apertè loqtur de hæreticis. Io. de Fan.

h ¶ *Hæreticis.*] j. de conse. dist. 4. quamuis.

i ¶ *Nec publicè.*] quod solus episcopus potest. 50. distinctio. in ea. nisi in necessitate, vt 26. q. 6. c. vlt. & c. 1.

HI VERO. Hæc est 3. pars dist. in qua probat, quòd chor episcopi recesserunt ab aula. Io. de Fan.

CASVS. dicitur in hoc §. q̃ chorepiscopi episcoporum officia vsurpabant, & ordo eorum est hodie extirpatus.

2 *Inter episcopos, & chorepiscopos* [a] *autem hæc est differentia, quòd episcopi non nisi in ciuitatibus, chorepiscopi etiam in vicis ordinari possunt: episcopi formatas* [b] *tribuunt, chorepiscopi non nisi commendatitias* [c], *& pacificas dare valeat. Episcopi ius consecrandi habent, chorepiscopi tantùm minores ordines tribuunt, leuiticam* [d] *autẽ, & sacerdotalem benedictionem non valent præstare. De his ita scribit Leo. I. ad episcopos Germaniæ, & Galliæ, epist. 86. al. 88.*

¶ In quibus chorepiscopi ab episcopis differant.

CAP. IIII.

1 QVamuis chorepiscopis, & presbyteris plurima [e] cum episcopis ministeriorum communis sit dispensatio: quædam tamen auctoritate veteris legis, quædam nouellis, & ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint: sicut est presbyterorum, & diaconorum, aut virginum consecratio, sicut constitutio altaris, ac benedictio, vel vnctio. Si quidem nec erigere [f] eis altaria, nec ecclesias, vel altaria consecrare licet, ne per impositionẽ manuum, fidelibus [g] baptizatis †, vel conuersis hæreticis † [h] paracletum Spiritum sanctum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum fontes signare, nec publicè [i] quidem in missa quemquã pœnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Hæc enim omnia illicita sunt chorepiscopis, qui ad exẽplum, & formã lxxij † discipulorum esse noscuntur, vel presbyteris, qui eandem gestant figuram: quoniam quanquam consecrationem habeant, põtificatus tamen apicem non habent.

3 *Hi verò propter insolentiam suã, qua officia episcoporum sibi vsurpabãt, ab ecclesia hodie prohibiti sunt.*

Vnde Damasus [k] *Papa ait ad episcopos Africæ, epist. 4.*

¶ Ordo chorepiscoporum à sacra sede reprobatur.

CAP. V.

2 CHorepiscopi tam ab hac sacra sede, quàm à totius orbis fuerant episcopis prohibiti. Nimis ergo eorum institutio improba, nimis est praua, quia vt hi de summo sacerdotis ministerio aliquid præsumant, omni auctoritate caret. *& infrà.* Nam non amplius quàm duos ordines inter discipulos Domini esse cognouimus, id est duodecim Apostolorum, & septuaginta † discipulorum. Vnde [l] iste tertius processerit [m], funditus ignoramus [n]. Et quod ratione [o] caret extirpari necesse est. 4

¶ Quòd autem † episcopi non sint, qui minus, quàm à tribus sunt ordinati episcopis, omnibus patet: quoniam vt bene nostis, prohibitum à sanctis est patribus, vt qui ab vno, vel à duobus sunt ordinati episcopis, nec nominentur episcopi. Si nomen non habent [p], qualiter officium habebunt?

Item Vrbanus secundus.

¶ Apostolorum in ecclesia locum episcopi teneant.

CAP. VI.

QVorum vices [q] in ecclesia habeant episcopi, & quis eis hanc dignitatem dare debeat, sanctus Augustinus ostendit, inquiens [Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Quid est pro patribus

k ¶ *Vnde Damasus.*] sed tamen hunc Nicolaus est secutus, & sic est cõtra di. 50. studeat. sed iam tempore Nicolai aboleuerat constitutio Damasi, vel fuerunt prohibiti, nõ quin essent, sed ne essent, vt prius.

2 Poly. ibid. Anselm. l. 7. c. 123.

C *Horepiscopi.*] CASVS. Quæsitum fuit à Damaso Papa, quare ordo chorepiscoporum sit hodie prohibitus. Et resp. propter duas rationes. Prima est: quia sibi improbè vsurpabant officia episcoporum. Secunda est: quia tantùm duos fuisse ordines legitur inter discipulos Christi, sc. duodecim apostolorum, & septuagintaduorum discipulorum. & cum non possit ratio reddi, vnde iste tertius ordo processerit, ideo meritò extirpari debet. Et istud quod postea sequitur, est pars c. vt dicit Hug. Alij tamen dicunt, quòd est §. Casus patet per se.

† al. lxxii.

† al. enim.

l ¶ *Vnde.*] id est, ex qua causa.

m ¶ *Processerit.*] quo ad talẽ præsumptionẽ.

n ¶ *Ignoramus.*] Sed nonne per totum orbem fuerunt chorepiscopi. ergo præsumendum est, " quòd fuerunt ab apostolis vel concilijs instituti, vt 12. dist. illa. Sed hic nõ negat illos ab apostolis institutos, sed cãm institutionis ignorat. Et est hic ar. q̃ à quocunque auctore aliqd sit institutum, & quantũcunque diu obtentum, si non subest causa, vel si onerosum est, extirpandum est, vt 12. distinctio. omnia. j. de conse. distinct. 1. placuit. 10. q. 1. hanc. & 63. dist. §. verum. ext. de censi. peruenit.

" Chorepiscopi antiquitus fuerunt ab Apostolis instituti.

Psal. 44.

o ¶ *Et quod ratione.*] institutionis. Et est argumentum pro ratione reddenda [c], vt ext. de censi. peruenit. & C. de cod. l. pen. ff. sol. ma. dotem.

c Ad idem ext. de p̃sc. si quando. vbi de hoc. & 23. q. 4. de tyrijs.

QVOD AVTEM. Hęc est quarta pars dis. in qua probat. quòd filijs ecclesiæ possunt fieri patres: scilicet possunt fieri episcopi loco apostolorum. Io. de Fan.

p ¶ *Nomen non habent.*] arg. *Si re priueris, nec nomen* [d] *habere mereris.* 32. q. 4. dicat in fin. C. de fer. à nullo. argum. 86. distin. fratrem. 16. quæst. 1. si cupis.

d Vide Nic. Euerar. de loc. lega. ab Etymolog. col. vlt.

Q *Vorum vices.*] CASVS. Quęsitũ fuit ab Vrbano quorum locũ epi hodie teneant in ecclesia, & quorũ vice fungantur. Et resp. q̃ locum tenent apostolorum, & eorum vice funguntur. Et hoc probatur auctoritate Augustini dicentis, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, &c. quę auctoritas durat vsque in finem.

q ¶ *Quorum vices.*] j. 12. q. 1. videntes. s̃. dis. 21. in nouo.

a ¶ *Ecclesia.*]"ergo est ecclesia mater & filia. Item ecclesia quandoque dicitur vxor. 7.q.1.sicut.& 21.q.2. sicut.quandoque mater. 12.q.2.qui abstulerit. quandoque dicitur filia, vt de conse.dis.1.ecclesia.nam catholicorum collectio, quæ est ecclesia,per episcoporum prædicationem generatur,vt 23.q. 4.recurrat. Item ecclesia etiam dicitur locus vbi Deum timentes veniam postulant. in Authen. vt liceat ma. & auiæ. §. qa verò.col. 8.

"Ecclesia ẽ mater,vxor & filia.

b ¶ *Patres.*]quia eam ꝓtegũt,& defendunt.

†al.pro apostolis filij nati sunt, & constituti episcopi.

c ¶ *Genuit.*] per baptismum.& ita ecclesię filius datur ei curator, quod etiam lex dicit.ff. de tu. & cur. datis ab his.l. is qui.dic vt notatur 12. q.1.c. vlt.

d ¶ *Illos.*]"in hoc cõparatur patri episcopus, & ecclesia filio : quia sicut filius non potest sine auctoritate patris litigare,vt C.de bono.quæ li. l. vlt. sic ecclesia sine auctoritate prælati, vt ext. de iud. causam.& 16.q. 1. monachi. Item sicut filius non conuenitur,sed pater nomine filij, vt C. de bon.ma.l.1.C.de an. exce.l.1. sic ipse prælatus est conueniendus, non ecclesia,nisi negotia ecclesiæ distincta sint à negotijs prælati, vt ext.de rescip. c.edoceri.

"Eps patri, & ecclesia filio comparatur.

e ¶ *Per quos.*] per eos pullulauit,& creuit,cũ nulla esset tunc temporis.

f ¶ *Nata es.*]id est,augmentata.

tuis nati sunt tibi filij ? Patres missi sunt Apostoli: pro Apostolis filij nati sunt tibi. constituti sunt episcopi. † Hodie enim episcopi, qui sunt per totum mũdum, vnde nati sunt? Ipsa ecclesia [a] patres [b] illos appellat, ipsa illos genuit [c], & ipsa illos [d] constituit in sedibus patrum. Non ergo te putes desertam, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum : quia non vides illos, per quos [e] nata es [f]. de prole tua tibi creuit paternitas. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij,constitues eos principes super omnem terram.§ & infrà. §Filios genuit ecclesia,constituit eos pro patribus suis principes super omnem terram. §

DISTINCT. LXIX.

1. ps. *Tonsura verò* [g] *clerici de manu abbatis suscipi potest, si eidem abbati manus impositio ab episcopo facta noscatur.*

Vnde in septima synodo cap. 14. *legitur.*

¶Abbates,quibus ab episcopo manus imponitur,aliquos tonsurare possunt.

CAP. I.

1 QVoniam videmus sine manus impositione à paruula ætate tonsuram [h] cleri†quosdam accipientes, nondumque ab episcopo manus impositione percepta super ambonem irregulariter in collecta legentes, præcipimus a-

1 Iuo p. 5.c. 376.

Tonsura. hæc di. diuiditur in tres part. Secũda ibi, *Lectoris.* Tertia ibi,*Simili modo.*Io. de Fan.

† al. clerici.

Casvs.Hic intitulatur 69.dist.in qua ostẽdit,quòd,non solũ episcopi possunt conferre minores ordines, sed etiam abbates in proprijs monasterijs possunt conferre lectoratum: quibus ab batib.ab episcopo manus impositio facta est.

g ¶ *Tonsura verò.*] in hac 69. distinct. tractat de collatione minorum ordinum vsque ad lectoratum. "Et nomine tonsuræ,accipe hic tres minores ordines,psalmistatum, ostiariatum, & lectoratum. & hoc licet abbati tantùm in suo monasterio:exorcistam tamen facere vel acolythum non licet. infra.ead.cap.vlt.

" Tonsura qñque tres ordines cõprehendit.

Quoniam.]Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte prohibetur,ne aliquis super pulpito in ecclesia vel monasterio legat epistolam,vel lectionem, nisi primò fuerit ordinatus, & tonsuram habeat ad modum clerici. In secunda parte dicitur,quòd abbates & sacerdotes, quibus ab episcopo manus imponitur iuxta morem præficiendorum abbatum conferre possunt in suis monasterijs lectoratum. Idẽ licebat quondam chorepiscopis. Et nota ꝙ legere epistolam pertinet ad subdiaconũ, legere lectiones ad lectorẽ pertinet.

a Hæc fuit sñia H.& L. q dñt idem quod proxi. sequitur.

h ¶ *Tonsuram.*]id est coronam. nam aliam tonsuram posset fęmina dare.

i ¶ *Lectoris.*]vel etiam ostiarij.non aũt exorcistæ, vel acolythi faciendi ius habęt:licet sit ar.contra extr.de or. ab episco- po qui renun.epis. c.1.sed & si abbas ex priuilegio habeat, vt oẽs minores conferat,bene potest. Sed nunquid hodie abbas potest conferre istos ordines? Credo [b] quòd sic, si tamen manus ei est imposita.ext.de æt.& qual.or.cum cõtingat.Io.Ego non credo, quòd possint conferre tales ordines abbates, nisi lectoratum, vt videtur dicere hoc c. & decr. cum contingat.

bCredo Angel.Clauas. ver. ordo.2. §.1.sp̃ requritur iurisdõnem quasi ep̃alẽ in oĩ ordine conferendo.

modo id minimè fieri. Idipsum quoque obseruandum est etiam inter monachos.¶ 2 Lectoris [i] autem manus impositione† [k] licentia est abbati solummodo in proprio monasterio [l] faciendi; si duntaxat eidẽ abbati manus impositio [m] facta noscatur ab episcopo, §secundum†morem [n] præficiendorum Abbatum, § dum constet illum esse presbyterum.

¶Simili etiam modo secundũ antiquam consuetudinẽ chorepiscopos præceptione [o] oportet episcopi promouere lectores.

Item ex concilio Laodicensi, capitu.26.

¶Non exorcizent, qui ab episcopo prouecti non sunt.

CAP. II.

NOn oportet exorcizare [p] eos, qui necdum ab episcopis sunt promoti† [q], neque in ecclesijs, neque in domibus [r].

DISTINCT. LXX.

Ab episcopis [s] *alterius* [t] *ciuitatis clericus ordinari non poterit, nec etiam à proprio* [u] *absolutè ordinandus est : absoluta enim ordinatio Chalcedonensi concilio ꝓhibetur, & vacuam habere manus impositionem præcipitur : in quo sic statutum est canone 6.*

¶Nemo ordinandus est absolutè.

CAP. I.

2 NEMI-

Ab episcopis] Casvs. Supra ostẽsum est, ꝙ clerici sunt à proprio episcopo ordinandi. nunc autem vult ostendere Gratianus quòd nullus episcopus debet ordinare clericum alterius sine eius licentia:quod ostendit. j. 71.di. Et ostendit quòd nullus debet ordinari sine titulo : & si ordinetur,irrita erit talis ordinatio quo ad executionem: quod ostẽdit in hac 70.dist.c.1.& 2.Ioan.de Fan.

2 Anſ.l.7.c. 105.Pol.l.2. tit.31.Burc. l.2. c.6. Iuo par.6.c.26. Pan.l.3. ca. 27.

f ¶ *Ab episcopis.*] Hic depingitur 70. dis. Quia dixerat presbyteros & reliquos clericos ab episcopo debere ordinari,inde sumpta occasione ostendit, ꝙ nullus ordinandus est sine titulo, i.sine ecclesia vel ecclesiastico beneficio. "& si fuerit ordinatus,debet deponi tam in iniuriam ordinantis quàm ordinati: quia permisit se sic promoueri. 16. q. 7. decernimus. 21.q.2.c.1. sed quoniam episcopi hanc pœnam nullam reputabant,hodie prouisum est,vt remaneant promoti, & episcopus vel etiam eius successor eis prouideat.ext.de prẽb. episcopus.ext.e.tit.cum secundum.

" Ordinat" sine titulo deponi dẽt.

t ¶ *Alterius.*]hoc exequitur in dist.sequenti.

u ¶ *A proprio.*]hoc exequitur in ista dist.&c.

Eminem.]Casvs.Statutum fuit in Niceno concilio, vt nullus. episcopus ordinet aliquem clericum sine certo titulo alicuius ecclesię,in ciuitate vel extra ciuitatem. & si ordinauerit aliquem clericum sine titulo, in opprobrium ordinantis officij executione carebit.

Nemi-

† Hæc non sunt in grẽco canone.

†al. prouecti.

a ¶ *Neminem.*]etiam in minorib.ordinib.non debet ordinari.ar.12.q.1.videntes.32.dist. si qui verò.cum enim habeat officium in ecclesia, ergo & beneficium debet habere. ext. de præb.dilectus.extr.de fil.presby.proposuit.ne dicatur:"Mendicat in plateis infelix clericus, vt 93.dist.diaconi.

" Clericus infelix esurit ī plateis.

b ¶ *Absolutè.*]id est, sine titulo.

†al. ordinari iubemus.

nem [a] absolutè [b] ordinari† presbyterum, vel diaconum, vel quemlibet in ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi [A] manifestè in ecclesia ciuitatis [c], siue possessionis [d], aut in martyrio [e] aut in monasterio, q ordinatur, mereatur ordinationis publicatæ † vocabulū. Eos autē, qui absolutè ordinantur, decreuit sancta synodus vacuam [f] habere manus impositionem, & nullum [B] tale factū valere ad iniuriam [g] ipsius, qui eum ordinauit.

c ¶ *Ciuitatis.*]hoc ideo dixit, "quia potius est præsentandus clericus q est de ciuitate quàm extraneus, vt ī.dist. px. hortamur.C. de epis. & cle.in ecclesiis.

" Clericus ciuitatensis ē extraneo ꝓferendus.

d ¶ *Siue possessionis.*] id est, si ordinatur ad titulum patrimonij sui, vt ext.de ꝓb.c. tui. Vel hoc ideo dicit, quia potius sunt illi clerici instituendi, de quorum bonis funda[a] est ecclesia, vt ext. de rescrip. cū adeo.

†al. publicæ

a Fundata. idē Arc.præpos.hic vide Roc.Cur. đ jur. pat.ver. honorificū. q.18.

e ¶ *In martyrio.*]Vbi sunt reliquiæ martyrū. vel loquitur de regulari ecclesia. Colligitur etiam hic ex eo, quod dicit, siue possessionis, arg. quòd si quis habet patrimoniū sufficiens, ordinari potest sine titulo. ext. de præb. episcopus.

f ¶ *Vacuam.*] quo ad executionem.

g ¶ *Ad iniuriam.*] & ēt suum delictum: quia se sic permisit promoueri, aliàs alterius odio non debet alius præ grauari.C.de inoff.test. si quis in suo.ext.de his quæ fi.à maio. par. cap. c.quæsiuit.in fi.

A ¶ Nisi manifestè.] *Græcè legitur:* εἰ μὴ ἰδίκως ἐνἐκκλησίᾳ πόλεως ἢ κώμης ἢ μαρτυρίῳ, ἢ μοναστηρίῳ ὁ χειροτονέμενος ἐπικηρύττοιτο. *hoc est,* nisi propriè in ecclesia ciuitatis, vel pagi, aut martyrio, aut monasterio, qui ordinatur, pronuntietur. *In ordine autem Romano fit mentio talis pronuntiationis, episcopi nomine per archidiaconum factæ.* De titulo S. Stephani eligimus Petrum ad lectorem ad eundem titulum.

B ¶ Nullum tale factum.] *Græcè,* μηδαμῶ δύνασθαι ἐνεργεῖν. *id est,* nunquam posse operari.

Item ex concilio Vrbani ij. habito Placentiæ.

¶ Irrita sit ordinatio sine titulo facta.

CAP. II.

1 S. Antoninus par.2.c. 1.§. 22.

1 SAnctorum canonum statutis consona sanctione [S.] In hoc c. quinque per concilium Vrbani statuuntur. Primū est, vt ordinatio sine titulo facta irrita habeatur. Secundum est, vt clericus perpetuò perseueret in ecclesia in qua est intitulatus. tertium est, vt clericus nō intitulet in duabus ecclesijs: quia licet ex dispensatione episcopi clericus possit duabus ecclesijs præsidere, canonicus tamen præbēdarius in duab.ecclesijs esse nō potest. Quartum est, vt præpositus maioris ecclesiæ curam habeat de ecclesijs pauperib. quæ clericos suos sustentare non possunt. Quintum est, vt præter nouem præfationes decima dicatur, quæ incipit: Aequum & salutare.

b Adde qđ ꝓpriè dicat ꝓpetuū, & qđ æternū, no.in l.eum debere colūnam.ff.de fer. vrb. pđ.

h ¶ *Perpetuò.*]i.dum viuit.[b] ff.pro sol. l.1.filius enim non debet esse temporalis nec hæres.ff.de adop.quæsitum. & inst.de hær.inst.§.hæres.

c Aliàs incipit, si tibi.

i ¶ *In duabus.*]Qui enim titulum habet in vna ecclesia, si recipit secundam ecclesiam vel præbendam pro titulo, perdit primam, vt ext. de concess. præb. & eccl. non vacant. literas. sed si recipit ipsam quasi beneficium, & quasi commendatam siue stipendium, tunc secus: & tunc non est canonicus secundæ præbendæ, nec cum eis potest eligere. Si quæras quare canon iste permittit episcopo dispensare in ecclesijs, & non in præbendis, dico ꝙ æquè potest dispensare in ꝑbendis sicut in ecclesijs, dummodo sint de eodem episcopatu. Est ergo hæc veritas, quòd de iure communi non potest quis habere duas ecclesias vel præbendas in eodem episcopatu vel in diuersis, nisi in casib.notatis. 21. qō. 1.in summa. "Sed numquid hodie beneficium huius canonis est sublatum episcopis per illam nouam constitutionē, de multa, in tit. de præb. ex eo ꝙ dicit ibi, per sedē apostolicā poterit dispensari? [d] Dico ꝙ nō: sed tm̄ vaga & indiscreta dispensatio est ablata ab eis nō probabilis: sicut per remotionem appellationis non remouetur necessaria appellatio vel probabilis, ext. de ap. pastoralis. sic cū Dominus prohibuit iurare, non prohibuit iuramentum necessarium, sed temerarium, vt 22.q.j.c.ita. sic cum Dns prohibuit vxorem separari à viro, intelligendum est tantùm de illa separatione, quæ fit sine ratione, vt 33. q. 2.quos Deus.

"Eṕi vtrum hodie possint circa beneficiorum pluralitatē dispensare.

d Sed nūqd in casu potuerit legatus cardinalis? Dicit Rosf. bene, ꝙ curia t3 ꝙ nō: qa hoc spāliter sedi apost. reseruat̄ & hoc ipse not. in suo libello iuris can. B.

decernimus, vt sine titulo facta ordinatio irrita habeatur, & in qua ecclesia quilibet titulatus est, in ea perpetuò [h] perseueret. ¶ Omnino autem in duabus [i] aliquem titulari non liceat, sed vnusquisque in qua titulatus est, in ea tātùm canonicus habeatur. Licet enim episcopi dispositione vn' diuersis [k] præesse possit ecclesijs, canonicus tamen præbendarius, nisi vnius ecclesiæ, in qua conscriptus est, esse non debet. ¶ Si quæ tamen capellæ sunt, quæ suis reditibus clericos sustentare non possunt, ea cura [l] ac dispositio prępositi [m] maioris ecclesiæ, cui capellæ subditæ esse videntur, immineat, & tam de possessionibus [n], quàm de ecclesiasticis capellarum officijs ipse prouideat. [o]

In eodem etiam concilio antiquis nouem [p] *præfationibus decima addita est, quæ ita se habet* [*Aequum, & salutare, & te in ven. vel assumptione Beatæ Mariæ collaudare, benedi. & prædi. quæ, & vnigenitum tuū S.S. obumb. concep. & virginitatis gloria permanente lumen æter. mundo effudit, Iesum Christum dominum nostrum.*]

DISTINCT. LXXI.

E clericis ve-

Si obijcias, ꝙ punitur eps, qui permittit ipsū habere prius stipendiū, vt ibidem dicitur extra de præb. quia in tm̄. de cle. non resid. qa nonnulli. ergo dispensare non potest. Non sequitur: quia eps punitur q ordinat clericum concubinarium, vt 51. dist. qui in aliquo. & tm̄ cū ipso dispensare pōt: sed ideo punitur, quia indiscretè dispensat. Si obijcis quod dicitur ibi per sedem apostolicam: ergo non potest per aliū, non sequitur: quia eodem modo decretū dicit ꝙ ordinationes epō rum faciendæ sunt auctoritate apostol. 64.di. ordinationes. & tm̄ propria auctoritate fieri possunt. Sic ēt alibi dicitur, ꝙ quilibet p̄sbyter pōt & dēt baptizare vel celebrare de licētia epi, vt 16. q. 1.cunctis. & tm̄ suo iure pōt baptizare: sed ideo dicit hoc, ꝙ eius auctoritate saltē generali debeat fieri dispensatio. Vel dic ꝙ tunc solus Papa dispensat, cum quis diuersa beneficia in diuersis epatibus vult habere ꝓp repugnātiam quę ex hoc proueniret: quia nemo duobus dn̄is potest seruire [e], vt 21. q. 1. c. 1. Io. Hæc glossa nihil valet: quia Papa tantùm dispensat circa plures ecclesias habentes curam animarum & plures dignitates, vt expressè dicit decre. de multa. sed circa plura beneficia simplicia non videtur episcopo dispensare prohibitum.

" An plures ꝑbēdæ possint alicui cōferri. iuxta princi. §. sed. qđ dcm̄ est, &c. Arc.

e De hoc ēt no. 21. q. 2. c. 1. & idē sentit H. e. cau. q. 1. in pr. & Gof. & Vin. ext. de ꝑb. đ multa. Arc.

i ¶ *In duabus.*]Nec iure ciuili quis in duob. collegijs potest connumerari. ff. de coll. & cor. ill. l. 1. §. 1. nec duas militias habere. C. qui. mil. non pos. l. 1. §. inposterum. nec duos honores. ff. ad mun. libertus. §. præscriptio.

k ¶ *Diuersis.*] non conuentualib. cum enim nec canonicus in diuersis conuentualib. esse possit, ergo multò magis nec prę latus, ita quòd sit in eis canonicus.

l ¶ *Cura.*]12. q. 2. bone rei. Lau.

m ¶ *Præposito.*]i. episcopo, qui est ordinator in cunctis, vt in contrario hic signato. 25. dist. c. 1. Vel dic prępositō. i. archidiacono. ar. ext. de ver. sig. q̄uis. & sic nec illud erit contrariū.

n ¶ *Tam de possessionibus.*]Ar. pro capel. vt decimæ debitæ maiori ecclesię sic communicentur illis. Ar. contra 12. q. 1. videntes. [f] 1. q. 1. c. 1.

f Et 16. q. 1. qcunq;. vbi de hoc. ext. de ꝑscrip. ex transmissa. vbi de hoc. Arch.

o ¶ *Prouideat.*] vt dentur vni, vel simul vniantur, vt 10. q. 3. vnio. de consec. dist. 1. c. 2. & ext. de præb. exposuisti.

p ¶ *Nouem.*]de conse. dist. 1. inuenimus.

DE clericis.]CASVS. Hic ponitur 71. di. in qua ostē dit Gratian. quòd clericus vnius episcopi non est ab alio episcopo ordinandus, vel in ecclesia recipiendus sine licentia & literis sui episcopi: alioquin irrita erit ordinatio & receptio, nisi causa hostilitatis fuerit ab ecclesia sua eiectus clericus: quia tunc dū durat hostilitas, recipi potest, vt 7. q. 1. pastoralis. Io. de Fan.

a ¶ *De*

a ¶ *De clericis verò.*] In hac di. 71. ostendit Gratian. quòd clericus vnius episcopi non est ab alio ordinandus episcopo, vel in aliqua ecclesia instituendus sine literis sui episcopi. quod si factum fuerit, irritabitur, nisi hostilitatis causa clericus exularet j̃. eod. clericos.

ILud.] CASVS. Quidã episcopi ordinabant & recipiebant in suis ecclesiis aliorum episcoporum clericos, eis irrequisitis: vnde contentiones & discordię nascebantur: & ideo statutum fuit in concilio Sardicen. ne hoc decętero fieret, nisi cum licentia suorum episcoporum: alioquin irrita erit talis ordinatio. Duo sequentia c. plana sunt, q̃ ferè idem dicunt cum isto.

b ¶ *Contentionibus.*] "Nã communitas mater discordiæ est. ff. de lega. 2. cum pater. §. dulcissimis.

"Cõitas discordiã parit.

c ¶ *Et sine voluntate.*] Argum. expressum ad id quod dixi. 7. quæst. 1. placuit.

C. 19.

d ¶ *Ordinatio.*] nisi postea ratum haberet suus episcopus, " vt 63. di. Salonitanæ.

a Ex ista gl. infertur, q̃ ratihabitio retrahitur. Cõcor. text. in l. vero. §. sed & si. & ibi Bar. ff. d̃ sol. & l. obseruare. §. fi. ff. d̃ of. pcõ.

e *De aliena.*] ¶ *Exoratus.*] Sed nunquid sufficeret vt dissimularet? b Non, vt 85. dist. Florentinum. & 63. di. literas. vt no. j̃. 7. q. 1. c. placuit.

b Dicit ibi Lau. sufficere facere vt canonicũ, nõ vt p̃latũ.

f *Si quis ausus.*] ¶ *Cõsensum.*] Ergo cum consensu eius poterit. C. de sacrosan. eccl. qui sub prætextu. & expresso consensu non tacito. ff. de proc. filiusfamil. §. inuitus.

Clericos.] CASVS. Quæsitum fuit in Chalcedo. concilio, vtrum episcopo liceat ordinare in sua ciuitate clericos alterius ciuitatis? Et diffinitum est q̃ non: sed vnusquisque clericus perseueret in ea ecclesia in qua ab initio consueuit: exceptis illis, qui causa hostilitatis & necessitatis suas ecclesias p̃diderunt & ciuitates. & quicunque episcopus contra fecerit, excommunicatus permanebit cũ eo quẽ susceperit, donec ad suam ecclesiã reuertatur clericus.

1 Pann. l. 3. c. 64.

†al. vsurpet.

2 Burc. l. 1. c. 109. Iuo p. 5 c. 11. ex alia versione.

g ¶ *Sed quiescant.*] nisi vocentur, & eligantur ad alias ecclesias. tunc. n. auctoritate maiores possunt transire ad alias, vt 7. q. 1. episcopus de loco.

h ¶ *Ex necessitate.*] sed pone quòd presbyter amisit ecclesiam suam, episcopus ciuitatem suam: tamen remanet in aliqua parte sui episcopatus: "nunquid clericus rẽcedet, quo voluerit sine literis episcopi? Dicunt quidam quòd non. nam adhuc prælatus remanet amissę ecclesiæ. Alij dicunt contrarium, vt dixi 7. q. 1. pastoralis. Sed verior est ratio prior: quia episcopus adhuc non definit esse suus prælatus: quia non tantũ ratione beneficij, sed etiam ratione ordinis est prælatus suus. Alij dicunt in pendenti esse vtrum sit prælatus. nam si postea liberatur ecclesia, remanet ecclesiæ prelatus. aliàs non. 7. q. 1. pastoralis. Et arguitur ad hoc ext. de cle. non resid. fraternitati. c Item pone quòd episcopus dat ei licentiam transeundi ad aliũ episcopatum sub ea conditione, vt si redierit prior ecclesia ad libertatem, redeat ad eam: nunquid episcopus interim est prælatus eius? Sic: non tamen potest eum excommunicare nisi fortè ecclesia liberata non velit redire. licet. n. interim sit eius p̃latus, ligatam tamen habet executionem. Item si ad aliam ecclesiã vellet eum reuocare, non posset nisi ad suam, ex quo ei licentiam dedit: nisi ei sub hac conditione licentiam dedisset, vt posset eũ quandocunque vellet reuocare. Item si totus episcopatus occupatus est à Saracenis: nunquid remanent clerici istius episcopi, cum omnes sint in episcopatu alterius? Dico quòd remanent, sed non habet iurisdictionem liberam in eos. Item nunquid possunt eos vicini episcopi recipere sine literis eius? Sic: ipse tamen si episcopatus eius esset liberatus, posset eos reuocare, etiam si eis licentiam dedisset: nisi fortè licentiando eos absolueret. Vel dic quòd prior desinit esse prælatus ipsorũ, vt no. 7. q. 1. pastoralis.

c Ad idẽ 7. q. 1. pastoralis. nã multę sunt in pędẽti. ff. si cer. pe., pinde. Sed arg. cõtra C. de sen. pas. l. vltim. Arc.

3 Ans. l. 6. c. 125. & l. 7. c. 109. Iuo p. 6. c. 361.

4 Io. diac. l 3. c. 20. Pol. l. 1 tit. 7. Ans el. l. 7. c. 80.

i ¶ *Tamdiu.*] j̃. 21. q. 4. episcopi. Arg. j̃. 7. q. 2. c. 2. &c.

Fraternitatem.] CASVS. In ecclesia Benafrana erat quidã diaconus nomine Gratianus: quem Fortunatus episcopus volebat in sua ecclesia ordinare: & eum propter hoc postulauit à Papa. & qa in ecclesia Benafrana non erat episcopus hostilitate faciente à quo peti posset diaconus ille: Papa eum sibi sine mora concessit.

k ¶ *Habituro.*] absolutè ponitur sine verbo. 63. dist. Agatho.

l ¶ *Licentiam.*] "Sed nunquid capitulum dũ ecclesia vacat posset ipsum licentiare? Non: quia quædam alienatio est, quæ non potest fieri vacante ecclesia. 12. qõ. 2. si qua. de hac materia habes 24. dist. c. 2. Io. Sed quid si ecclesia habet visitatorem,

" Capitulũ ñ p̃t licẽtiare clericum sede vacante.

non habeat consensum f illius episcopi, à quo recessit clericus, irrita sit huiusmodi ordinatio.

Item ex concilio Chalcedonensi, cap. 20.

¶ Clericus vnius ecclesiæ in alia non ordinetur.

CAP. IIII.

3 CLericos in suis ecclesijs constitutos, sicut iam diffiniuimus, non liceat in alterius ciuitatis ecclesijs ordinari: sed quiescant g in ea, in qua ab initio ministrare meruerũt: exceptis illis, qui proprias ciuitates perdiderunt, & ex necessitate h ad alias ecclesias migrauerunt. Si verò quicũque episcopus post definitionem istam ad alium episcopum pertinentem clericum susceperit, placuit sanctæ synodo, & eum, qui susceptus est tandiu i excommunicatos manere, quandiu ipse clericus reuertatur ad propriam ecclesiam.

Item Gregorius Fortunato Episcopo Neapolitano, l. 5. epist. 11. *seu c.* 111.

¶ Apostolica permissione vnius ecclesiæ clericus in altera valeat ordinari.

CAP. V.

4 FRaternitatẽ tuam à nobis petisse recolimus, vt Gratianum ecclesiæ Benafranæ diaconum tuæ concederemus ecclesiæ cardinandum B. Et quoniam nec episcopum, cui obsecundare, nec propriã habet ecclesiam, hoste scilicet prohibente, quò suum debeat ministerium exhibere, petitionem tuam nõ pręuidimus differendam. Idcirco scriptis tibi præsentibus eum necessariò duximus concedendum, habituro k licentiam l diaconum illum, nostra interueniente auctoritate, ecclesię tuæ, Deo propitio, constituere cardinalem.

rem,[a] Videt, q̃ iste possit alienare, vt inst. de cu. §. vl. nam auctoritate metropolitani debet constitui visitator. Sed videtur contra quod dicit lex: quia ad ea quæ solemnitatem iuris desiderant, tutore opus est. ff. de consen. & aucto. præst. l. curatorem. vnde non credo hæc fieri posse per visitatorem, cum solẽnitatem exigant. 10. q. 2. hoc ius. Ioan.

a Sub. qm̃ d; cõstitui autoritate metropolitani. Lau. qđ dic, vt plenè dixi 61. dist. c. vlti. & ibi de hoc.

PRimatus.] CASVS. Episcopus Vegesel-
itanus surrexit in concilio Carthag. & suggessit concilio, vt statueret ne aliquis episcopus vsurparet clericum vel parochianum alterius, nec apud se retineret sine alterius episcopi licentia: cuius dictũ Gratus episcopus approbauit: & per concilium Sardicen. confirmauit, & auctorizauit. Sequens c. patet.

a ¶ *Sine literis.*] j. ℞x. di. c. 2. & 3. & j. 76. di. c. vl. & s̃. c. prox. & s̃. 61. di. Osius. & 85. dist. Florentinum. in fi. & s̃. 63. dist. literas.

a ¶ *Sine literis.*] crederem tamen & testes sufficere. C. de fi. inst. in exercendis. & ext. de cle. pere. tuæ. Lau.

" Laicus an possit ordinari à non suo epo.

b ¶ *Obtineat.*] "Sed nõ ne extraneus episcopus potest ordinare laicum de alterius episcopatu, cum laicus possit transferre domicilium quo voluerit? Dico quòd sic: sed domicilio non translato non potest eũ ordinare: sicut nec alia sacramenta ab extraneo recipere posset, vt de pœ. di. 6. placuit. de conse. di. 2. tribus. nec peregrinari potest laicus sine licentia episcopi. de conse. dist. 5. non oportet.

1 Burc. l. 2. c. 43. Iuo p. 6. c. 144. Ans. l. 6. c. 124.

† al. priuat⁹.

2 Ex isto tex. infert q̃ literæ epi sunt authẽticæ: cũ (vt hic) faciant fidẽ. Cõcor. tex. in l. mo numẽtorũ. & ibi glo. & do. C. đ rel. & sum. fun. No. Bal. Pe. đ Bellap. & Cyn. in l. si qua p calũniam, C. de epis. & cle.

c ¶ *Eius episcopi.*] sic C. de of. ma. mi. milites. vbi dicitur, quòd sine licentia Imperatoris, &c.

† ordinet.] Orig.

d ¶ *A collega suo.*] Sed pone quòd eum concedat: vbi dicitur iste habere domicilium? Dic quòd si vtrunque beneficiu m retinet, vtrobique. [b] ff. ad mun. l. Labeo. & l. assumptio. §. à viris prudentibus.

b Ad hoc C. de in col. ciues. l. 10.

† al. & per consensum sui epi habeat.

EXtraneo clerico. e ¶ *Cõmendatitijs*] inde cõse. dist. 2. tribus. ext. de cle. pereg. c. tuę. & 20. q. vl. & 19. q. 2. duæ. & C. de epis. & cle. si qua.

" Clerici de diœcesi sũt extraneis p ferendi.

HOrtamur.] CASVS. In hoc. c. monet Aug. patronos" ne aliquem clericũ in suis ecclesiis eligant, nisi fuerit ordinatus ab episcopo, in cuius diœcesi ita est ecclesia: vel nisi recipiatur ab eo per literas commẽdatitias. Seq. c. patet per se.

B ¶ Cardinandum.] *Antea legebatur*: ordinandum. *Emendatum est ex ipsa epistola. Cardinare verò, seu Cardinalem constituere (quod est in fine huius capitis) ita videtur B. Gregorius accepisse, vt canonicam translationem significet. Nam cum tempore S. Gregorij canon sextus cõcilij Chalcedonensis accuratè obseruaretur, vt nullo modo daretur alicui locus in ecclesia (qui nunc titulus vocatur) nisi simul ad eum locum ordinaretur, cum aliquis iam ordinatus, necessitate aliqua in aliã ecclesiam transferebatur, vt in illa in eodem gradu, quo in prima ordinatus erat, deseruiret, in secunda dicebatur incardinari, quod ex isto nunc indicato loco patere potest, & ex libr. 3. epist. 14. & alibi. Quod etiam in episcopis B. Gregorius faciebat, lib. 2. indict. 10. epist. 6. & epist. 25. (quod refertur infra. 7. q. 1. c. pastoralis) & indict. 11. epist. 13. & sequenti, quod habetur infra. 21. q. 1. c. relatio. de hac re Ioannes diaconus lib. 3. c. 8. & 11. & 16. Gregorium verò Ioannes vij. & facto ipso, & vocabulo in eadem notione accepto, est imitatus, quod ex aliquot manuscriptis ipsius epistolis constat.*

Item ex concilio Carthaginensi 1. cap. 5.

¶ Sine literis episcopi sui in aliqua ecclesia clericus non suscipiatur.

CAP. VI.

1 PRimatus † episcopus Vegesel-
itanus dixit. Suggero sanctitati vestræ, vt statuatis non licere clericum alienum ab aliquo suscipi sine literis[a] episcopi sui, 2 neq; apud se retinere, nec laicum vsurpare sibi de plebe aliena, vt eum obtineat † [b] sine conscientia eius episcopi [c], de cuius plebe est. Gratus episcopus dixit. Hæc obseruantia pacem custodit: Nam & memini in sanctissimo cõcilio Sardicensi statutum, vt nemo alterius plebis hominem vsurpet: Sed si fortè erit necessarius, petat à collega [d] suo, & per consensum habeat. †

Item ex concilio Chalcedonensi, cap. 13.

¶ Sine literis commendatitijs clericus extra suam ecclesiam nõ ministret.

f ¶ *Veniens.*] Hoc verum est, cum ille qui clericum præsentat, laicus est: quandiu idoneus est in suo episcopatu, non præsentabit extraneum. episcopus enim vndecumque posset præsentare, vt j. 16. q. 1. si quis episcoporum. [c]

g ¶ *Vllum absque.*] ¶ *Peregrinorũ.*] Clerici peregrini largè possũt appellari omnes, q̃ non sunt de episcopatu ordinantis, siue sint clerici, siue laici: quia nulli talium debent recipi ab aliquo episcopo ad dignitatem, vel ordines, vel alia sacramenta ecclesiastica. suprà ead. distinctio. per totum. & specialiter. eod. titu. primatus. & hoc ext. de cle. pere. c. 2. & 3. Et quòd omnes tales dicantur peregrini & extranei, est ar. 3. q. 6. peregrina. 6. q. 3. c. 1. & 2. Ignoti dicuntur quorum origo, vita, & singularitas sunt ignota episcopo, non distincto, sint de eodem episcopatu, vel alio. 24. di. quando. 42. dis. quiescamus. ver. si enim in clero, &c. Ar. 2. q. 7. quærendum. ver. quorum vita. secundum Ra. & Goff.

c Quod no. ext. đ iu. pa. significasti. s3 qđ s̃. dcm est p Io. per oĩa à Laur. approbatur cui⁹ fuit ista glo. & idé p oĩa sẽtit H. & Ioan. de Fan.

3 Burc. l. 2. c. 139. Ans. l. 7. c. 162. Poly. l. 4. ti. 31.

4 Burc. l. 15. c. 30. Iuo p. 16. c. 31.

CAP. VII.

3 EXtraneo clerico, & lectori extra ciuitatem suam sine commendatitijs [e] literis proprij episcopi nusquã penitus liceat ministrare.

Item ex sermone Sancti Augustini ad populum.

¶ De eodem.

CAP. VIII.

4 HOrtamur christianitatem vestrã iuxtà sanctorum canonum instituta, vt in ecclesijs à vobis fundatis aliunde veniens [f] presbyter nõ suscipiatur, nisi à vestræ fuerit ecclesiæ consecratus episcopo; aut ab eo per commendatitias literas suscipiatur.

Item ex cõcilio Antiocheno, c. 7.

¶ Absque formata clerici peregrini non suscipiantur.

CAP. IX.

NVllum [g] absque formata [A], quam Græci epistolam dicunt, peregrinorum clericorum suscipi oportet.

A ¶ Formata.] *Græcè est, μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν δέχεσθαι τῶν ξένων. quod Dionysius vertit.* nullus peregrinorum sine pacificis, id est, commendatitijs suscipiatur epistolis. *atque ita Burc. & Iuo habent.*

DISTINCT. LXXII.

IMissorias [h] verò literas episcopus, nisi rogatus, non tribuat: sicut statutum est in synodo habita Romæ.

Vnde Leo Papa.

¶ Nisi eodem petente, nulli dimissoriæ literæ præstentur.

CAP. I.

5 EPiscopus [i] subiecto sibi sacerdoti, vel alij clerico, nisi ab ipso postulatus [k], dimissorias non faciat, ne ouis quasi perdita, aut errans inueniatur.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 21.

dare. ff. de re milita. officium.

IMissorias.] CASVS. Supra in ℞x. dist. dictum est, quòd clericus sine literis dimissorijs, vel cõmendatitijs sui episcopi, & sine eius licentia recipi non dẽt: ideo supponit hanc 72. di. in qua ostendit, quòd clerico non debet patere licentia sine literis dimissorijs: quas episcopus non debet dare nisi rogatus. Et casus omnes plani sunt.

h ¶ *Dimissorias.*] Hic depingitur 72. di. Dixerat supra magister, clericum sine commendatitijs literis sui epi non esse recipiendum. nunc ostendit, quòd episcopus nõ debet eas dare nisi instanter rogatus.

i EPiscopus.] ¶ *Nisi ab ipso.*] s. qui eũ habere desiderat & postulat: sicut cum quis transit in familiam alterius, vt ff. de adop. l. 2. sic s̃. 70. distinct. capitu. 2.

5 Ansel. l. 6. c. 122.

k ¶ *Postulatus.*] "Sũt enim quædam quæ nõ conceduntur nisi cum instãtia, vt palliũ 100. di. prisca. & apostoli. 2. q. 6. post appellationẽ. bene accedit ad hoc, quia qui præest, parcissimè debet commeatũ

" cõcedẽda sunt quædã cũ instãtia.

Cleri-

¶De eodem.

CAP. II.

1 CLericum [a] alienum, nisi concedente eius episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promouere in ecclesia sibi credita. Clericorum [b] autem nomen lectores & psalmistæ, & ostiarij retinent. †

Item ex concilio Mileuitano, capitu.15.

¶In vna ecclesia ordinatus, in alia non suscipiatur. †

CAP. III.

2 PLacuit [c], vt quicunque in vna ecclesia vel † semel eligitur, [B] ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

B ¶Eligitur.] *In concilio Mileuitano est*, vel semel legerit, *itemque in concilio Carthaginensi græco, c.91. κὰν ἅπαξ ἀναγνῷ, In Africano autē. cap.57.* vel semel suscepto officio legerit.

DISTINC. LXXIII.

3 QValiter verò cōmendatitia, vel dimißoria, seu formata epißola facienda sit, videndum est. *Debent namque literæ græcæ interponi in ea epistola, & non sine causa. Græca enim elementa literarum, numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter græci sermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos latinus formatas vocat, aliqua fraus falsitatis temerè præsumeretur: hoc à patribus cccxviij. Nicææ congregatis saluberrimè inuentum est, & constitutum: vt formatæ epistolę hanc calculationis, seu supputationis habeant rationem: id est, vt aßumantur in supputationem prima græca elementa patris, & filij, & spiritus sancti, hoc est ϖ, υ, α: quæ elementa octogenarium, & quadringentesimum, & primum significant numerum: Petri quoque Apostoli prima litera, id est, π, quæ numerum octoginta significat: eius quoque, qui scribit, episcopi† prima litera, cui scribitur, secunda litera, accipientis, tertia litera, ciuitatis quoque, de qua scribitur, quarta, & indictionis, quæcunque est illius† temporis, numerus assumatur. Atque ita his omnibus græcis literis, quæ, vt diximus, numeros exprimunt, in vnum ductis, vnam, quæcunque fuerit collata, † summam epistola teneat: hanc qui suscipit, omni cum cautela requirat expressè.† Addat præterea separatim in epistola etiam nonagenarium, & nonum numerum, qui secūdum græca elementa significat ϡϡϑ.*

¶Exemplar formatæ epistolæ, quæ in Nicæna synodo à cccviij. Patribus facta est.

CAP. I.

4 IN nomine patris. ϖ, & filij. υ, & spiritus sancti. α ϖ. Vualterio Spirensi episcopo. Ego Burchardus sanctæ Vuormaciensis ecclesiæ deuotus, gregis Christi famulus, in Deo verò summæ felicitatis beatitudinem. Cum sancta catholica ecclesia prompta sit sequi documenta Euangelica, quæ dicunt § Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, accipiet mercedem prophetæ: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet, &c. § & Apostolus iubeat hospitalitatem sectari, & necessitatibus sancto-

rum virorum communicare: tamen propter eos, qui cauteriatam habent suam conscientiam, dicentes se esse simplices, cum sint astutia diabolica repleti, & pro opere pietatis dicunt se de loco ad locum transire, cum sint, sua malitia faciente, fugitiui, & dicunt se esse ministerio sacro insertos, cum non sint, statutum est à sanctis patribus, neminem clericum alienum, & ignotum recipi ab aliquo episcopo & inthronizari in sua ecclesia, nisi habeat à proprio episcopo epistolam, quæ in canonibus nominatur formata. Ideo notum facimus fraternitati† vestræ, quòd præsens frater noster harum literarum portitor nomine Hermanus† non pro sua nequitia expulsus est à nobis: sed postulantibus fratribus, eo quòd ex familia nostra fuit, & noster baptizatus, fecimus ei libertatem receptam in† cornu altaris canonicè, & ordinauimus eum ad gradum presbyterij. Cui etiam has dimissorias, siue commendatitias literas facimus, & eum ad vestram dilectam fraternitatem dirigimus, vt in vestra parochia sub vestro sacro regimine, & defensione consistere valeat. Ego, inquam, Burchardus humilis episcopus in nomine patris, † & filij, & spiritus sancti, & in vnitate sanctæ ecclesiæ, in qua Petro datum est ius ligandi, atque soluendi, absoluo Hermanum presbyterum de ciuitate Vuormacienſi indictione x. & licentiam do vobis inthronizandi eum in quacunque ecclesia vultis vestræ parochiæ. ¶ 5 Hanc ergo epistolam græcis literis hincinde munire decreuimns, & annulo nostræ ecclesiæ firmare censuimus. Fraternitatem vestram Christus nobis incolumen cōseruet A. π. υ. α. π. Data Vuormaciæ. Idib. Martij, anno Dominicæ incarnationis, MXII. Indictione X.

A ¶Conseruet.] *In hoc & sequenti cap. ea tantùm sunt emendata, quæ exemplarium auxilio restitui poterant. Cæterùm quæ hoc loco sequuntur, etiam apud Burch. sunt deprauata. Facilè autē restitui possunt ex regulis initio distinctionis traditis. Quibus quidem regulis optimè respondet exemplum ab Iuone allatum par. 6. c. 435. si literæ in extremo 434. capitis positæ, ponantur loco earum quæ in ipso 435. afferuntur. Addita enim illis dictione, ἀμήν, resultat numerus ibi notatus, id est, IↃCCLXXVIII. Bene etiam procedet exemplum capitu. 434. si vbi nunc summa est 1539. fiat 1439. satis sit locum indicasse.*

¶Incipit epistola formata à cccxviij. episcopis, & ab Attico A Constantinopolitanæ verbis episcopo edita.

CAP. II.

6 SAnctissimo in Christo fratri summa dulcedine charitatis amplectendo: A. ilius ciuitatis episcopo, υ. ilius ecclesiæ præsul perpetuæ beatitudinis optat in Christo salutem. π. υ. α. π. De cętero nouerit sancta fraternitas vestra, quòd iste clericus Hermanus nomine, nostra in parochia instructus, ac detonsus paruitatem nostram rogauit, quatenus illi commendatitias literas conscriberemus, quibus vestræ celsi tudini commendatus, sub tuitione vestri regiminis degere posset: cuius voluntati consentientes, secundum canonicam auctoritatem literas ei dimissorias dedimus, per quas & ipsi concedimus, vt sub vestro magisterio diuinæ seruituti insistens suæ deseruiat vtilitati, & vobis licentiam tribuimus, vt, si dignum eum iudicaueritis, ad sacros ordines promoueatis. Commendatum ergo eum curæ vestræ suscipite, & nostris ex partibus absolutum in vestrarum ouium numero custodite. Quas literas, vt vigore veritatis firmatæ, indubitanter à vobis suscipiantur, literis græcis, vt canonica docet auctoritas, confirmare stategimus.

1 Burc. l. 2. c. 42. Iuo p. 6. c. 14.

a Cōc. Africanū. c. 57.

3 Ex Attico ad finē cōcilij Chalced. Anſ. l. 6. ca. 121. Iuo p. 6. c. 433.

4 Burc. l. 2. c. 227. Iuo p. 6. c. 434. similē quiddā multoq; magis, c. 435.

Matth. 10. Rom. 12.

5 Iuo p. 6. c. 434. simile.

6 Anſ. l. 6. c. 112.

a Cōc. Lericum.] ¶*Episcopo.*] sic C. de eman. iubemus.

b ¶*Clericorum autem.*] ē. dist. 21. cleros. ergo & qui eos verberat, incidit in canonem. 17. q. 4. si quis suadente.

c PLacuit.] ¶*Eligitur.*] Arg. ex electione ius acquiri. [a] q-dam tamen dicunt contrarium & exponunt semel, id est perfectè ita quòd confirmatus sit. ar. ext. de of. delega. in literis. & etiam si nondum est translatus, vt est arg. ff. de dona. qui saxum.

a Qđ dic vt no. 63. dist. quāto. & 16. q. 7. contra sanctorum. ibi Ioan. intelligit hoc c. in nomina tione. Acqri, Dic vt in cle. 1. vt lit. pend.

† al. retineāt

† al. retineaū

† al. deest, vel

† al. epistolam.

† al. id.

† al. collecta

† al. expressam.

† al. patris π. & filij υ. & spiritus sancti α.

† al. à

† Ecmann°] Burc.

Quæritur.]Hæc dist.diuiditur in tres partes, in quarum prima probat magister, quòd clerici non sunt ad ordines compellendi. Secunda ibi, *Sanè.* Tertia ibi, *Verùm.* Io.de Fan.

CASVS. Suprà in pluribus locis facta est mentio de promotione clericorum. Sed quia clerici quandoque nolunt promoueri: ideo Grat. annectit hanc.74.di. in qua quæritur, an aliquis inuitus sit promouendus. Et hoc ordine procedit. Primò probat, ꝙ clerici inuiti promoueri nō debent per duo prima c. postea probat contrarium: deinde solutionem dat. j. ead. §. verùm.

† al.m.ecc. xxv.

a ¶ *Quæritur.*]Hic depingitur 74. di. in qua quæritur, "an quis inuitus sit ordinandus: & præcisè continetur in quibusdam c. quòd nō, in quibusdā quòd sic, vt. s. de nolentib. fiant volentes. cū ergo nec aliqs vult promoueri, nec necessitas vel vtilitas ecclesiæ exigant: non est cogendus, vt j. eo.c.1.& 2. si autem necessitas ecclesiæ hoc exigit, cogitur, iuxta illud quod habes j. e. c. 3.& 4.& 23.q.4. displicet. si autem exigat vtilitas ecclesię, tunc dēt cogi: iuxta id quod habes. j. ea.c.vlt.[a] Hæc tn dist. videtur reprobari j. eo.ca. episcoporū. & ext. de ęta. & qual. or. quæris.& iō dici potest oīa hæc referenda ad arbitriū iudicis. Præterea qñ dices quòd vtilitas sit, & non necessitas? Tunc dico vtilitatem esse tm̄ cum ecclesia indiget promotione aliquorum qui nolunt promoueri,& tn̄ aliqui sunt in eadem ecclesia qui promoueri pn̄t, vt j.eo.cap. vlti. Tunc autem dico necessitatem esse, qñ ecclesia indiget promotione aliquorū: nec alij sunt in ecclesia qui dignè pn̄t promoueri, vt j.eo. c.4. Si vis distinguere secundum distinctio. H.s. si quis sit promouendus: dic quòd promouendus ad dignitatem cogitur per subtractionem bn̄ficiorum. Alij dn̄t, quòd per attractionem ēt corporis ad ordines, vt j.1. q. 6. c. vl.8.q. 1.in scripturis.23.q.4.displicet.si tn̄ sit sp inuitus, non cogitur.20.q.3.præsens.j.e.c.vbi. "Inuitis.n. non sunt dandi honores.ff.de decur.l.2.& 3.§. vlt.Sed promouendus ad ordines, vel honores suadente vtilitate tm̄ cogitur secundum qđ hēs j.ea.c.vlt.s.quòd maiores sunt plūribus bn̄ficijs honorandi, vt ibi dicetur. Necessitate cogente cogitur suspensione ab officio. j.ea.si qui. & c.placuit. "in quo intelligo & priuationem bn̄ficij. regulariter.n. vno subtracto & reliquum est subtractum, vt 81. di. si quis amodo. Credo tamen quòd debeat præcedere suspensio ab officio, quasi quædam excommunicatio, quam si contemnit, sequitur beneficij subtractio, vt 60. dist. innouamus. 23.q.4. c. fortè. Si verò nec necessitas nec vtilitas exigit, non est cogendus: & si episcopus eum cogat, videtur causa odij & ingratitudinis eum cogere. j.c. episcopus. & c. gesta. Quidam tamen volunt remouere distinctionem de necessitate & vtilitate, arg. j.e. episcoporum. & dicunt quòd diuersi canones diuersas pœnas imponunt nolentibus promoueri: & est in arbitrio episcopi quā imponat. Aliter tn̄ soluitur hæc contrarietas extra de æta.& quali. quæris. Io. Quid-

"Ordinād' est qs inuit' suadente vtilitate aut necessitate.

† al.ordinari.

a Vbi đ hoc in gl.1.

" Honores ñ sunt inuitis dandi.

" Offō subtracto subtrahi debet beneficium.

quid dicat Ioan.decre.illa,quæris.dicit quòd cogi possunt, si vtilitas vel necessitas exigat, per subtractionem officij & beneficij.& tunc dico vtilitatem esse ecclesiæ, cum ille qui promoueri petitur, vtilior est in officio quàm alter qui iam est promotus: & vtile est plures esse in ecclesia in eodem officio. Necessitas est cum iā promotus non sufficit: vel non est aliquis promotus.B.

E *Piscopus.*]CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ episcopus non debet promouere aliquem in uitum vel reclamantē, quod si fecerit, à celebratione Missarum suspensus, annuæ pœnitē tiæ subiacebit.

b ¶ *Qui inuitum.*]aliquo indicio alio quam voce voluntatem ostendente.

1 Pol.l.2.tit. 33. Iuo p.6. c.379.

c ¶ *Aut reclamantem.*] voce vel signo. 50. dis. si quis diaconus, quamuis enim esset inuitus: si nec voce nec aliquo indicio reclamaret, prę-sumeretur voluntari'. 54. dist.c. si seruus. aut reclamantem signo saltem. "nam & per signa ita apparet voluntas, sicut per vocem. [b] 32.q. 5.nec solo.30.q.2.c.1. & 2.Et sic no.differentiam inter inuitum & reclamantem, vt ff. de ser.vrb. præd. inuitum.

† al.adducitur.

" Voluntas manifestatur signis & voce.

d ¶ *Non præsumat.*] nihilominus deponetur, vt j.eod. vbi.

b Ad idem ext.de spōs. cum apud. Iteē addē Bal. in l. quāuis. C. de imp. & al. subst.

GEsta.]CASVS. Natalis episcopus cū haberet archidiaconē suum exosum nomine Honoratum, quia contradicebat sibi, ne vasa sacra parentibus largiretur: illum inuitū vno eodemq; tpe in sacerdotem promouit: & ab archidiaconatu remouit. Quod cum significatum esset Greg.& cū deprehenderet ꝙ hoc malo zelo factum fuisset, reprehendit episcopum, dicens ꝙ sicut nemo compellitur promoueri inuitus, ita aliquis ab ordine non debet eijci sine culpa.

2 In Codice canonum.

e ¶ *Gesta.*]Hoc c.& c.Honoratus. loquuntur de eadem materia:& idem est casus vtriusque.

" Indignus minoribus ad maiora non promoueatur.

f ¶ *Secretario.*]aliter sumitur 23.dis.non oportet.

g ¶ *Persona.*] Arg. " non debere promoueri ad maiora, qui minoribus indignus iudicatur. arg. 24.q.1.miramur.& di.44. nulli liceat. ff. de senatusconsul. qui indignus. & cui interdicitur pomerium, &c. ff. de ser.expor. cui pacto. ff. de interd. & releg. l. relegatorum. §. vlt.

"Contraria allegans audiri nō dēt.

h ¶ *Quæ tanquam.*]i. & illa. Arg. "quòd contraria allegans non est audiendus. 13.q.2.quàm præposterum. de consec. dist. 2.reuera. 23.q.7.c.3. extra de appe. solicitudinem.

"Monachis inuitis, an districtior vita possit imponi.

i ¶ *Crescere.*]Arg. "quòd monachis vel canonicis inuitis districtior vita non possit [c] imponi: argu. 15.q.1.non est. & 20. q.3.præsens. Io. 32.q.1.integritas.B.

c Hoc assertiuè ponūt T. & B. ext. ne clerici vel mo. relatū. sed hoc dcm̄ fortè verum ē in clericis ñ p fessis. Arg.

CONTRA. CASVS. Hucusque probauit, quòd aliqs non sit promouendus inuitus. modò vult probare contrarium per quatuor sequentia cap.

Si qui.]CASVS. Quæsitum fuit in concilio Carthaginen si, quam pœnam debeat pati clericus, qui propter necessitatem ecclesię suæ ad maiores ordines recusat ascendere. Et respondet quòd debet remoueri ab officio illius ordinis, à quo recedere noluit. Idem est casus sequent.cap.

k ¶ *Recedere.*]Nō ꝙ amittat qs ordines inferiores si ꝓmouea

tur

DISTINC. LXXIIII.

1 Ipse *Quæritur* [a] *de his, qui ab episcopis suis pro moueri † contemnunt, an inuiti sint sublimandi, an non.*

De his ita statutum inuenitur in concilio Aurelianensi, 3.c.7.

¶ Annuæ suspensioni subiaceat episcopus, qui inuitum ordinare præsumit.

CAP. I.

EPiscopus, qui inuitum [b], aut reclamantem [c] præsumpserit ordinare, annuali pœnitentiæ subditus Missas facere non præsumat [d].

Item Gregorius Natali Episcopo Salonitano, in 1.lib.reg. ep.19.

¶ Nullus promoueatur inuitus.

CAP. II.

1 GEsta [e], quę nobis in concilij vestri confecta secretario [f] direxistis, in quibus archidiaconus Honoratus addicitur, † plena esse cognouimus semine iurgiorum: cum vno eodemque tempore vna persona [g] nolens ad sacerdotij ordinem prouehitur, quæ [h] tanquam immerita à diacona tus officio remouetur. Et sicut iustum est, vt nemo crescere [i] compellatur inuitus, ita censendum puto similiter, ne quisquam insons ab ordinis sui ministerio deijciatur iniustè.

Contra inuenitur in concil. Carthag.c.31.[2]

¶ Qui ab episcopis suis promoueri contemnunt, à locis suis deijciantur.

CAP. III.

1 SI A qui clerici ab episcopis suis promoueri contempserint: nec illic maneant, vnde recedere [k] noluerunt.

tur ad maiores, sed dicitur recedere quo ad executionem solemnem: quia non ita solemniter exequitur quis inferiores ordines, vel recedit quo ad appellationem. Quòd recedat à priore, est ar. 37. dist. qui de mensa. 92. dist. c. in sancta. Sed (vt præ dixi) recedit quo ad onus, [a] non quo ad honorem: arg. opt. ff. ad mun. l. municeps. "

a Onus. vñ ñ imminéte necessitate ñ possit cõpelli in inferiori ministrare. Pan. c. 3. de vi. & ho. cle.

Sed quid si se dicit criminosum, estne ei credendum? videtur quòd nõ: quia mota iam sibi controuersia hoc dicit: arg. ext. de testi. licet. ext. q matr. ac. pos. cum in tua. & c. peruenitur. Sed dic ei credendum. extra de æta. & quali. quæris à nobis. Si militer si se dicit insufficientem, audiendus est, arg. j. eo. episcoporum. aliàs si non auditur eius excusatio, potest appellare. C. de ap. ciues. & l. qui ad ciuilia.

"Criminosum se dicẽti, an sit credendum.

1 Burc. l. 2. c. 178. Iuo p. 6. c. 42. Ansl. l. 6. c. 103.

† ecclesiarũ non obtemperauerint.

E *Episcoporum.*] Casvs. Quidam episcopi vel prælati præponebant clericos posteriores tempore vel ordine clericis prioribus: & ideo prohibitũ fuit in concilio Agathensi, ne hoc de cętero fieret, nisi in duobus casibus, scilicet si prior contemneret ordinari, vel nimis esset simplex, in quibus casibus ille minor p̃ponetur, quem episcopus elegerit prę-ponendum. Vel aliter, hoc c. duas habet partes. Prima loquitur de promouendo, in quo casu minor maiori, vel posterior priori nõ est præponendus, nisi prior obedire contemnat. Secunda pars loquitur de archidiacono iam ꝓmoto: qui si est nimis simplex, habebit tantùm nomen archidiaconatus, & alius quem episcopus elegerit præponendum, habebit administrationem. Secunda pars incipit ibi, *Sanè.*

† al. ne.] ori.

† al. Archidiaconus.

a ¶ *Episcoporum.*] sic construe. Nullus episcoporum præponat posteriorẽ priori, quãuis posterior sit de numero eorum, &c. Et nota secundum opi. H. quòd prior debet semper eligi, & de priori, vt dicit, sufficit ne malus existat, licet posterior melior sit, vt j. 75. c. vlt. Alij dicunt semper meliorem præferendum, etiam si posterior sit. arg. 16. dist. 6. synodus. versic. prima.

b ¶ *Sanè.*] hanc literam intelligunt quidam de promouendo, & etiam totum c. "& ita assignantur duo casus, in quibus posterior præfertur priori, scilicet cũ renuit prior promoueri, vel cum est simplicior quàm esse debeat in officio ad quod eligitur, & tunc lege, ille scilicet posterior, tenebit nomen loci sui, id est, debiti sibi priori, vel debiti ratione prioritatis.

" Posterior in duob. casi b° est priori ferendus.

c ¶ *Propter simpliciorem.*] 7. q. 1. quia. & c. petisti. contra, s̃. dist. 39. Petrus. & dist. 47. de Petro.

a ¶ *Si qui.*] *Verba huius c. sunt tit. seq. c.* Placuit. *qui est proprius canon 31. concilij Carthaginen. in codice canonum, & apud Græcos.*

¶ De eodem.

CAP. IIII.

1 PLacuit, vt quicunque clerici, vel diaconi pro [a] necessitatibus ecclesiasticarum † rerum non obtemperauerint episcopis suis volentibus eos ad honorem ampliorem in ecclesia sua promouere: nec illic ministrent in suo gradu, vnde noluerunt recedere.

† ecclesiarũ non obtemperauerint.

a ¶ Pro necessitatibus.] *Græcè est,* διὰ τινας ἀναγκαστικὰς αἰτίας τῶν ἐκκλησίων αὐτῶν. *id est,* ob quasdam cogentes causas suarum ecclesiarum.

Item ex concilio Agathensi, capitu. 23.

¶ Posteriores prioribus episcopi nõ præponant.

CAP. V.

EPiscoporum [a] etiam, quorum vita non reprehenditur, posteriorem priori nullus præponat, nisi † fortè superbia elatus, quod pro necessitate ecclesiæ episcopus iusserit, implere contemnat.

2 ¶ Sanè [b] si officium Archidiaconatus † propter simpliciorẽ [c] naturam implere, aut expedire nequiuerit, ille loci sui nomen teneat, & ordinationẽ [d] [a] ecclesię, quem elegerit episcopus præponendum.

† al. Archidiaconus.

a ¶ Et ordinationem.] *Quamuis in recentioribus conciliorum editionibus Colonien sibus legatur,* & ordinationi ecclesiæ, quem elegerit episcopus, præponatur: *tamen in vetere Coloniẽsi, duobus Parisiẽsibus, et duobus codicibus conciliorum Vaticanis est eodem modo, atque apud Gratianum.*

Item Gregorius Ioanni Episcopo Syracusano, lib. 11. epist. 34.

d ¶ *Et ordinationem.*] id est, administrationem. & dicit Archid. scilicet dandi, "& ita simplicitas impedit promouendum", [b] sed non deijcit iam promotum. Si vis intelligere de iam promoto, dic ille scilicet simplex, tenebit, id est, habebit honorem & dignitatem: quia non remouebitur, sed dabitur ei coadiutor, & hoc est quod dicit, & ordinationem, id est, administrationem teneat ille, quem elegerit episcopus. [c]

" Simplicitas, pmouẽdũ impedit.

b Adde quis dicatur simplex, not. in l. 1. in pr. C. de ædil. act.

¶ In quo loco quisque ordinatus est, inuitus teneri non debet.

CAP. VI.

p ¶ *Anagogem.*] i. superiorem & spiritualem vel moralem intellectum: nam ana, supra: goge, ducere: inde pedagogus, quasi ductor. "hoc modo exponitur: hic est enim quidam intellectus historicus, [b] allegoricus, moralis, sine tropologicus & anagogicus, sicut diximus 5. dist. 37. vino. sic hæc vox, Hierusalem, historicè signat ciuitatem illam terrestrem, allegoricè ecclesiam, moraliter animam fidelem, anagogicè cęlestem Hierusalem. Moralis intellectus attendit quæ iuxta nos sunt, allegoricus quæ intra nos, anagogicus quę suprà nos. hic ergo ponitur anagogicus, pro allegorico.

" Scriptura diuina quadrupliciter exponi põt.

b Historia secũdũ Isid. in 1. l. etym. dr̃, ab historein Græcè, qđ ẽ latinè cognoscere, vel videre. apud veteres. n. nullꝰ scribebat historiã nisi q interfuisset. Alij dñt ꝙ dr̃ ab historõ Græcè. qđ gesticulatio, i gestuũr pśeta tio: vñ & histrio vocat gesticulator. i. aliorũ gestorũ recitator & repræsentator Arc.

a ¶*Et fames.*]j.8.q.2.audacter.

NON AVTEM. Hæc est iij.pars huius dist. in qua dicitur, quòd à Pascha vsque ad Pentecosten non debemus de necessitate ieiunare. Ioan.de Fan.

CASVS. Dictum est s.in ca.de ieiunio, quòd post Pentecosten ieiunium quatuor temporum est celebrandum:modò vult hic Gratian. ostendere quare non ante, s. quia à Pascha resurrectionis vsque ad Pentecosten non indicuntur ieiunia ex necessitate, & hoc probat p seq.c.

Ioan. 16.

nos, & cogitauerit, vt benefaciat nobis:omnis tristitia vertetur in gaudium, & fames [a] pristina sermonis Dei, præsentia doctrinarum eius, & cœlestis panis saturitate pensabitur.

3 Non autem videntur [b] *ieiunia quarti mensis posse celebrari ante diem Pentecostes. A die enim Dominicæ resurrectionis vsque in diem Pentecostes non indicuntur obseruanda ieiunia.* [c]

Vnde Ambrosius in eiusdem diei sermone 61.qui sic incipit.

¶De eodem.

CAP. VIII.

SCire [A] debet sanctitas vestra: Per hos quinquaginta dies nobis est iugis, & continuata festiuitas: ita vt hoc omni tempore neque ad obseruandũ indicamus ieiunia, neque ad exorandum Deum genibus succedamus [d] †. & *infrà.* ¶ Instar ergo Dominicæ: † tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes isti dies, velut Dominici deputantur. Resurrectio enim Dominica est. Nam in Dominica resurgens saluator reuersus ad homines est, & post resurrectionem tota quinquagesima [e] cum hominibus commoratus est. Æqualis ergo eorum [f] necessarium vt esset festiuitas, quorum æqualis esset & sanctitas †. Sic enim disposuit Dominus, vt sicut eius passione in quadragesimę ieiunijs contristaremur: ita eius resurrectione in quinquagesimæ ferijs lętaremur. Non igitur ieiunamus in quinquagesima, quia in his diebus nobiscum Dominus commoratur. ¶ *Item in Apologia* [g] *Dauid.* Hunc numerum §quinquagesimum videlicet § læti celebramus post Domini passionem,remisso culpæ totius debito, chirographo quoque [h] euacuato [i], ab omni nexu liberi, & suscipimus aduenientem in nos gratiam Spiritus sancti, die Pentecostes vacante ieiunio laus dicitur Deo, alleluia cantatur. [k]

ligati tanquam chirographo.

i ¶*Euacuato.*]vt C.de plus pe.l.vna.& est ar. quòd cancellato instrumento liberatur debitor, [b] quod verum est nisi creditor probet contrarium.ff.de prob.si chirographum.

b ā hoc no. ext. de rea. sanè. in gl. & sic.& ext. vt lit. pend. eccl. 2.in fi. Arc.

k ¶*Cantatur.*]j.de consec.dist.3.ne quis.&c.ieiunium.

A ¶Scire debet.]*In multis manuscriptis exemplaribus à cap.* ieiunium.*vsque ad cap.* post Pascha. *in aliquot etiam vsque ad vltimum, nulla est distinctio capitum. Tanquã enim vnico contextu continentur multæ auctoritates à Gratiano citatę:Ideo verba ista,*scire debet sanctitas vestra,*cohærent cum extremis verbis Gratiani ad fi. precedentis cap.atque ita legendum.* Vnde Ambrosius in eiusdem diei sermone 61.qui incipit,Scire debet sanctitas vestra,*ac deinde subiungendum.* Per hos quinquaginta,&c.*Suo enim modo aptauit hunc locum Gratianus. Nam apud B. Ambrosium paulò aliter habetur.*

Necessariò ergo ecclesia constituit, vt post diem Pentecostes ieiunia celebrẽtur. Sed quòd in illis 50. diebus ieiunandum esse negatur: ex obseruantia [l] *necessitate intelligitur.*

Vnde idem Ambrosius in eiusdẽ diei sermone 60. qui sic incipit.

¶De eodem.

CAP. IX.

NOsse credo [B] vos fratres. Non minore lætitia celebramus diem Pentecostes, quàm sanctum Pascha curauimus.†Tunc enim,sicut modò fecimus, ieiunauimus sabbato, vigilias celebrauimus: oratio nibus pernoctantes [m] † instituimus: vnde necesse est [n], similem † obseruantiam similis lętitia subsequatur.

A ¶Nosse credo.] *Idem euenit in hoc capite, quod in superiore euenisse notatum est.Cohæret enim cum superioribus, prima sermonis periodo quasi in summam redacta.*

Obseruantia verò similis dicitur quo ad factum, non quo ad necessitatem.

Vnde Isidorus lib.1.de ecclesiasticis officijs,c.42.

¶De eodem.

CAP. X.

POst Pascha vsque ad Pentecosten,licet traditio ecclesiarum abstinentiæ rigorem prandijs relaxauerit [o]: tamen si qui monachorum, vel clericorum ieiunare cupiunt, non sunt prohibendi, quia ad instar Antonij & Pauli & cæterorum patrum, qui in his diebus in eremo ieiunauerunt, exceptis diebus Dominicis.

o ¶*Relaxauerit.*]interdicendo ieiunia.

NECESSARIO. CASVS. Concludit Gra.ex supradicto c. dicens quòd ecclesia necessariò instituit ieiunium post pentecostẽ, quod dicitur non esse ieiunandum in his 50. diebus. intelligitur ex necessitate:de facto tamen ieiunamus in vigilia Pentecostes, sicut in vigilia resurrectionis,& ad hoc inducitur seq. cap.

l ¶*Obseruantiæ.*]hic malè dicit & in seq. §. "imo vigilia Pentecostes necessariò ieiunanda est, vt j.c. nosse. & s. c.de ieiunio.non ob.ca. scire.quia pro vno die, nec plus, nec minus, [c] sed quòd ieiunari debeat hoc habet ecclesię consuetudo generalis.

"Vigilia Pentecostes est necessariò ieiunanda.

c ā cõs.di.2. reuera.& vide qđ dixi 65.dist.c.1.

NOsse credo.]CASVS. Docetur hic, quòd cum tanto gaudio celebrandus est dies Pentecostes, quanto dies resurrectionis. Et hoc ꝓbat per similem obseruantiam : quia vigilia Pentecostes celebratur sicut vigilia resurrectionis, vnde similis obseruantia simili debet gaudere lętitia.

m ¶*Pernoctantes.*]per totam noctem significat.ff.de verb.sign.vrbana.§.pernoctare.

†al.celebrare curauimus.

† pernoctanter.]Orig.

n ¶*Necesse est.*]id est, cõueniens est [d] secundũ G. nam consilium est. non enim quidquid cõsulitur, iuris necessitatẽ subijcitur.de pœ.dist. 6.c.1.in fi.ff. de iudic. non quidquid.

†similis obseruantia similem lætitiam subsequat]Orig.

d Adde glo. cõcor. in l.de pupil §.meminisse.ff. & no. op. nun. & l.1.ff. de of.præf.præto. Arc.

OBSERVANTIA. CASVS. Dicit Gratianus, quòd similis obseruantia est,quo ad factum, & non quo ad necessitatem, consuetudo tamen ecclesiæ præiudicat ei quod Gratianus dicit.

POst Pascha.]CASVS. Quæsitum fuit ab Isidoro, vtrum monachi vel clerici vel laici possunt ieiunare à resurrectione vsque ad pentecosten? qui respondet dicens, quòd licet ecclesia relaxet ieiunia & abstinentiæ rigorem, si quis tamen vult ieiunare, potest ad instar Antonij & Pauli & cæterorum patrum, qui in his diebus in eremo ieiunauerunt, exceptis diebus Dominicis.

Vtinam

---

a ¶*Et fames.*]j.8.q.2.audacter.

Fluuius etiã quãque arescens dr perennis.

[a] s. an illi tres dies de qb.loquitur ꝑdi. c.rogatiões. sint ieiunandi. Io.de Fan.

† succidamus] Orig. & aliquot Gratiani exẽplar. vetusta, & recentes editiones,

†al.Dominicę resurrectionis,

†sic quantitas.]Orig.

d ¶*Succedamus.*] quia vnum genu succedit alij,& ita factum notat.

e ¶*Quinquagesima.*] Si quadragesimam dixisset, melius dixisset : "nam post 40. dies ascendit in cælum. de cõ se.di.5. ieiunium. & sic ponitur totum pro parte.sic 23. quæst.4. cum supernã. sic èconuerso pars ponitur pro toto. 14.q.5.pęnale.

" Christus post dies xl. ascendit in cœlum.

C.8.

Glo.2.

f ¶*Eorum.*] arg."pro omnibus vigilijs Apostolorum ieiunandis, vel pro nullis, quod falsum est: ecclesia tamen Romana consuevit in vigilijs omnium ieiunare. extr. de obs. ieiun. consilium. nisi Ioannis, Philippi, & Iacobi, vt ibi Lau.

" Ieiunãdũ est in vigilijs oim apostolorum, nisi Ioannis,Philippi,& Iacobi.

g ¶*In apologia.*]i.sermone excusatorio de adulterio, quod Dauid commisit cum Bethsabee.ab apo,quod est re,& logos, quod est sermo,quasi responsio pro aliquo.

h ¶*Chirographo quoq;.*]i.peccato quo tenebamur diabolo ob

VTinam.]CASVS. Lucinius quæsiuit à Hieronymo an sit peccatum ieiunare in 50.diebus post Pascha resurrectionis,& in diebus dominicis.Et resp.quòd non. Et hoc probat exemplo Pauli & aliorum credentium, qui in illis diebus ieiunauerunt:non tamen cogitur quis ieiunare, sed vnaquæque prouincia in sensu suo abundat, & leges maiorum interpretatur.

a ¶ *In actibus.*] s. 30. di. si quis tanquã cõtra.
b ¶*Contextas.*]i.inter sertas solemnitates, vel contextas id est iuges & continuatas.s̃.e. scire.
b ¶*Auferam.*] dicendo tunc esse ieiuãdum.
ADDITIO.q.d.No lo his diebus indicere ieiunium.Arch.
1Pol.l.3.tit. 23. Act.13. 20.& 27.
d ¶*In suo.*] vt morem obseruet in ieiunijs, sicut dicitur de vigilia Bartholomæi.ext.de obser.ieiu.consilium.
e ¶*Apostolicas.*]consuetudo enim interpretatur legem. ff.de verb. sig.anniculus.
†al.festiuis.
Dilectionis.] Hoc cap. inducitur ad ostendendum varietatem computationis inter Latinos,& Hebræos. Nam secundum Latinos quartus est mensis Iunius, secundum Hebræos Iulius: & ita facit ad propositũ Gra. est ergo casus. Latinus diaconus ecclesię Grumentinę fuit electus ab omnibus in episcopum Marcellianensem,quod negotium totum Petrus Pontinus episcopus Papæ significauit. Rescribit ergo Pelagius, quòd iam iusserat Latinum prædictum Romam venire, credens eũ habere literas dimissorias à suo episcopo: quod si verum est, mittit Petro vt faciat eum venire ad Vrbem in sabbatho sancto: quia si tunc non venerit, cogetur subsistere vsq; ad ieiunia quarti mensis,id est,Iulij.
2 s̃.dist. 63. literas. Pol. l.2.tit.28. Ans.l.6. c. 59.
†al. Cusilinatis.
3 s̃.dist. 54. c. frequens.
f ¶ *Vt veniret.*] quia fortè suberat Papæ iste episcopus nullo medio.
g ¶ *Ab episcopo.*] ar. quòd clericus alicuius episcopi in alia prouincia non debet eligi,nec ipse debet consentire,nisi habet literas dimissorias quib.absoluatur ab obnoxietate sui episcopi. ar. 85.di. Florentinum ar. ehidiaconum.& dist.71.fraternitatem.arg.contra,quòd scilicet non exigatur consensus episcopi, Inst. de adop. §. sed si quis nepotis. De hoc dixi suprà 61.dist.§.sed aliud.
h ¶ *Ad quarti.*]s̃.75.dist.ordinationes.

Antonius, & Paulus, & cæteri patres antiqui etiam his diebus in eremo leguntur abstinuisse, neque soluisse abstinentiam, nisi tantùm die Dominico.

Item Hieronymus ad Lucinium, epist.28.

¶De eodem.

CAP. XI.

1 VTinam omni tempore ieiunare possimus, quod in actibus [a] Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus. *& infrà.* ¶ Nec hoc dico, quòd Dominicis † diebus ieiunandum putem,& contextas [b] quinquaginta † diebus ferias auferam. [c] sed vnaquæque prouincia abundet in suo [d] sensu: & præcepta maiorum leges Apostolicas [e] arbitretur.

Item Pelagius Papa Petro episcopo Potentino.

¶ Sabbato magno post horam baptismi episcopus valet ordinari.

CAP. XII.

2 DIlectionis tuæ scripta suscepimus, quibus significas Latinum ecclesiæ Grumentinæ diaconum ad episcopatum Marcellionensis ecclesiæ, siue Clusitanæ † ab omnibus fuisse electum: quod iam ante hoc tempus retulisti, & iussimus, vt veniret [f], credentes eos de persona eiusdem ab episcopo [g] suo dimissorias accepisse. 3 Quod si modò fecerunt,facite eum velociter ad vrbem Romam occurrere, vt si Deus iusserit, in sabbatho magno post horam baptismi ordinetur. Quòd si ante memoratum diem non occurrerit, cogetur vsque ad quarti [h] mensis ieiunia sustinere.

DISTINC. LXXVII.

His temporibus [i] *secundum Anacletum, Zepherinum, Gelasium, & Pelagium, episcopi, presbyteri,& diaconi sunt ordinandi. Metropolitanus autem iuxta Leonem* [4] *ex presbyteris eiusdem ecclesiæ, vel ex diaconis optimus ordinetur. Ex monachis autem, vel laicis nullus nisi per gradus ecclesiæ, debet ad summum sacerdotium peruenire.*

Vnde Caius Papa Felici Episcopo,epist. vnica in extremo.

¶ Non nisi per distinctos gradus quisquam ad sacerdotium aspiret.

CAP. I.

ILlud nos statuentes vobis, & omnibus seruare mandamus, vt ad ordines ecclesiasticos sic ascendant in ecclesia, qui ordinari merentur: id est,si quis episcopus esse meretur, sit primùm [k] ostiarius, deinde lector, postea exorcista, inde sacretur acolythus, demum verò subdiaconus, deinde diaconus, & postea presbyter, & exinde, si meretur, episcopus ordinetur.

Vnde Zozimus Episcopus vrbis Romæ ait ad Isychium,epist.1.capitu. 3.

¶ Quæ interualla temporis in singulis gradibus seruanda sint.

CAP. II.

5 IN singulis gradibus hæc tempora sunt obseruanda in ordinib. suscipiendis,vt si ab infantia literas didicerit, à septennio vsque ad annos duodecim recipit tres minores ordines,post annum 12. fiat acolythus.in 21.subdiaconus fiat.post 25. diaconus. post triginta presbyter, deinde mereatur eps ordinari.Eadẽ interstitia seruentur in defensoribus.i.patronis ecclesiæ,si voluerint ad clericatum promoueri.

i ¶ *His temporibus.*] hic intitulatur 77. di. in qua tractat de interstitijs temporum obseruandis. Not.ergo q̃ si quis ab infantia sit mãcipatus militiæ clericali, anno 7. potest ordinari clericus, ostiarius, lector, & exorcista: & sic stabit vsq; ad annũ 12.exinde acolythus vsque ad annũ 20. & postea in 21.subdiaconus, in 25. an. diaconus, in 31.presbyter,exinde p̃t esse episcopus, vt j̃. eo. in singulis. & c.quicunque.28. dist. de his. sed si adultus velit ordinari,sic potest fieri ordinatio, vt per 7. annos recipiat ordines oẽs. in duob. primis quatuor minores,in reliquis q̃n que ordinetur acolytus,subdiaconus, diaconus, presbyter, & episcopus si electus fuerit. infra eo. quicunque. si autem secus factũ fuerit,deponi debet. infra eo.dist.subdiaconus.ex generali tamen consuetudine his omnibus capitulis derogatum est. vbi verò maior necessitas ecclesię incumbit, laicus per annum & dimidium, monachus verò per annum potest recipere omnes ordines, vt j̃.e.c.vlt.

4 Epist. 82. Anastasio.

ILlud.] CASVS. Docet Gelasius in hoc c. quòd si quis vult ad episcopatum ascendere, debet gradatim promoueri, vt primò ostiarius,deinde lector, &c. quod oportet per interstitia temporũ fieri.
k ¶*Primùm.*] s̃.21.di. cleros.contra. s̃.dist.32. seriatim. contra s̃. 44. di.non oportet. 1.contra 59.di.si officia contra. " nam ibi colligit̃, q̃ psalmistatus sit ordo primus:sed melius colligitur ext.de æt.& qualit.cum contingat. Sed dic, quòd hæc dictio, primùm,sequentia respicit, non quòd sit primus ordo ostiarius sed primus est respectu sequentium.
ADDITIO.Ista fuit sententia Lau. Vel potest dici, q̃ ideo tacet de psalmista hic & 92.dist. à subdiacono.quia ille ordo à simplici sacerdote potest conferri. 23. di.psalmista. & noluit enumerare nisi illos qui ab epis conferunt̃ secundum Hug.
IN *singulis.*]CASVS. Zozimus docet hic tempore esse seruanda in ordinib. suscipiendis,vt si ab infantia literas didicerit, à septennio vsque ad annos duodecim recipit tres minores ordines,post annum 12. fiat acolythus.in 21.subdiaconus fiat.post 25. diaconus. post triginta presbyter, deinde mereatur eps ordinari.Eadẽ interstitia seruentur in defensoribus.i.patronis ecclesiæ,si voluerint ad clericatum promoueri.

" Temporũ interstitia sunt in ordinibus obseruanda.

"Psalmistatus est primus ordo.

5 Ans.l.7.c. 49.Raba.de instit.cler.l. 1.c.13.

HIs temporibus.]CASVS. Ostenso quib. temporib.sint clerici ordinandi,nunc in hac 77.distinc. ostendit quæ, vel quanta interstitia temporum in singulis ordinibus sint seruanda, & super hoc triplex regula seruatur. Nam alia seruatur in pueris, qui per interstitia promouentur,quę sunt j̃.eo.in singulis.& quicun-

a ¶ *Si ab infantia.*]i.ſeptimo ann.C.de iu.deli.l.ſi infanti.Io.
b ¶ *Nomen.*]vt ſcribatur in matricula. 50.diſt.contumaces.
c ¶ *Quinquennio.*]poſt ſeptennium.J.e.c.ſubdiaconus.
d ¶ *Exinde.*]poſt 12.annos cum volucrit.
e ¶ *Vel ſubdiaconus.*] vel pro,id eſt, hoc probat in c.ſeq.arg. C.de ver. ſi.l. vlt. arg. ext. de eo qui fur. or. re.c. 2.

† al.mihi ſtetijs.

f ¶ *Xiiij.annis.*] computatis à tempore ſeptennij. hoc reſpicit qđ dicit de infantia.i. ſeptennio,& ita in 21.an. ſubdiaconus fiat.
f ¶ *Xiiij. annis.*]hęc determinatio 14. an. non reſpicit niſi tantũ ſubdiaconatum. quod patet ex c.ſe. vbi dicitur, quòd ab acceſſu adoleſcentiæ vſque ad xx. annum fiat acolythus, & ſubdiaconus, ſed in xv. anno acolythus, in 21. ſubdiaconus.
g ¶ *Pontificatum.*] J. de conſe. diſt. 5. de his verò. ſ.di.18. ſi epiſcopus.& diſt.59.ſi officia.
h ¶ *Defenſores.*] id eſt aduocati,caſtaldi.1.q.3. ſaluator.[a]
i ¶ *Ex laicis.*]J.di.89. indicatum. contra. Sed hic iſti laici erant de foro eccleſiæ, ibi non. & conſtitui debẽt iſti quo ad tẽporalia, nõ quo ad ſpũalia. 16.q.7.in nona.
k ¶ *In ordine.*] contra. Nonne iſti ſunt grandæui, cum eis committatur adminiſtratio.ergo per ſeptem annos tantùm poſſunt aſcendere ad omnes ordines, vt J.c. prox. quare ergo hic dicit ſupradicta obſeruatione. Reſp. ideo vt gradatim omnes recipiant, & nullum prætermittant, nec tamen per tanta interſtitia,vel hoc corrigitur.Io.

a Adde hic, q defenſor appellatur pronus ſiue aduocatus eccleſiæ, extra de elect. venerabilẽ. Itẽ reus dr defenſor. 4. q.4.c. 1. Itẽ cuſtos patronę Romanę eccleſię.28.di.qa ſunt culpæ. Item cuſtos cuiuslibet eccleſiæ, vt hic.Itẽ exorciſta.J.e.monach9 nouitius.Arc.

QVicunque .] Cavs v s. Hoc c.diuiditur in duas par. In 1. proſequitur de pueris: in 2. de grandæuis. In prima igitur dicitur qđ pueri ante pubertatis annos baptizari debẽt, & fieri oſtiarij,lectores, & exorciſtæ,deinde vſque ad xx. an. ita quòd vſque teneatur incluſiuè: inde fiat acolyth9 & ſubdiaconus. poſt 25. diaconus: poſt 30. presbyter,poſt decennium computandũ à 20. an. fiat epiſcopus: qa poſt quam eſt præsbyter,ſtatim fieri poteſt epiſcopus.In ſecunda verò parte dicitur quòd ſi quis eſt grandis ętatis,prius baptizetur, & in primo biennio fiat oſtiarius, lector, & exorciſta.In ſequenti quinquennio fiat acolytus & ſubdiaconus:poſtea diaconus,poſtea presbyter,epiſcopus . Secunda pars incipit ibi, *Qui verò iam.*Sed duo ſequentia capitu. plana ſunt.

‡ Iuo p.6.c. 91.& 92.

l ¶ *Pubertatis.*] i.annum 14.ſecundum quoſdam: ſecundũ H.ante 12. Inſt.qui.mo.tu.ſi.in prin.ext.de deſp.impu. puberes.20.q.1.illud. "vbi incipit adoleſcentia , exſuſſatur & exulat pubertas. Io. quod dicit H.de 12.annis, non eſt verum in maſculo,ſed in puella,vt inſt.qui.mo.ſi.tute.in 1.col.B.

" Pubertas qũ finitur.

m ¶ *Baptizari.*]Sed quare dicit q tũc debeat baptizari,cũ ſit dubium & periculoſum intantum differri baptiſma,vt de cõſe.di. 4. quando quis. & c.ne quod abſit? ideo " dicit quia cum baptiſma ſit ianua omniũ ſacramentorum,vt 32. di §. verùm.in fi.non poſſet ordinari ſi non eſſet baptizatus , ext. de presb. non bap.c.3.non quòd dẽat differri: ſed ſi caſu dilatũ eſt,baptizari dẽt.

" Baptiſma eſt oĩm ſacramentorũ ianua.

n ¶ *Acolythus.*] "Et ita videtur quòd de iure non debeant minores ordines ſimul conferri:quod credo niſi diſpenſatiuè : vel niſi ſit conſuetudo , vt ext. de eo qui fur. or. re. cum H.lator.

" Ordines minores aũ ſimul cõferri poſſint.

o ¶ *Ad diaconij.*]Continentia ſpeunte. ideo hic non dixit de ſubdiaconatu , quia nondum erat ſacer ordo tempore Syrici, qui antiquiſſimus fuit. 32. diſt.erubeſcant. hodie verò eſt ſacer ordo.

ibid.c. 10.

p ¶ *Exinde.*]J.e.di.epiſcopus. contra. Sed referas hoc ad xx.annum, de quo ſermo præceſſit , non ad quinquennium proximum :& ſic erit in xxx. anno, vt ibi dicitur , & ext. de elec. cum in cunctis. Vel dicas eſſe conſtitutionum varietatem. Hug.

q ¶ *Grandęuus.*] ſ.23. anno.[b]vel 30. quia hæc eſt virilis ætas. J.e. c.epiſcopus '.ætas. n. multũ facit ad eruditionẽ. 16. q. 7. hoc ſit. & ſi ſit 23. annorũ , ita recipit oẽs ordines intra 30.annũ, ſicut quilibet alius, qui à pueritia deſeruiuit eccleſiæ. Vel grãdæuus,ſ. 18.annorum:arg.28.di. de his.& 32.di.lectores.

b Hãc ſſam ponit Laur. cuius fuit hæc gl. Sed Hug. ponit 18.vt 28.di. de his. 31. di. lectores. ſed hoc ſecundũ Hu. nõ valet, qa tunc in ſeptennio nõ poſſet recipere oẽs ordines.

r ¶ *Statim.*]ſ.diſ.47.§. 1.ar.contra. Sed non dicit ſtatim,i.incontinẽti: ſed ſtatim,i.paulò poſt. tale ſtatim hẽs. ff.de ꝓcu.qui procuratorẽ.vel ibi non ꝓhibẽt, niſi de epatu & presbyteratu.

s ¶ *Vel habere.*]Ita tñ qꝫ dudum iam promiſerit continentiã.nã præire dẽt continentia , vt 28.diſt.c. priuſquam.ꝑterea de iſto grandæuo non exprimitur in canone. 26.diſ. qui ſine. diſtingue tamen inter ordinem & ordinẽ. & ita arbitrio boni viri relinquitur. ext.de offic.deleg.de cauſis. ff.de iu. delibe.l.1.

c Concord. tex. cũ gl.in l.non aliter. ff.de le. 3.& l.1.ff.đ mi.

t ¶ *Aliud.*]à biennio ſi eſſet in 15.ann.nec refertur ad antecedens quinquennium:quia non præceſſit aliud. ſic C. quomo. & quand.iud.Auth.qui ſemel.

da, ſi ab A infantia [a] eccleſiaſticis miſterijs † nomen [b] dederit, vt inter lectores & exorciſtas quinquennio [c] teneatur, exinde [d] acolythus,vel ſubdiaconus [e] xiiij.annis [f] fiat, & ſic ad benedictionẽ diaconatus , ſi meretur,accedat: in quo ordine qninque annis, ſi inculpatè ſe geſſerit , hærere debebit. Exinde ſuffragantibus ſtipendijs, per tot gradus datis propriæ fidei documentis, presbyterij ſacerdotium poterit promereri: de quo loco (ſi eũ exactior ad bonos mores vita perduxerit) ſummum Pontificatum [g] ſperare debebit. *& infrà.* ¶Defenſores [h] etiam eccleſię, qui ex laicis [i] fiunt,ſupradicta obſeruatione teneantur , ſi meruerunt eſſe in ordine [k] clericatus.

ætatis annum , ſi probabiliter vixerit,vna tantùm , & ea quam virginem communi per ſacerdotem benedictione percepit,vxore contentus,acolythus [n] , & ſubdiaconus eſſe debebit, poſteaque ad diaconi [o] gradum (ſi ſeipſum primitus, continentia præeunte,dignum probauerit) accedat. Vbi ſi vltrà B quinque annos laudabiliter miniſtrauerit,cõgruè presbyterium conſequatur. Exinde [p] poſt decennium epiſcopalem cathedram poterit adipiſci: ſi tamen per hæc tempora integritas vitæ , ac fidei eius fuerit approbata. Qui verò iam ætate grandæuus [q] melioris propoſiti conuerſatione prouocatus, ex laico ad ſacram militiam peruenire feſtinat , deſiderij ſui fructum non aliter obtinebit,niſi eo,quo baptizatur, tempore, ſtatim [r] lectorum , aut exorciſtarum numero ſocietur : ſi tamen eum vnam habuiſſe, vel habere [s] , & hanc virginem accepiſſe conſtet vxorem . Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio,per quinquennium aliud [t] acolythus, & ſubdiaconus fiat , & ſic ad diaconatum (ſi per hæc tempora dignus iudicatus fuerit) prouehatur . Exinde iam acceſſu temporum, presbyterio, vel epiſcopatui , ſi eum cleri, ac plebis euocauerit electio non immeritò ſocietur.

A ¶Si ab infantia.] *Prior hæc huius capitis pars ſummatim refertur. integer locus ſic hẽt .* Si ab infantia eccleſiaſticis miniſterijs nomen dederit,inter lectores vſq; ad vigeſimũ ætatis annũ cõtinuata obſeruatione perduret.Si maior iam,& grãdæuus acceſſerit , ita tamen vt poſt baptiſmum ſtatim ſe diuinæ militiæ deſideret mancipari , ſiue inter lectores, ſiue inter exorciſtas quinquennio teneatur,exinde acolytus, vel ſubdiaconus quatuor annis , & ſic ad benedictionem, &c. *Ac ſanè in vno etiã peruetuſto Gratiani codice,& apud Rabanum,lib.1.c. 13. de inſt.cleric.legitur:*quatuor annis, *non,*quatuordecim.*Sed ob gloſſas nihil mutatum,additumve eſt .*

A ¶Vigeſimum.]*In pleriſque vetuſtis exemplaribus , & Gratiani , & epiſtola : atque apud Iuonem legitur* , trigeſimum . *Sed in epiſtola Zozimi , quæ relata eſt in antecedente notatione* , vigeſimum .

B ¶Vltra.] *Sic legitur in omnibus manuſcriptis , & in originali ipſo. In vulgatis erat* intra.

Item Syricius Papa ad Hymerium Tarraconenſem,epiſtola 1.capitu.9 .

¶De eodem.

CAP. III.

I QVicunque itaque ſe eccleſiæ vouerit obſequijs à ſua infantia,ante pubertatis [l] annos baptizari [m] ,& lectorum debet miniſterio ſociari . Qui ab acceſſu adoleſcentiæ vſque ad A vigeſimum

Item ex ſexta ſynodo , capitulo decimoquinto.

¶De eodem.

Subdia-

a *Vbdiaconus.*]¶*Non minor xx.annorum.*] Ita vt cõpleue rit xx.annum. "hoc enim requiritur in honorib.ecclesiasticis, vt ext.de ele. cum in cunctis. licet secus sit in honorib. ciuilibus, [a] vbi sufficit attigisse 25. an. vt ff.de mu. & ho. ad rẽ.licet sit arg.contra j̃.di. ꝓx.c.ꝑsbyter.In usucapionib.sufficit attigisse vltimũ diẽ, vt ff.đ diuer.& tẽp.ꝑsc. in vsucapione. & similiter quantũ ad factionẽ testamenti sufficit attigesse vltimum diem 14.anni, vt ff.de test.qua ætate. Sed quantum ad excusationem ciuilium munerum requiritur quòd annus sit completus, vt ff. de iure imm.maiores. Sed quãtum ad beneficium restitutionis sit computatio de momento ad momentũ. vt ff.de min. l.3. §. minorem. Sed in temporalibus actionib. oportet vt vltimus dies sit completus, vt ff. de act.& obl.l. in omnibus temporalibus. Ioan.

b ¶*Lacuit.*]j̃. 20.q.1. placuit.

c ¶*Salutent.*]Solebãt fortè lecturi in pulpito aliquam salutationem nobis ignotam prẽmittere, vel dicebant, Dominus, vobiscũ. vbi modò dicunt: Iube domine benedicere. 21. distinct.denique.

Episcopus benedictionem.]Casvs.Hoc cap.diuiditur in tres partes. In prima parte dicit quòd minor xxv.annorũ fieri diaconus nõ debet. In secunda parte dicitur, quòd si coniugatus iuuenis voluerit ordinari, requirenda est vxoris voluntas: & seq̃strato cubiculo & religione promissa ordinetur. In tertia parte dicitur, quòd ante xxx. an. presbyter vel eps non ordinet. Secunda pars incipit ibi, *Sanè.* Tertia ibi, *Presbyterũ verò.*

d ¶*Iuuenes.*]idem est de alijs regulariter. ar. 32.q.5.per totum. si sũt senes bene potest alter conuerti: & alter in seculo remanere. extr.de conuer. coniu. cum sis.

e ¶*Sequestrato.*]j̃.81. di.volumus.contra.Sed hic de suspectis. Vel dic ꝙ thalamus tantùm debet sequestrari, non ãt mansio: [b]& hoc obtinet in vxore promouendi: secus est in vxore illius q̃ vult conuerti: quia tunc vxor intrabit religionem. vel si est senex promittet continentiam, vt extr.de conuer.coniu.cum sis.& de illa materia no.28. dist.qa sunt culpæ. "Quid si vxoratũ promouet eps ad minores ordines? debétne ab eo exigere cõtinẽtiã: cũ sine titulo eũ non debeat ꝓmouere, & beneficium simul cũ vxore habere nõ possit: ext.de cle.coni.c.1.& ca.diuersis? Sic: si tamen promouetur, nec exegerit, habebit bñficiũ. ar.32.di.si q. ab eo ãt q̃ vxorẽ nõ habet: nõ est exigenda cõtinentia. 15. q.3.§.cũ autẽ. Io.

f ¶*Religione.*]i. castitate: q̃ qualiter ꝓmitti debet, dixi 32. di.seriatim. nec enim ista debet religionẽ intrare: qa nec vir eius intrat. secus est in vxore monachi vel episcopi ext. de conu.coniu.sane.

g ¶*Antequàm.*]No. "ꝙ canon aliter interpretatur virilem ætatem, aliter interpretatur lex.ff. de mi.l.1.C. de his q̃ veni.ẽta. imp.l. vl. sed diuersificant: qa diuersos habẽt respectus. prætor non habuit respectum nisi ad rerum suarum administrationem.

h ¶*Ne per ætatem.*]ar. ratione ætatis præsumi ꝓ aliquo vel contra, vt s̃.34.di. quorũdam. 33. q.2.antiqui.

In veteri.]Casvs. Quidam epi ante 25. annũ leuitas ordinabant: sed Toletanũ cõcil. ꝓhibet ne hoc decẽtero fiat: sed post 25.annum leuitæ ordinẽtur: & ꝑsbyteri post 30. qđ ꝓbat auctoritate legis Mosaicæ & canonicæ.

i ¶*Leuitæ.*]"In veteri lege à 25. anno Leuitę deseruiebant tabernaculo, & custodiebant vasa tabernaculi aurea. antea non.

k ¶*Tabernaculo.*]" qd sit tabernaculũ, habes ff.de ver.si.l.inde tabernacula.

l ¶*Nos.*] commiscet se alijs, vt citius reprehendat.

m ¶*Pueros.*]"Puer qñque seruũ, qñq; puellam significat.ff. de ver. si.pueri. quandoque dicitur puer 18. annorũ. ff.de ali. & ci.le.l. mela.

n ¶*Leuitæ.*]Omnes q̃ in templo seruiebant, dicebantur Leuitæ: " quia de tribu Leui assumebantur. Sed nũqd conferebatur eis tunc character? Sic, ar.de cõs. dist. j.c. j. sed non idem qui hodie. ar. ext. de sacra vnct. cum venisset. in fi. 21.di.c.1. quod est contra opi. Hug. quam dixi s̃.75.dist.c.1.ꝙ scilicet sine Missa conferatur character. " Sed hodie immutata est forma per Christum. vnde nec Aaron sine Missa conferret hodie characterem.

Si quis.]Casvs. Dicitur hic quòd si quis monach' voluerit ꝓmoueri, vita eius prætęrita requiri debet, si fuerit criminosus vel irregularis, contrahendo cum secunda vxore, vel repudiata.

o ¶*Munus.*[id est, si vult ad ordinem promoueri. Archid.

Monachus.]Casvs. Hoc c. diuidit in duas par. In 1. loquitur de monacho. In 2. de laico. In prima ergo dicitur ꝙ monachus nouitius, si bonæ vitæ & bonæ conuersationis fuerit, intra annum potest oẽs ordines recipere per interstitia breuia in cap. assignata, vt deuotio sancti propositi legitima suppleat interstitia. In secũda par. dicitur, quòd laicus intra

---

« ætas in honoribus & multis alijs necessaria é

a Etiã fortè est rõ, qa honores eccle się poti⁹ spectãt ad on⁹, q̃ honoré. 8.q.1. illud. Io. de Fan.

1 Et concil. Cartha. codicis c. an. 16.

2 Burc.l.2.c. 11. Iuo p.6. c.31. Pã.l.3 c.30.Pol.l.2 tit.27. Ans. l.7.c.96.

3 Iuo par.5. c.365.

4 C.17. Bur. l.2. c.9 Iuo p. 6. ca. 29.Pan.l.3. c.28.

5 Pol.l.2.tit. 27.Bur.l.2. c.12. Iuo p. 6.c.32.Pan. l.3.c.31.

b Vł lra idẽ dicere, cum dicat sequestrato mansionis cubiculo. đ hoc legi. & not. ext.đ cõue. coniu.cõiugat⁹. ibi viđ.

« coniugati an possint promoueri.

CAP. IIII.

SVbdiaconus non minor viginti annorum [a] ordinetur.¶Si quis verò in aliquo ordine sacerdotali præter constituta tempora ordinatus fuerit, deponatur.

Item ex concilio Carthaginensi, cap. 4. [1]

¶De eodem.

CAP. V.

2 PLacuit [b], vt ante vigintiquinque annos ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, & vt lectores populum non salutent. [c]

Item ex concilio Agathensi, cap. 16.& 17.

¶Minoribus xxv.annis leuitica nõ præstetur benedictio.

CAP. VI.

3 EPiscopus benedictionem diaconatus minoribus, quam xxv.annorum, penitus non committat. ¶Sanè si coniugati iuuenes [d] consenserint ordinari, etiam vxorum voluntas ita requirenda est vt sequestrato [e] mansionis cubiculo, religione [f] promissa, posteaquã pariter conuersi fuerint, ordinentur. ¶4 Presbyterum verò, vel episcopum, ante triginta annos, id est antequam [g] ad viri perfecti ætatẽ perueniat, & diaconos ante vigintiquinque nullus metropolitanorũ ordinare præsumat: ne per ętatem [h] (quod aliquoties euenit) aliquo errore culpentur.

Item ex concilio Toletano, 4. capitu.19.

¶De eodem.

CAP. VII.

5 INveteri lege ab anno vigesimoquinto leuitæ [i] in tabernaculo [k] seruire mandãtur: cuius auctoritatem in canonibus & sancti patres secuti sunt. Nos [l] & diuinæ legis & conciliorum præcepti immemores, infantes & pueros [m] leuitas facimus ante legitimã ætatem, ante experientiam vitæ: ideoque ne vlterius fiat à nobis, & diuina lege, & canonicis admonemur †sententijs, vt †à vigintiquinque annis ętatis leuitæ [n] consecrentur, & à triginta presbyteri ordinẽtur.

Item Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam, epist.prima, c.3.

¶Per quæ interualla temporum ordinetur, qui de monachis in clericatum eligitur.

CAP. VIII.

6 SI quis de religioso proposito, & disciplinis monasterialibus eruditus ad clericale munus [o] accedat, in primis eius vita præteritis acta temporibus inquiratur, si nullo graui facinore probatur infectus, si secundam non habuit fortassis vxorem, nec à marito relictam fortitus ostenditur, si [A] pœnitentiam publicam fortassis non gessit, nec vlla corporis parte vitiatus apparet, si seruili, aut originariæ non est conditioni obnoxius, si curiæ iam probatur nexibus absolutus, si assecutus est literas, sine quibus vix fortassis ostiarij possit implere ministerium.

A ¶Si pęnitentiam.] *Hinc vsque ad finem addita sunt ex epistola ipsa, vt melius percipiatur nexus sequentis capitis. Nam post verbum,* ministerium, *continenter apud Gelasium sequitur,* vt si his omnibus, quæ sunt prædicta, fulcitur, continuò lector, &c.

Item eodem capite,& sequenti.

¶De eodem.

CAP. IX.

MONA-

« ætas virilis diuersimodè interpretatur.

Num.8.

† In codice regio, admonemur exemplis.

† al.sed.

« Leuitæ officium.

6 s̃.di.55.c. 1.Anse.l.7. c.47. Iuo p. 3.c.143.

« Tabernaculum.

« Puer quid significat.

« Leuita à leui dicitur.

« character hodie sine Missa non confertur.

intra annum & dimidium poterit promoueri ad omnes ordines si fuerit commendabilis vitæ, vt quod deest tempori, & quod prolixior consuetudo non contulit, supplcat in eo morum probitas:& hæc omnia fiunt de dispensatione propter necessitatem: qua cessante vetus forma seruet. Secunda pars incipit ibi, *Si verò laicus.*

a ¶ *Monachus.*] Hoc c. loquitur secundum casum illum s. dis. 55. priscis s. de dispensatione; præcedentia de iure communi.

b ¶ *Nouitius.*]quia de nouitio maior dubietas videbatur esse.

c ¶ *Vel notarius.*] A notis. i. literis legendis. [a] Pedius tamen scripsit literas non esse notas. ff. de bo. pos. sed cum patrono. §. notis. Notę autem quandoque dicuntur cicatrices. Vnde lex dicit, quòd & notæ & nomina fugitiuorũ ad magistratus sunt referenda. ff. de ser. fu. l. 2. iuxta illud: *Folijsque notas & nomina mandat.*

d ¶ *Defensor.*] exorcista. nam prius fit ostiarius, post exorcista. s. e. c. 1. dicitur exorcista defensor: quia defendit corpus à dæmonibus.

e ¶ *Deuotio.*] "Sicut enim ingenium supplet tempus in bene studente, sic & bonitas ætatẽ: & ita compensatur probitas cum tempore. sic ergo bonitas supplet ætatem sicut tempus, vt C. de prępo. sacro. scr. l. 1. li. 12. & malitia dicitur ætatem supplere. C. si mi. ma. se. dix. l. 3. ext. de despon. impuber. de illis. ita ꝓbitas, & honestas supplet tempus. C. de his qui ve. æta. impe. l. omnes. & ff. de decr. ab or. fa. l. 1. sic aliquid qđ est minus, æquiparatur alij quod est maius, facta cõpensatione hinc inde. 7. q. 1. quęro. & 19. di. in canonicis. Istud idem consideratur in testi. quia fit compẽsatio auctoritatis ad numerũ. ext. de testi. ĩ nostra.

f ¶ *Examinare.*] Arg. quòd si laicus inducitur in testem, diligentius est examinandus quàm clericus, propter maiorem duritiã. 12. q. j. duo.

g ¶ *Conuenientia.*] i. conueniẽtib. ministris.

h ¶ *Vitia.*] i. vitiosos clericos.

i ¶ *Compendia.*]i. vtilitates, vel vtiles ministros.

k ¶ *Quorum.*] " Arg. potest colligi ex hoc quòd tantum valeat testimonium quatuor clericorum, quantum sex laicorum. nam in sesquialtera proportione videtur quod se habeant: sicut se habent sex & quatuor: quia tantum potest clericus facere per annum, quantum laicus per annum, & dimidium. 46. dist. c. pe.

chus [B] [a] verò nouitius [b] morum honestate fulcitur, continuò lector vel notarius [c], aut certè defensor [d] effectus, post tres menses existat acolythus: maximè si huic ætas etiã suffragatur: sexto mense subdiaconi nomen accipiat, ac si modestæ conuersationis, honestæque voluntatis existit, nono mense diaconus, completoque anno sit presbyter: cui tamen, quòd annorum interstitia fuerant collatura, sancti propositi sponte suscepta doceatur pręstitisse deuotio [e].

¶ 1 Si verò laicus quispiam ecclesiasticis est aggregandus officijs, tantò sollicitius in singulis, quæ superius comprehensa sunt, huiusmodi decet examinari [f] personam, quantum inter mundanam, religiosamque vitam constat esse discriminis: quia vtique conuenientia [g] ecclesiæ ministeria reparanda† sunt, non inconuenientibus meritis ingerenda: tanto que magis, quòd sacris aptum possit esse seruitijs, in eorum quęrendum est institutis, quãtum de tempore, quo fuerant hęc assequenda, decerpitur, vt morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior consuetudo non contulit: ne † per occasionem supplendæ penurię clericalis, vitia [h] potius diuinis cultibus intulisse †, non legitimæ familię Domini cõputemur procurasse compendia [i]: Quorum [k] promotionibus, super anni metas [l], sex mẽses nihilominus subrogamus: quoniam, sicut dictum est, distare [m] conuenit inter personam diuino cultui deditam, & de laicorum conuersatione venientem. Quæ tamen eatenus indulgenda credidimus, vt c ecclesijs ab hac occasione cessantibus [n] canonum paternorum vetus forma seruetur.

B ¶Monachus.] *Quomodo hic locus in originali habeat, proxima superiore notatione indicatum est.*

c ¶Vt ecclesijs.] *Hæc multò plenius à Gelasio exponuntur:* Vt illis, inquit, ecclesijs, quibus infestatione bellorum, vel nulla penitus, vel exigua remanserunt ministeria, renouentur: quatenus his, Deo propitio, restitutis, in ecclesiasticis gradibus subrogandis canonum paternorum vetus forma seruetur, nec contra eos vlla ratione prævaleat, quod pro accidentis defectus remedio prouidetur, non aduersus scita maiorum noua lege proponitur, cæteris ecclesijs ab hac occasione cessantibus, quas non simili clade vastatas pristinam faciendis ordinationibus conuenit tenere sententiam.

l ¶ *Metas.*] s. e. di. quicunque. contra. Sed ibi de neophyto: hic de renato ab infantia loquitur. Vel illud regulariter & de iure cõmuni: hoc specialiter ex dispensatione. vnde subijcit, quæ tamen, &c.

m ¶ *Distare.*] j. 8. q. 1. nec sufficere. [b]

n ¶ *Cessantibus.*]Cessante causa concessionis, cessare debet pariter & concessum. vt 1. q. 7. qđ pro remedio. & c. exigunt. s. dist. 55. priscis. 56. dist. Ismael. ar. contra. C. fam. erc. l. 2. Lau.

ADDITIO. Dic vt no. 61. dist. neophytus. & 19. q. 2. duæ. Arch.

DISTINC. LXXVIII.

Qua verò [o] ætate sacerdotes ordinari debeant, Bonifacius [A] Papa diffiniuit dicens.

A ¶Bonifacius.] *Cæteri collectores citant ex decretis Fabiani. Extat apud Martinum Bracarensem in c. græc. synod. capitu. 20. ex Neocæsarien. c. 11.*

¶Ante annos triginta presbyter non ordinetur.

CAP. I.

2 SI quis [p] triginta ætatis suę annos non impleuerit, nullo modo presbyter ordinetur, etiam si valde sit dignus. [q]

[*Item in nouellis Authentica de sanctis. episcopis. §. clericos. apud Iulian. Antec. constit. 123. c. 19.*]

¶De eodem.

PALEA. CAP. II.

3 NEmo presbyter consecretur, qui minor triginta annis sit: nemo diaconus, vel subdiaconus fiat, q minor xxv. annis sit: nemo lectoribus connumeretur, qui minor xviij. annis fuerit: nemo inter diaconissas consecretur sacrosanctę ecclesiæ, quæ minor sit xl. annis, vel ad secundum matrimonium peruenerit.

Item Leo Papa ad episcopos Africanos, epist. 85. c. 1.

¶Non est ordinãdus sacerdos, nisi longo sit probatus examine.

CAP. III.

4 QVID

n ¶ *Cessantibus.*]Cessante causa concessionis, cessare debet pariter & concessum. vt 1. q. 7. qđ pro remedio. & c. exigunt. s. dist. 55. priscis. 56. dist. Ismael. ar. contra. C. fam. erc. l. 2. Lau.

ADDITIO. Dic vt no. 61. dist. neophytus. & 19. q. 2. duæ. Arch.

o ¶ *Qua verò.*] Hic in titulatur. 78. dist. in qua ostendit magister non debere ordinari sacerdotes de iure communi ante triginta annos cõpletos: " quia in tali ætate Dominus baptizatus est, & prædicare cœpit: & quidam alij prophetæ: sed quia & ante hoc tempus prophetæ ad prædicandum missi sunt, possunt necessitate imminente à 25. ann. ordinari. j. eod. dist. c. vlt. arg. ff. ad Tre. filium. §. 1.

p ¶ *Si quis.*] ¶ *Non impleuerit.*] Ext. de ele. cum in cunctis.

q ¶ *Sit dignus.*] argu. est non debere derogari iuri commnni ꝓpter personam. s. dist. 50. ex pœnitentib. dis. 61. miramur. Sed propter necessitatem vel vtilitatẽ derogatur iuri, licet nõ propter dignitatem tantùm, vt 1. quæstio. 7. c. tali. [c]

QVid est manus.] CASVS. Super epistolã ad Timotheũ habetur. Manus cito nemini imposueris, nec communicaueris peccatis alienis. Nunc verò Leo Papa exponit literam Apostoli: & dicit, quòd ille cito manum imponit, qui ordinat aliquem ante congruam ætatem, & ante examinationem, & antequam sit disciplinatus. Et ille communicat peccatis alienis qui efficitur malus: sicut est ille quem ordinat, & in malo est ei similis.

a ¶ *Quid*

[a] Sed hoc expone vel notari°, vel pro ideſt, & sic exponũt Gra. & Hu.

[1] Ibid. c. 4.

[e] Ingenium & alia ꝑs supplere possunt.

† al. deputãda.

† al. nec.

† al. intulisse iudicemur.

[f] al. Examinandus.

[g] Clericus laico prefertur.

[b] Ad idẽ 61. di. in sacerdotibus. s. 4. di. statuim°, & c. deniq;. 1. q. 1. vilissimus.

[c] Ad idẽ 15. q. vlti. c. vlti. & de hoc ẽt no. j. c. c. vlt.

[2] Pol. l. 2. tit. 20. Bur. l. 2. c. 10. Iuo p. 6. c. 30. Pã. l. 3. c. 29.

[3] Poly. li. 2. tit. 27.

[4] s. dist. 61. c. miramur. versi. qd est cito] Ansel. lib. 6. c. 34. Iuo p. 5. ca. 105.

a Cap.1. a ¶ *Quid est.*]Hoc est in epistola ad Timotheum: [a] Manus cito nemini imposueris: neque communices peccatis alienis. b ¶ *Communicare.*] Communicat peccatis alienis qui illis cõsentit,ar.dis.86.c.1.& c.culpam.& c.facientis.83.di.c.quid enim.& c.error.

PResbyter *ante 30.*] Casvs. Dicitur hic, quòd presbyter ante xxx. annos ordinari non debet, licet sit vitæ probabilis: qa Christus tantùm in trigesimo anno cœpit prædicare,& baptizatus est.

†al. laboris.

c ¶ *Ante triginta.*] Potest tamen ei concedi in vigesimoquinto anno regimen parochialis [b] ecclesiæ. ext. de ele.cũ in cũctis.Sed cui incũbet ꝓbatio de ætate, si dubitat de ętate? Dico ꝙ ei q agit,scilicet qui petit ordinem. vnde si maior est actor, ipse probabit se maiorem, siue minorem,[c] vt C. de prob. cum te. C. de in int. restitu. mi. si minorem.ff. de min.minor ex aspectu. Sed si minor est reus tunc aduersarius probabit, vt C. q & aduersus quos. l.1.ff.de mi.de ætate.

b Hoc fortè intelligitur ꝺ cõuẽtuali sẽdm Laur. ſ; intelligas indistincte, vt probatur ext. lib.6.de ele.licet canon. qđ est cõci. Gre.x. ætatis ꝓbatio, cui incumbit.

c Adde an ꝺ ætate filij credatur libro pris vel eiꝰ assertiõi, not. gl.i l.ét ff.ꝺ ꝓb.Bal. i l.neq; natales. C. e.tit.

d ¶ *Prædicauit.*] Sed sacerdotis officium est prædicare, vt 16. q. 1. adijcimus. Vnde est hic ar. contra id quod diximus quòd debeat implere trigesimũ annum Dicit Ioan.Chrysost.quòd de trigesimo anno nondum attigerat Iesu nisi 30. dies.sicut in Euangelio continetur: Erat Iesus quasi annorum 30. Sed est ar.superficiale:[d] sed probatur per hoc quòd ante xxx. annum non possit promoueri.

1 Pol.l.2. tit. 27. Anſ.l.7. c.95. Pann. lib.3.c.29.

2 S. Greg.in Ezechiel. hom.2.

Hier.1.

Matth.4. Act.7.

d Nã factũ Dñi non est trahẽdũ ad cõsequẽtiã, secũdùm B.

HOC REGVLARE EST.Casvs.Dicit nunc Grat. qđ hæc quæ dicta sunt.s.de 30. an. vera sunt,& seruanda de iure communi. Et hoc probat exemplo Christi, & Ioannis Bap. & Ezechielis qui tantũm in xxx.anno prædicare cœperunt,sed dispensatiuè ante tale tempus potest aliquis ad dignitatem presbyterij promoueri.& hoc probat sex exemplis:scilicet Hieremiæ & Danielis, Dauid & Salomonis, Ioannis Euangelistæ & Pauli: qui omnes ab adolescentia acceperunt officium prædicandi,& gubernationem super alios.Et ad hoc probandum induc it seq.ca.cuius casus per se patet.

e ¶ *Prædicasse.*]ante hoc tempus.

f ¶ *Si xxx.annorũ.*] ¶ *Necessitas.*]vel vtilitas,cum illa etiam inducat dispensationem, vt 1.q.7.tali.imo de iure communi(vt videtur) cum enim in 25. anno ad regimen ecclesiæ possit assumi, vt ext.de ele.cum in cunctis. " & quilibet prælatus debeat esse presbyter. 21. q.2.sicut. cum etiam talis debeat eligi, qui per breue tempus possit promoueri, vt ext. de æta. & quali. præterea. Et breue tempus est vt non vacet ecclesia nisi per tres menses ad plus,vt 50.dist. postquam. ergo prædicta ca.videntur correcta.Io.quod non credo, vt ext. de electio. dudum. & extra de præbend. cum iamdudum. in fine.

" Prælatus quilibet ꝑsbyter esse debet.

¶ Necessitate exigente xxv.annorũ presbyteri ordinentur.

CAP. V.

SI triginta annorum non reperiuntur,& necessitas [f] exposcit, 3 à vigintiquinque annis & supra leuitæ,& sacerdotes ordinentur.

DISTINC. LXXIX.

Apostolicus.]Hæc dist.diuiditur in sex par. in quarum prima dicitur, quòd nullus debet eligi in ecclesia Romana nisi à Cardinalib.nec ante mortem Papæ aliquo verbo, vel facto de Papatu debet promitti.Et hoc probat per sex auctoritates.Secunda ibi, *Nullus Pontifice.* Tertra ibi, *Sed quæritur.* Quarta ibi, *Hoc autem.* Quinta ibi, *Electio.*Sexta ibi,*Sicut supra.*Io.de Fan.

Casvs. supra in 23. di.c.1. tractatum est de electione & confirmatione Papæ: nunc verò in hac 79.dist.idem repetit, vt aliquid addat. continet enim hæc di. quatuor articulos. In primo dicit, quod Papa non debet eligi nisi à Cardinalib.In secundo dicitur quid iuris si duo apostolici eliguntur.In tertio dicitur qđ electio successoris dẽt fieri cum deliberatione p̃decessoris.In quarto dicitur quòd electio apostolicorũ soli Deo reseruatur, quæ omnia per suos §§. patebunt.

3 ex isto tex. infertur, ꝙ plura fiunt necessitatis cã, ꝙ aliàs ñ fierẽt. concor. l. ñ solũ §. fi. ff.de excus.tut.

g ¶ *Apostolicus autẽ.*] Hic depingitur 79. distin. in qua specialiter magister agit de electione summi Pontificis, ostendens à quib. debeat eligi: "& dicit qđ à Cardinalib. & quando: quia die tertia post depositionem defuncti,vt j̃.eo. nullus.subdit etiam quid iuris sit cũ duo malo zelio eligunt, vt j̃.e. si duo. vel cum simoniacè aliquis eligitur, vt j̃. ea. si quis pecunia. [e] & dicit qđ à solo Deo potest deijci.de ordinatione cius non tractatur hic, quia de ea dictum est. s̃. 23. dist.in nomine.

4 Pol.l.2. ti. 4.Anſ.l.6.c. 15.j̃.ea.si ꝙs pecunia.

" Papa à q-bus & qñ est eligendus.

e Et j̃.c.1.

Addition. Istud c.non fuit ibi introductum nisi propter ordinationem: & ideo repetit hoc de electione & inthronizatione, & nõ de ordinatione, secundum Hug.

SI *quis.*] Casvs. Statuit Nicolaus in hoc c. quòd si quis sine concordi & canonica electione Cardinaliũ & aliorum religiosorum clericorum fuerit electus, vel inthronizatus,non habeatur apostolicus,sed apostaticus.

h ¶ *Et canonica.*]Quam electionem vocas canonicam?"nũquid dices idem esse quod in aliorum electionib.saltem quo ad hoc vt debeat esse de eadem ecclesia, [f] vel vt melior eligi debeat,[g] vel ẽt prior, [h] vel vt non sit aliquo modo irregularis? Sed breuiter dico,quòd si est electus à duabus partib.amodo nulla admittitur contra ipsum exceptio, nec de vitio eligentium vel electi:quia non esset coram quo iudice exceptiones illæ prẽponerentur.vnde si tertia pars vellet probare electionem esse simoniacam,' non audiretur,vt ext.de ele. licet. qui tamen sic eligunt,peccant:& electio talis vitiosa est.

" Electio Papę h; aliqua specialia.

f Vt 63.dist. nullus.

g Vt 61.dist. metropolitanus.

i ¶ *Sequentium.*]Hi consentire debent: non tamen vocandi sunt de necessitate.

h Vt 75.dist. c. vlt. in fi.

k ¶ *Religiosorum*]s̃.di.23.cap.1.contra.sed ibi dicit religiosos viros præduces, non respectu Cardinalium, sed respectu laicorum.

i De hoc j̃. c. si quis pecuniã. Arc.

Si

Si quis Papa.]CASVS. Hoc c. diuiditur in duas part. In 1. par. dicitur, quòd ille debet deponi qui Papa viuo & incolumi præstiterit fauorem carnalem pro Romano pontificatu: vel qui eo inconsulto subscriptionem fecerit: vel sacramentum dederit alicui: vel suum suffragium polliceatur propter hoc: vel qui hac de causa priuata conuenticula facit. In 2. par. dicitur quód quicunque huiusmodi coniurationes & insidias patefecerit & probauerit, indulgentiam promerebitur & præmiũ. Secunda pars incipit ibi, *Propter occultas fraudes.*

1 Bure. l. 1. c. 223. Inoc. p. 5. c. 336. Poly. l. 1. tit. 4. Ansl. lib. 6. c. 1.

a ¶ *Pro Romano.*] maxime: ar. ĩ. c. nullus Pontifex.

b ¶ *Aut subscriptionẽ.*] aliàs subscriptiones.

c ¶ *Pyctacia.*] Pyctacia hic dicuntur scripta obligatoria. 30. qõ. 3. pyctacium. & secundum hoc dicitur pyctacium à pingendo, vel dicuntur munera quædã: & secundum hoc dicitur à petendo.

ADDITIO. Quidam dicunt quòd est generis fęmini: vnde in quibusdam libris inuenitur hæc pyctacia: sed dico esse literam corruptam: vel esse accusatiuum pluralem: & quod dicitur pyctaciolas. infrà 16. quæstione 7. non obseruetis. dico nõ esse verum: sed debet esse pyctaciola. Hug.

† al. vel C. 5.

2 Poly. ibid.

† al. perse-quitur.

d ¶ *Districtionis.*] id est, districtæ constitutionis sententia.

e ¶ *Pertulerit.*] Ar. in simonia aliquem de se confessum audiri cõtra socios eiusdem criminis. [2] Sed est ar. contra 15. q. 3. nemini. sed subintelligendum est ibi cum simonia: † & ita per hoc ca. determinatur & suppletur illud. vnde colligitur qđ crimen simoniæ & crimen læsæ maiestatis æquiualent, & æquis passib. ambulant, vt 15. q. 3. sanè. & quidem quęcunque personæ recipiuntur in accusatione in erimine læsæ maiestatis, recipiuntur in crimine simoniæ: & cũ ibi recipiantur socij initæ factionis contra se, similiter & hic. Itẽ hic habetur qꝑ aliquis illum cum quo simoniã commisit, de simonia potest accusare: & ille punietur, & iste non: qđ Hug. intelligit vbi res non processit ad actum: ſ. ad donationem vel receptionẽ pecuniæ. Tunc enim vterque debet deponi. Io. quod ego non credo. cum crimen istud procedat ad instar criminis læsæ maiestatis, vt 15. qõ. 3. sanè. in quo si socius criminis probat crimen, remuneratur. vt 6. q. 1. si quis.[b] B. arg. ext. de testi. veniens." Dicunt tñ quidam qꝑ nunquam in simonia socius socium accusat. 15. q. 3. nemini. nisi qñ simul committitur crimen læsæ maiestatis, vt hic. Et ad ca. sane, respondeo qꝑ quo ad quædam, non quò ad omnia simonia æqꝑ passib. ambulat cum crimine lęsæ maiestatis. Sed videtur quòd ille q accusat illum quẽ dicit fuisse socium in crimine, non esset audiendus: Tũ ideo, quia statim puniendus esset, ex quo sponte confessus est crimen suum, vt 2. q. 1. nos in quemquã. Tum quia turpitudinem suam allegans nõ auditur, vt ext. de don. inter dilectos. Sed dic esse speciale in hoc crimine, vt allegans suam turpitudinem audiatur & vt confessio eius nõ puniatur: [c] Tum quia non est directa cõfessio, quando qꝑ ideo confitetur vt accusetur. Sed licet confessio accusatoris non puniatur in simonia tamen confessio testis punitur, vt ext. de ele. per inquisitionem. Sed qd si confessus non potest probare crimen quod intendit? Videtur quòd tunc puniendus sit: qꝑ tacere debuit crimẽ qđ probare non potuit, vt 2. q. 7. plerique. 6. q. 2. si tantũ. qđ concedo. Io. f ¶ *Remuneratione.*] ñ ipso facto, sed à iudice eã impetret, vt C. quib. ex cau. ser. pro prę mio li. acci. l. 1. "& ita inuitat aliquis ꝑ pmiũ ad accusandũ, vt 6. q. 1. §. verũ. & l. si quis cum.

b Aliàs §. vẽrum.

" Simoniacus an socium accusare possit.

CASVS. Quæsitum fuit in concilio Toletano, quid fieri debeat cum aliquis colligit puerum expositum ante ecclesiam. Et respon. quòd debet in publicum duci, vt cuiuscunq; sit ille puer, siue sit dominus, siue pater, veniat intra decem dies, & puerum recipiat. si autem post decem dies venerit, audiri non debet: sed tanquam homicida puniatur.

f ¶ *Expositus.*] "Exponitur autem aliquis à patre, vel domino, vel ab extraneo. Si à patre vel domino, aut necessitate, vel sponte. Si sponte, nunquam potest recollige re cũ postea: nec enim suum dicere poterit quem pereuntem contempsit. C. de infan. exp. l. 1. & 2. Si necessitate, repetit quandocunque: quia inuitus videtur exposuisse. C. de infant exp. l. 1. & in his casibus locum non habet cõtestatio. quod tamen dixi de necessitate, videtur malè dictum. nam dicit lex, ꝙ si ipse non potest eũ alere, debet eum in xenodochium [b] mittere C. de la. lib. tol. l. vna. §. sed scimus. Sed quod dixi [c] intelligas cum nullum talem locum inuenit: & intelligas maximè hoc de filijs: nam de seruo videtur, ꝙ potius debeat eum vẽdere, q̃ exponere. & est iste casus in quo seruus habitus pro derelicto, statim in libertatẽ eripitur, vt C. de la. li. toll. l. vna. in auth. de nupt. §. hoc amplius. & §. multò magis collat. 4. aliàs occupanti conceditur. Si autem ab extraneo, & sciente dño vel patre, tunc locum habet qđ hic dicitur. Si verò ignoráte, sp põt repetere qñcunq; voluerit. C. de infant. expo. l. 1. Hug. dicit, ꝙ tãtùm vsq; ad decem dies auditur pater in hoc casu: quod verius credo [d]: quia de ijs quæ publicè fiunt, non potest prætendi ignorantia, vt 17. dist. ꝙ dicitis. Idem potest dici quãdo pater propria voluntate exposuit. Ioan. Hoc teneas breuiter, ꝙ si à patre infans exponitur, vel ab alio, eo sciente vel ratum habẽte, statim liberatur à patria potestate. & si dominus idem facit, seruus statim eripitur in libertatem, & libertus in ingenuitatem. Idem est si alimenta fuerint istis languẽtibus denegata, aut si isti languentes expositi fuerunt, cuiuscunque fuerint ætatis: & qui eos suscipiunt, non habent aliquod ius in ipsis, vt extra de infant. vel lang. expos. c. 1. Bart.

"exponens filiũ vel seruum an possit illum recolligere.

3 Burc. l. 3. ca. 186. Iuo p. 6. c. 246. & p. 16. ca. 52. Pann. lib. 2. cap. 83.

4 capit. l. 6. c. 142. concor. Valẽse 1. c. 9. Bur. l. 3. ca. 201. Iuo p. 3. ca. 253. Pol. l. 3. tit. 13.

b id est, hospitale.

c sc. de necessitate.

g ¶ *Intra decem dies.*] De his x. diebus dic, quòd currunt à tempore scientiæ, & sunt continui: & si in tali loco est, quòd venire non potest, restituitur per clausulam generalem: arg. ff. ex quib. cau. ma. l. 1. Alij dicunt quòd sunt vtiles: cum scilicet experiri potest. ff. de ædil. edict. cum lex. & de dil. & tẽp. præ. l. 1. "Si verò ille qui colligit, expendit aliqua in puero erudiendo in aliqua artę, repetit à recolligente. C. de infan. exp. l. 1. quod autem causa alimenti expendit, non repetit nisi in duob. casibus: scilicet, cum protestatus est. ff. de neg. gest. Nesennius. vel vbi collectus non vult ducere filiam suam in vxorem. C. de nupt. patrem.

d Adde de ista q. & alijs in mate. expositorũ, not. in l. 1. & 2. per Alb. de Ros. C. đ infan. expos. & gl. in l. nemini. C. de epi. lau.

"Expensæ circa infantem expositum factæ, an possint repeti.

h ¶ *Habeat.*] non in seruum. C. de infan. expo. l. vlt. & ideo dicitur iste eum habere, quia alius iam non potest petere puerum: puer tamen bene recedet ab eo cum voluerit: & continebit epistola, scilicet, quòd si quis in eo aliquid iuris sibi vendicet, exeat & probet esse suum: aliàs non crederetur ei. argu. contra, extr. qui fil. sint leg. transmissæ. "vbi creditur patri & matri dicentibus aliquem non esse filium suum: quia non est præsumendum aliquem denegare filium suum.

"Pater & mater filiũ đnegare nõ præsumunt.

Prohibentur.] In hac dist. prohibetur cupiditas & mercatio omnibus clericis. Et diuiditur in duas partes: in quarum prima probat per decem auctoritates sanctorum Patrum, ꝙ clerici non debent esse mercatores. Secunda ibi, *Neque apud.* Ioan. de Fant.

CASVS. Facta interpositione miserabiliũ personarũ, in hac 88. dist. redit Grat. ad materiam suam: s. ad cap. cupiditatis. cuius cupiditatis negotia clerici suscipere prohibentur: sed non prohibentur opera pietatis orphanis, & viduis ipendere.

a ¶ *Prohibentur.*] Facta interpositione deviduis, & libertis, & expositis, reuertitur in hac dist. 88. ad propositum suum: scilicet ad illud cap. non cupidũ. & ostendit clericos cã turpitudinis & cupiditatis non debere opera exercere. tandẽ subijcit ꝙ nullus presbyterum in testamento dẽt nominare tutorẽ, &c.

Decreuit.] CASVS. Statuit Melchiades Papa in synodo sua, ꝙ clerici causa cupiditatis & lucri nõ conducãt possessiones, nec negotijs secularib. se immiscẽant, nisi in duobus casibus: s. propter curam miserabilium personarum, & propter curam ecclesiasticam ab episcopis sibi commissam, & quòd curam talem debeant suscipere clerici, probat duobus exemplis: scilicet Moysi & Angelorum ascendentium & descendentium per scalam quam vidit Iacob: ad instar quorum prælati ecclesiæ debẽt ascendere contemplando, & descendere curã subditorum habendo.

b ¶ *Conducere.*] s. causa cupiditatis, vt not. 86. dist. c. vlt. & semper intelligo causa cupiditatis hoc fieri, nisi necessitas probetur. arg. 12. q. 1. c. 1.

c ¶ *Vbi patet.*] id est, propter quod patet.

d ¶ *Angelos.*] "Per angelos intelliguntur prędicatores, qui pro ingenio auditorum debent se aptare, vt 8. q. 1. cap. oportet. & di. 43. sit rector. §. vlt. vnde non propter Iacob, sed propter angelos inducitur hæc auctoritas.

"Prædicatores qnque dñr angeli.

2 Cõcil. Aqsgranen. ca. 93. 14. q. 4. c. clerici.

3 Pol. l. 4. ti. 31.

† quoque q̃ de. legendũ videtur.

DISTINCT. LXXXVIII.

1. ps

Prohibentur a ergo clerici cupiditatis negotia suscipere, non pietatis curam viduis, & orphanis impendere.

Vnde Melchiades A Papa 1.

¶ De eodem. C. I.

DEcreuit sancta synodus nullum deinceps clericũ aut possessiones conducere b, aut negotijs secularibus se miscere, nisi propter curam pupillorum. [& † orphanorum,] ac viduarum; aut si fortè epis ciuitatis ecclesiasticarum rerũ solicitudinem habere præcipiat. Vbi liquidò patet c, quia alia sunt negotia secularia, alia ecclesiastica. Nonne Moyses in sæculo erat, cum crebrò tabernaculum intraret, & exiret, qui intus contemplatione raptus, foris infirmantium negotijs vrgebatur? *& infrà.* ¶ Sic & Iacob ascendentes, & descendentes Angelos d vidit: quia videlicet rectores ecclesiæ non solùm Deum contemplando superna appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt. Et Domini sacerdotes horum facta imitantur, & se custodiunt, & subditorum onera portant.

A ¶ Melchiades.] *Caput hoc habetur in scripto de primitiua ecclesia, & munificentia Constantini, quod in antiquis conciliorum voluminibus continenter sequitur post decreta Melchiadis (quamuis in recentioribus concilium Neocæsariense sit interpositum) & ex illa coniunctione fortasse factum est, vt hoc quoque scriptum olim decretis Melchiadis adnumerari solitum esset: cum tamen in eo de Nicæno cõcilio, & alijs, quæ post Melchiadem gesta sunt, mentio fiat, quod ex capite, ad futuram. ĩ. 12. q. 1. apparet.*

Item Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam. c. 17. 2

¶ De eodem. C. II.

3 COnsequens e est, vt illa quoque † de Picenis partibus nuper ad nos missa relatio nuntiauit, non prætereũda putaremus: id est plurimos clericorum negotiationibus inhonestis, & lucris turpibus imminere †, nullo pudore cernentes euangelicam lectionem, qua ipse Dominus negotiatores è templo verberatos flagellis asseritur expulisse, nec Apostoli verba recolentes, quibus ait: [Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus,] Psalmistam quoque Dauid surda dissimulantes aure, cantantem f [Quoniam non cognoui negotiationes g, introibo in potentias Domini.] Proinde huiusmodi aut ab indignis posthac quæstibus nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio h, vel cupiditate cessandum i: aut in quocunq; gradu sint positi, mox à clericalibus officijs abstinere cogãtur: quoniam domus Dei, domus orationis & esse debet, & dici, ne per † officia negotiationis potius sit latronũ spelũca.

Itẽ ex septimo canone Apostolorũ.

¶ In sacris ordinibus constitutus sęculares curas assumere non debet.

CAP. III.

j EPiscopus, aut presbyter, aut diaconus nequaquã seculares curas k assumat: sin aliter deiiciatur.

Item Gregorius Romano defensori, lib. 8. epist. 11.

¶ Episcopus secularibus causis occupari non debet.

CAP. IIII.

4 PErlatum est ad nos reuerendissimum fratrem nostrum Basilium episcopum, velut vnum de laicis in causis secularibus occupari, & prætorijs l inutiliter ꝺseruire. Quę res quoniam & ipsum vilem reddit, & reuerentiam sacerdotalem annihilat, statim vt experiẽtia tua hoc præceptum m susceperit, eum ita ad reuertẽdum districta executione compellat, quatenus ei illic te insistẽte † quinq; diebus n sub qualibet excusatione ĩmorari non liceat: ne, si quolibet modo eũ ibidẽ amplius morã habere ꝑmiseris, cum ipso apud nos graiter incipias esse culpabilis.

e ¶ *Cõsequẽs.*] qa sacerdotes erãt ĩstituti, vt 2. q. 7. accusatio. L.

f ¶ *Cantantem.*] id est metricè describentem.

g ¶ *Negotiationes.*] i. falsam traditionẽ Iudæorũ: quia. s. credebant se iustificari ex operibus legis, figuras legis sectantes, à gratia resilientes, vel negotiationes, id est, vt vilius emant, & carius vendant.

h ¶ *Ingenio.*] Arg. "ꝙ nec sub qualibet fraude excogitata possunt exerceri negotiationes, ergo nec causa necessitatis, vt quidã asserũt: nec causa lucri captandi ad opus pauperum. 1. quæst. 3. si quis obiecerit, arg. contra ext. nec cle. vel mo. c. 1. 91. dist. clericus. Laur.

i ¶ *Cessandum: aut in, &c.*] Videtur ergo, ꝙ in eius optione sit an velit abstinere à quæstu, aut ab officio. ff. de iu. do. plerunque. §. vlt. quod falsum est. Sed hic, aut comminatiuũ a est. 11. q. 1. placuit.

k EPiscopus.] ¶ *Curas.*] ĩ 21. q. 3. c. 1. 2. & 3. & 11. quæs. 1 te quidem.

PErlatum.] CASVS. Basilius epus tãquã aliquis laicꝰ ibat extra suũ epatũ corãiudicib. secularib. aduocando. Qđ cũ audisset Grego. ꝑcepit Romano defensori, vt ꝑfatum Basiliũ ĩtra 5. dies cogat reuerti: qm̃ ꝓp hoc dignitas epalis vilescit. Nã si ibi amplius eũ ĩstare ꝑmiserit, vterq; grauiter punietur. Seq. c. plana sũt vsq; ad palcã illã, *Ejiciens.* q̃ in scholis non legitur, sed in ea rõ assignatur quare in domo, vel re cõsimili non est vsura, sed pecunia sic: & hoc triplici rõne. Prima est: qa pecunia nõ est disposita nisi ad emendũ. Secũda est: qa ex agro eũ arando fructũ capio, & ex domo vsum mansionis: & ĩõ domũ locãdo vel fundum, videor quasi permutare lucrum cum lucro. sed ex pecunia reposita nullum fructũ capio. Tertia ratio est: qa ager, vel domus veterascit, sed non pecunia. & hoc est in prima columna, vbi dicitur: *Primò quidem.*

l ¶ *Et prætorijs.*] i. locis iudicij tractandi. Quid sit prætorium, habemus ff. de iust. & iu. l. pen.

m ¶ *Præceptum.*] ĵ. 23. q. 4. iustum. ĵ. 14. q. 4. clerici.

n ¶ *Quinque diebus.*] arg. moram posse purgari b. Item no. inducias & expectationes v. dierum: & hoc à tempore quo suscepit literas. ext. de ap. super eo. 4. q. 4. c. 1. & q. 5. c. 1. quandoque duorum. 5. q. 2. c. præsenti.

1 In scripto de primitiua ecclesia, & munificẽtia Constãt. ex concil. Chalcedo. cap. 3.

† absunt istę duæ voces ferè ab oib. manuscrip.

Exod. 33.

Genes. 28.

† aliàs, quatenus ei illi citè insistẽti

† aliàs inhiare.

" Negociatiões p clericos quacũque causa exerceri nõ debent.

2 Et est sensus, si moniti cessãt, dispẽsatur cũ eis: aliàs abijciuntur à clero, & nõminus à negociatione cessabunt. Arg. 13. q. 3. c. 1. & 81. dist. si quis. Arc. Matth. 21. 2. Tim. 2. Ps. 70. vide ĵ. c. qm̃.

Luc. 19.

† ne officina negociationis, & spelũca potius sit latronũ] Orig.

4 Ansel. l. 6. c. 179.

b Adde an & qñ possit mora purgari vel nõ, no. Bar. ĩ l. si insulã. ff. de ver. ob. Bal. ĩ l. & si post tres. ff. si qs cau. glo. & do. in c. potuit. de loc.

a Episcopus tuitionem.] i. apertionem, vt.s. coram eo nō aperiantur, sed coram magistro census. C. de testam.l. consulta. Vel dic, tuitionem id est, qꝑ sit aduocatus. aliàs per eum debet adimpleri [a], quod in testamentis relictum est. extra de test. si hæredes. & ff. de pet. hær. hæreditas. in fi. 10. Dic ergo vt dixi, non suscipiet ex hoc officiū aduocationis.

1 Polyc.l.4. tit.5.

a Dic, qꝑ vbi persona à testatore deputata est, illa exequitur 12.q.2. de laicis. in fi. Arch.

b Episcopus.] ¶ *Id se reuocet.*] principaliter, vel per se: & tunc non est cōtra 86. dist. fratrem.

c Episcopus gubernationem.] Sed per archipresbyterum. nam partiri debet onera sua. extr. de offi. archipresby. cap. vlt. ar. " per alios nobis licere quæ nobis per nos non licent [a]: arg. 5.q.3. cap. vlt. arg 12.q.1. præcipimus. Et valet ad quæstionem quòd ecclesia possit alicui concedere gladium, licet ei non liceat eo vti per se. 23. q. vlt. c. sæpè. Similiter inuenitur, quod licet nobis per alios, & per nos, vt dist. 95. illud superfluum. & ècōuerso, quod non licet nobis per nos, nec per alios, 46 dist. sicut. 23.q. vlt. his à quibus. & consequitur quis per alium quod nō potest per se. ff. de sta. hom. Imperator. & id per se, quod non per alium. C. de ijs qui vet. æta. imp. l. 2. ff. de adop. post mortem. § neque. 23. dist. quorundam. & quandoque plus per se valet factū quàm per alium. de cōsecr. dist. 4 illud. Ioan. Sol. generale est quòd quis potest per se quod potest per alium, & ècō tra. sed in casibus specialib. failit quandoq; ratione personæ, quæ prōhibetur per se facere, vt in hoc c. sed per aliū non prohibetur [d]: vel ratione rei: quia in causa criminali aliquis agit per se, & non per alium, vt 5.q.3. in criminalibus. 3.

a Potest qs per aliū qđ non potest per se.

i Pol. ibid.

b An hoc ꝑcedat regulariter, not. in l. Labeo. ff. de vsuca. Dyn. in reg. qꝑ alteri. lib. 6. bonæ tex. & ibi Bar. & Bal. in l. 1. §. ne autē. C. de cad. toll.

c 63. distin. Hadrianus. 2.

d Hic vide quod leg. & not. de cōse. dist. 4. quando. 2.

3 Iuop. 8. c. 89. Pan. l. 7. c. 26.

ADDITIO. Circa hoc dicas, quòd quado aliquis potest aliquid facere sua auctoritate: tunc non est vis siue ꝑ se, siue per aliū faciat, nisi specialiter ꝓhibeatur; sed vbi sua auctoritate non potest facere, sed alterius: tunc locum habet qꝑ non potest alteri committere. Psal. 70. extra de off. delcg. quoniam apostolica. vbi Inno. sic not. Archid.

4 paulò aliter.

d Negotiatorem.] "Sed nunquid licet clerico habere tabernam [e]? videtur qꝑ sic. C. de epis. & cle. l. 2. sed dicimus, qꝑ licet lex concedat, canon tamen non permittit. 16. q. 3. cum autem. Vel dic, quòd potest habere tabernam propter necessariam & honestam negotiationem.

" Clericus tabernā habere potest.

e Ornicari.] ¶ *Semper non licet.*] id est nunquam. 32. q. 4. nemo. argu. contra. 31. q. 1. hac ratione. sed licet aliquando licentia pœnæ, sed licentia culpæ non, quia non euadit culpam. dist. 4. cap. denique [f].

e Addē qđ veniat appellatione tabernę, no. in l. tabernæ. ff. de verbo. sig. & l. q tabernas. ff. de contrah. emp.

f ¶ *Non licet.*] Arg. qꝑ propter mutationem status quod ipsi erat licitum, fit illicitum, & ècontra. argu. dist. 31. c. lex continentiæ. argu. contra. 12. quęst. 1. non dicatis.

f Dic qꝑ fornicatio nulli vnquā impunè conceditur. 27.q. 1. nubendi. Ar.

† aliquā blādi speciem.

Item ex concilio Carthaginensi, 4. cap. 18.

¶ Testamentorū tuitionem, & curam rei familiaris episcopus non suscipiat.

CAP. V.

ij 1 Episcopus tuitionem [a] testamentorum non suscipiat.

Item ex eodem. c. 20.

¶ De eodem.

CAP. VI.

iij Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet [b], sed lectioni, & oratio- 20 ni, verbi Dei prędicationi tantummodo vacet.

Idem ex eodem, c. 17.

¶ De eodem.

CAP. VII.

iiij 2 Episcopus gubernationem [c] viduarum, & pupillorum, ac peregrinorū, non per seipsum, sed per archipresbyterum, aut per archidiaconum agat. 30

Item Gregorius Quertino exprætectis, epist. 30. lib. 10.

¶ Ratiociniorum causas clericus suscipere non debet.

CAP. VIII.

INutile, & valde laboriosum est, hominem literatum, ratiociniorum causas assumere, & in eis se, quod non expedit, obligare.

Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum. 50

¶ Fugiendus est clericus negotiator.

CAP. IX.

NEgotiatorem [d] clericum, & ex inope diuitē, ex ignobili glorioſum, quasi quādam 60 pestem fuge.

Item Augustinus in libro quæstionum veteris, & noui testamenti. cap. 127.

¶ Clerico negotiàri non licet.

CAP. X.

3 FOrnicari omnibus semper non licet [e]: negotiari verò aliquando licet: aliquando non licet. Antequam enim ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari: facto iam, non licet [f]. 70

[*Item Ioannes Chrysostomus super Matthæum, [id est auctor operis imperfecti, hom. 38. ad c. 21. Matth.*] 80

¶ De eodem.

PALEA. C. XI.

4 EIciens Dominus vendētes, & ementes de templo, significaut, quia homo mercator vix, aut nunquam potest Deo placere. Et ideo nullus Christianus debet esse mercator: aut si voluerit esse, proijciatur de ecclesia Dei, dicente propheta: [Quia non cognoui negotiationes, introibo in potētias Domini.] Quēadmodum enim qui ambulat inter duos inimicos, ambobus placere volens, & se commendare, sine maliloquio esse non potest (necesse est enim, vt isti malè loquatur de illo, & illi malè de isto) sic qui emit, & vendit, sine mendacio, & periurio esse non potest, & *paucis interiectis*. ¶Sed est nec stabilis substantia eorum, neq; ad bonum proficit, quod de malo congregatur. Quemadmodū enim si triticum, aut aliud † tale cernas in cribro: dum huc, & illuc iactatur, grana omnia paulatim deorsum cadunt, & tandem in cribro nihil remanet, nisi stercus solum: sic de substantia negotiatorum nouissimè nil remanet, nisi solum peccatum. Sed omnes homines videntur esse mercatores. Ostendam ergo, quis non est negotiator, vt qui talis non fuerit, eum intelligas esse negotiatorem. Quicūque rem comparat, non vt ipsam rem integram, & immutatam vendat: sed vt materia sibi sit inde aliquid operandi, ille non est negotiaror. Qui autem comparat rem, vt illam ipsam integram, & immutatā dando lucretur, ille est mercator, qui de templo Dei eijcitur. Vnde super omnes mercatores plus maledictus est vsurarius. Ipse namque rem datam à Deo vendit, non comparatam, vt mercator: & post fœnus rem suam repetit, tollens aliena cum suis: mercator autem non repetit rem venditam. Adhuc dicet aliquis: Qui agrum locat, vt agrariam recipiat, aut domum, vt pensiones recipiat, nonne est similis ei, qui pecuniam dat ad vsuram? Absit. Primùm quidem, quoniam pecunia non ad aliquem vsum disposita est, nisi ad emendum. Secundò, quoniam agrum habens arando accipit ex eo fructum: habens domū, vsum mansionis capit ex ea. Ideo qui locat agrum, vel domum, suum vsum dare videtur, & pecuniā accipere, & quodammodo quasi cōmutare videtur cum lucro lucrum: ex pecunia reposita nullum vsum capis. Tertiò ager, vel domus vtendo veterascit. Pecunia autem cum fuerit mutuata, nec minuitur, nec veterascit [Et mensas nummulariorum subuertit.] Pecunia spiritualiter homines intelliguntur: quia sicut nummus habet charagma Cæsaris, sic homo habet charagma Dei. Et quemadmodum solidus, qui non habet charagma Cæsaris reprobus est: ita & homo, qui non ostendit in se imaginem Dei, reprobus æstimatur. Vnde Esaias dicebat ad Hierusalem [Pecunia tua reproba est, caupones tui miscent vinum cum aqua, &c.] Ideo ergo mensas nummulariorum euertit, significans, quia in templo Dei non debent esse

Esa. 1.

nummi,

nummi,nisi spirituales,id est,qui Dei imaginem,non diaboli portant. Aut certè mensas nummulariorum, sacerdotum dicit scripturas.Nouo enim testamento succedente priori, euersæ sunt scripturæ illorum.

¶Hæc Palea (quemadmodum & sequens) est in aliquot vetustis exemplaribus,in quibus Paleæ rarò habentur.Est autem sumpta ex auctore operis imperfecti (cuius multæ sententiæ partim reijciendæ,partim in bonam partem interpretãdæ sunt) & quidem multis locis de industria,quod ibi plenius,hic in summam redactum est, incolumi ferè sententia. Quamobrem ea tantùm mutata, aut locupletata sunt: quæ valde conducere visum est.Quod etiam in seq. capite est obseruatum.

Item ex verbis Augustini [hinc inde collectis, & in summam redactis ad Psal.70. vers. Quoniam non cognoui.]

¶ De eodem.

PALEA. C. XII.

QVoniam non cognoui literaturam.] Aliqui codices habent [negotiationes:] in quo diuersitas interpretum, sensum ostendit,nõ errorem inducit. Ergo si propterea iste tota die laudem Dei dicit, quia non cognouit negotiationes: corrigant se Christiani; non negotientur. Sed ait mihi negotiator. Affero ex lõginquo merces: mercedem laboris mei, vnde viuam, peto: dignus est operarius mercede Luc.10. sua. De mendacio, de periurio agitur,non de negotio.Ego enim mentior,non negotium. Possem enim dicere: tanto emi, tanto vendam: si placet, eme.
† aliàs,reuocas me. Quomodo ergo reuocas † à negotiatione? omnes artifices mentiuntur,sutores,agricolæ. Vis, vt optem carum tempus, vt possim vendere annonam, quam seruaui? Sed non hoc faciunt,inquis, agricolæ boni: nec illa negotiatores boni. Quid enim? Etiam & filios habere malum est: quia quando eis caput dolet, malæ & infideles matres ligaturas sacrilegas, & incantationes quærunt? omnia ista hominum,non rerum peccata sunt. Quære ergo episcope (dicit mihi negotiator) quomodo psalmistam intelligas, & noli me prohibere à negotiatione: negotiatio enim me non facit malum, sed iniquitas mea, & mendacium meum. Quæramus ergo negotiatores, qui præsumunt gloriari ex suis operibus: si sunt contra illam gratiam, quam hic psalmista commendat, vt nemo de suis operibus glorietur. Et sicut contra medicos superbos salutis pollicitatores vigilat hoc, quod dictum est [tota die salutem tuam] sic contra negotiatores de operibus suis gloriantes vigilat hoc, quod
Psal.87. dictum est [os meum annuntiabit iustitiam † tuam.]
Psal. 70. † iustitiam tuam, id est non meam, &c.] Aug. Vnde & Dominus expulit illos de templo volentes suam iustitiam statuere, & ignorantes iustitiam Dei. Meritò dictum negotium, quia negat otium: quod malum est, neque quærit veram quietem, quæ est Deus.

Item Cassiodorus in eundem psal.70.in eundem vrsiculum.

¶De eodem,

CAP. XIII.

† al. negotiari. QVid est aliud negotium †, nisi quæ possunt vilius comparari,carius velle distrahere? *& infrà.* Negotiatores ergo illi abominabiles existimantur, qui iustitiam Dei minimè considerantes, per immoderatum pecuniæ ambitum polluuntur, merces suas plus periurijs onerando, quàm pretijs. Tales eiecit
Ioan. 2. Dominus de templo dicens. [Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.]

NEque.] Hæc est secunda pars dist. & est pars illius 21. q. 3. Cyprianus.

CASVS. Statutum fuit in concil. Calcedon. ſ. 86. distin. in cap.peruenit.vt nullus laicus clericum in testamento ad tutelam nominaret,contra quam cõstitutionem Victor cum moriebatur presbyterum Geminium Faustinum in testamento suo fecit tutorem: & ideo præcepit Cyprianus,vt pro eo nullæ orationes in ecclesia fiãt, nec oblationes recipiantur.

Item Cyprianus ad clerum, & plebem Furnitanorum, libro primo epistolo.9.

¶ Nomine sacerdotis careat, qui Dei ministros à suis auocat officijs.

CAP. XIIII.

2 1 NEq; apud altare Dei 2 meretur nominari in sacerdotũ prece, qui ab altari sacerdotes,& ministros voluit auocare. Et ideo Victor,cum contra formam nuper in concilio à sacerdotibus datam, Geminianũ Faustinum presbyterum ausus sit tutorem constituere, non est, quòd pro dormitione eius apud vos fiat oblatio: aut deprecatio aliqua nomine eius in ecclesia frequẽtetur: vt sacerdotum decretũ religiosè, & necessariè factum seruetur à nobis.

DISTIN. LXXXIX.

1 ps *Omui[b] quoque suæ oportet episcopum bene esse præpositũ, vt quędam inde quodammodo futuræ dispensationis argumenta sumantur. In dispensatione verò ecclesiæ hanc regulam obseruandam nouerit, vt nulli quantumlibet exercitatæ personæ duo simul officia committat: neque secularibus viris res ecclesiasticas gubernandas committat.*

Vnde Gregorius scribit omnibus episcopis.

1 Iuo par.6. c.393.

a Adde q; regulariter nõ potest.l.1.2. & 3.C. si re. vel accus.

« Accusari potest quis post mortẽ.

b Fecerat.n. cõtra id, qđ in concilio continetur: & ita notoriũ erat eũ impœnitentẽ decessisse & ideo non fit pro eo oblatio in altari.13.q.2.p obeuntibus. Arch.

1. Tim.3.

1 Omui quoque suæ.] Hæc distin. diuiditur in tres partes,in quarum prima dicitur, quòd vni personæ non debent committi duæ dignitates, vel officia, Secunda ibi, *Volumus*. Tertia ibi, *Propinquis*. Ioan. de Fan.

CASVS.In hac 89.dist.repetit illud cap.Apostolicę regulæ: Oportet ordinandum domui suæ esse bene præpositum. Et ostendit quòd in hoc debet esse prouidus, vt sicut in domo seculari diuersa officia vni personæ non committuntur, sed pluribus: sic episcopus in ecclesiasticis officijs obseruabit, singula officia singulis committendo: ita tamen quòd administrationem rerum ecclesię laicis non committat.Et habet hęc dist. quatuor articulos.

b ¶ *Domui.*] hoc c. tractauit magister ſ.47.dist.§. necesse. sed aliter hic & aliter ibi [d], ibi enim exposuit,domui, id est, familiæ suæ; hic aliter, domui suæ, id est, ecclesiæ suæ. & illud est quasi præparatorium ad istud, vt in hoc § innuit G. Ostendit ergo in hac distin.89. qualiter prælatus ecclesiastica beneficia debeat dispensare: quia plura non debet committere [e] vni, & quòd non debet laicos œconomos constituere in ecclesia,vel vicedominos [f]: & quòd ecclesiastica officia propinquis non concędat. Laur.j.cad.decenter.

d Qualiter in statutis, & qualiter in legib⁹ capiatur hoc nomen domus, vide p Bar. in l.lex Cornelia.§. domum,& l. nec Labeo. ff. de adult.

e Vt j.c.1.

f Vt j.c.qꝛ. & c.seq.

Singula.]

Singula.] Casvs. Episcopi plura officia vni committebant personæ. sed docet. Greg. hoc non esse faciendum. Nam sicut in humano corpore singula membra suum habent officium: ita in ecclesia Dei (secundum Pauli sententiã) singuli singula debent habere officia: nec vni personæ quantumcunque exercitatæ vno tempore sunt plura officia committenda: & sicut varietas membrorum per officia diuersa præstat corpori fortitudinem & venustatem, sic personarum varietas per singula officia distributa ecclesiæ præstat fortitudinem & venustatem, alioquin esset ibi confusio.

1 Pol.lib.4. tit.23. Anſ. tib.7.c.108. Iuo part.6. c.344. Rom.12.

a ¶ *Singula.*] Not. q̃ difficile est, vt vnus vicem duorũ obtineat [a]. ff. de pact. si plures. C. de assess. nemo. extr. de test. adhæc. C. de testa. consulta. vbi dicitur q̃ absurdum est, si promiscuis actibus rerũ turbentur officia. arg. contra ĩ. 21.q.1.c.vlti. & ff. quod cuiusq; vni. sicut. §. vlti. Præterea videtur hic tãtùm prohiberi in eadem ecclesia: sed falsum est, quia in diuersis nõ potest, extra de excessib. præla. c. vlti. Similiter lex dicit q̃ non potest quis per plures ciuitates plures habere potestarias. ff. ad mun. libertus. §. p̃scriptio. Sol. " regulare est, q̃ vna p̃sona non suppleat vicem plurium [b], nisi in causa necessitatis, vt idem sit carnalis & spiritualis pater [c]. 30.q.1. ad limina. Vel prælatus in diuersis ecclesijs. 10. q. 3. vnio. vel idem sit eligens & confirmans. extr. de elec. cum inter. vel vt ipsemet tradat sibi possessionẽ. ff. de contrahen. empt. fistulas. §. fundum. vel nisi causa vtilitatis, vt cum duæ ecclesiæ vni cõmittantur. 16.q.1. & temporis. vel vt idem seruus vicem plurium dominorum sustineat. ff. de stip. ser. l. 1. §. cõmunis. vel vt apud semetipsum aliquis emancipetur, vel adoptetur. ff. de adoptio. si consul. Laur.

a Ad hoc 2. q̃. 1. §. sed sciendum. in fi. & c. multi. 16.q.1. p̃sbyteros.

" Vnus vicẽ pluriũ supplere nõ potest.

b Cõc. tex. in l. si plures cum cõcor. ibi addi. ff. de pac.

Rubrica. ¶ Vni personæ duo non committantur officia.

CAP. I.

1 SIngula [a] ecclesiastici [b] iuris officia singulis [c] quibusque personis singulatim cõmitti iubemus. Sicut enim in vno corpore multa mẽbra habemus, omnia autem membra nõ eundem actum habent: ita in ecclesiæ corpore secundum veridicam Pauli sententiam, in vno, eodemque spiritu alij conferendum est hoc officiũ, alij committendum [d] est illud: neque vni, quantũlibet [e] exercitatæ personæ vno tempore duarum rerum officia committenda sunt: quia si totum corpus est oculus [f], vbi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem [g] repræsentat: ita varietas personarum per diuersa nihilominus officia distributa & fortitudinem, & venustatem sanctæ Dei ecclesiæ manifestat. Et sicut indecorum est, vt in corpore humano alterũ membrũ alterius fungatur officio, ita nimirum noxium, simulq; turpissimum, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa.

A ¶ Gregorius.] *Caput hoc à collectoribus ita citatur, quasi sint verba alicuius epistolæ B. Gregorij. Verùm à Ioanne diacono lib. 2. vitæ eiusdem sancti Pontificis, nu. 54. sic referuntur:* singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis singulatim committi debere dicebat: asserens, quia sicut in vno, &c. *Ex eo autem nonnulla sunt emendata.*

Item Gregorius Anthemio subdiacono, lib. 9. epist. 66.

Addit io. Vbi de hoc, & ext. de prob. ex literis. ibi videas.

b ¶ *Ecclesiastici.*] Non ordinum, sed dignitatum. vnus enim bene habet omnes ordines: licet ab vno tãtùm denominetur.

c ¶ *Singulis.*] ĩ. 21.q.1.c.vlt. contra. Sed illud ex speciali priuilegio, hoc ex generali iure. 16.q.1. hinc. Laur.

d ¶ *Committendum est.*] Alius habebit archidiaconatum: alius autem archipresbyteratum, & sic de alijs [d]: arg. ĩ. 13.q.1.cap.1. & 2. Laur.

d Ad hoc plenè facit q̃d not. extr. de conc. præben. literas.

e ¶ *Quantumlibet.*] argu. non esse derogandum iuri generali pp̃ personæ prærogatiuã. s. dis. 61. miramur. s. dis. 78. si quis. L. Addit io. Sed tamen propter personæ vtilitatem bene receditur. 1.q. fi. tali. 15.q.vlt.c.1. Io. de Fan.

f ¶ *Oculus.*] id est, si omne officium attribuitur ei, qui dicitur in ecclesia oculus, vbi erit " auditus? ideſt auris. i. officium q̃d ei attribuitur, qui dicitur in ecclesia auris? Per oculum intelliguntur maiores in ecclesia, qui sibi & alijs prouident. Per aurem in ecclesia discreti intelliguntur & scientes. Vel referas hoc ad illud quod dixit, quòd diuersitas officiorum sit in ecclesia, aliàs non obstaret: quia si totum, &c. quasi dicat, si omnes in ecclesia essent vnius officij, quomodo impleretur corpus ecclesiæ, cum diuersis opus est?

" Oculus & auris quos in ecclesia significant.

g ¶ *Et pulchritudinem.*] Singula quæque locum teneant sortita decenter. Laur.

Rubrica. ¶ Quilibet episcopus vicedominũ, & œconomum habeat.

CAP. II.

2 [2] VOlumus, vt frater noster Paschasius, & vicedominum [h] sibi ordinet, & maiorem [i] domus: quatenus possit vel hospitibus [k] superuenientibus, vel causis, quæ eueniunt, idoneus, & paratus existere. Si verò & negligentem eum prospicis, & ea, quæ diximus, implere differentem, omnis clerus [l] eius adhiberi debet, vt communi consilio ipsi eligant, quorum personæ ad ea, quæ prædiximus, valeant ordinari.

Hinc A *colligi potest archidiaconi electionem à cuncto clero, si episcopus negligens, vel differens fuerit, canonicè fieri posse. Officium vicedomini est episcopatum* † *disponere.*

Vnde Gregorius Clementinæ patriciæ, lib. 1. epist. 11. post alia.

A ¶ Hinc.] *Verba hæc vsq; ad vers.* officium. *absunt à plerisque vetustis exemplaribus.*

2 Pol.l.4.ti. 22. Anſl.6. c.145.

Rubrica. ¶ Quod sit officium vicedomini.

CAP. III.

3 DIaconum verò Anatolium, quem ad vos dirigi proposcistis, hoc nos facere nõ posse, causæ magis modus quàm rigoris austeritas facit. Vicedominum [m] enim eũ constituimus, cuius arbitrio episcopium commisimus disponendum.

Item ex concilio Calcedonensi, cap. 26.

Rubrica. ¶ De eodem.

CAP. IIII.

4 QVia in quibusdam ecclesijs, sicut ad nos per uenit, sine œconomo episcopi ria admonitio [e], vt extra de sup. neg. præl. c. licet. extra de cons. præb. & eccles. non vac. quia. in fi.

Episcopiũ.

h ¶ *Et vicedominum.*] Exponit H.i. œconomum rerum episcopalium, qui rebus episcopalibus, & hospitibus superuenientibus prouideat.

i ¶ *Et maiorem.*] ideſt œconomum rerum canonicarum, & iste intellectus habetur ex rubrica quadã. " Vel maiora tus est quædam dignitas, quę est in quibusdã ecclesijs, vt Vercellis in ecclesia S. Mari [n].

" Maior est dignitas in quibusdam ecclesijs.

3 Anſel.l.7. c.77.

k ¶ *Vel hospitibus.*] qa episcopus non potest in propria persona tractare talia negotia. 5.q. 3. quia episcopus. & referas q̃d dicitur de hospitibus, ad vicedominum.

l ¶ *Clerus.*] ar. " q̃ si prælatus non vult vel negligit facere ea quæ debet, debent suppleri per subditos: & è conuerso. arg. ĩ. 9.q.3. cum simus. & videtur q̃ in talibus non sit necessaria admonitio [e], vt extra de sup. neg. præl. c. licet. extra de cons. præb. & eccles. non vac. quia. in fi.

" Negligentia prælati suppletur p subditos.

416.q.7.qm̃ in quibusdã Anſel.l.6.c. 143. Poly.l. 4. titul. 22. Deusdedit par. 4.

OFFICIVM. Casvs. Hic est secundus articulus: in quo docetur, quòd officium vicedomini est episcopatum disponere.

e Ar. ad hoc ext. de accu. sicut & de for. com. ex transmissa. nã tempus ei est pro admonitione. C. de iu. emphy. l. 2. ext. de loc. potuit. Arch.

" Vicedominus.

Dlaconum.] Casvs. Clementina patricia postulauit à Greg. Anatolium diaconum: Sed quia fecerat eum vicedominum, vt gubernaret res episcopatus, non potuit eum sibi concedere: & magis propter hanc causam quàm propter aliquam aliam duritiam eum sibi non concessit.

m ¶ *Vicedominum.*] Ex hoc c. patet, " q̃ vicedominus est qui habet potestatem super res ipsius episcopatus, œconomus qui super res canonicorum: cui scilicet res ecclesiastica gubernanda mandatur. C. de sacros. eccle. iubemus. in prin. Et sicut episcopus dispensat res episcopales sub testimonio vicedomini. sic canonici res ecclesiasticas sub testimonio œconomi: & è conuerso, vt 16.q.7. quoniam. & 12.q.1. manifesta. Iste œconomus in quibusdam ecclesijs appellatur præpositus.

Q *Via in quibusdam.*] Casvs. Dictum fuit in cõcilio Calcedo. quòd quidam sine œconomis res ecclesiæ gubernabant.

bant.peæcepit ergo concilium, vt vnuſquiſque epiſcopus habeat œconomum de proprio clero: qui arbitrio epiſcopi res eccleſiæ gubernet, ne propter abſentiam œconomi res eccleſiæ diſpergantur, & epiſcopo infamia generetur: & qui contra hoc fecerit, diuinis regulis ſubiacebit.

a ¶ *Epiſcopos.*] vel etiã alios prælatos. quilibet enim prælatus debet œconomum conſtituere. C. de epiſ. & cler. omnes. §. hoc nihilominus. arg. 9. q. 3. cum ſimus. extra de offi. ord. cum vos. De officio œconomi, ſyndici, actoris, no. 16. q. 7. quoniam. arg. " quòd epiſcopum poſſet corrigere œconomus res eccleſiæ diſſipantẽ, ſicut & archidiaconus [a]: arg. diſt. 74. honoratus.

" Eps œconomũ corrigere poteſt.

a Imo & patronatus, & qlibet alius ſubditus. 16 q. 7. filijs. ar. ſecundũ H.

b ¶ *Teſtimonio.*] Epiſcopo enim perhibent teſtimonium œconomi ſuæ adminiſtrationis: ſed cubicularij ſui perhibẽt teſtimonium ſuæ conuerſationis, vt 2. q. 7. cum paſtoris. Io.

IN *dicatum eſt.*] CASVS. Ioã. epiſcopus Carolitanus commiſerat curam epiſcopatus in tẽporalibus quibuſdam laicis, qui ruſticos eccleſiæ ſuis bonis expoliauerunt: de quo ruſtici fuerunt Papæ conqueſti. præcipit ergo Papa Ioanni epiſcopo, vt rei veritatem inquirat: & ſi laici inueniantur in culpa, cum pœna legali cõpeliantur reddere vniuerſa, & de cætero non committat curam epiſcopatus laicis, ſed clericis, quos corrigere poſſit.

1 Anſ. l. 6. c. 146.

† cõmittentes] Orig.

c ¶ *Inter eos.*] Sed nõne iſti erant laici? ergo debẽt cõueniri ſub ſeculari iudice, vt 11. q. 1. experientiæ. " Sed ideo conueniuntur coram eccleſiaſtico, quia rapuerunt bona eccleſiæ, vt extra de foro cõpeten. c. cum ſit generale. & eſt hoc contra rectores ciuitatum, qui compellunt ruſticos eccleſiarum ſub ſe reſpõdere [b]. Alij dicunt ſeruos & libertos eccleſiæ ſequi forum dominæ. i. eccleſiæ, vt dixi 11. q. 1. cap. 2. ruſticos autem non, ſed ſeculare, niſi eccleſia ab Imperatore conſecuta eſſet iuriſdictionem ſuper eos. arg. 63. diſt. ego. extra de appella. ſi duobus. verius dicitur hic laicos iſtos conueniri in foro eccleſiæ ratione prædicta, & quia adhuc erant in adminiſtratione, vnde ratione adminiſtrationis ruſticos conuenire poterant ſub epiſcopo. arg. 2. q. 6. c. ei qui. §. nulli quoque. poſt depoſitam adminiſtrationem non, niſi fortè in breui. vel niſi fugerent. in authen. vt iu. ſine quo quo ſuſſ. §. ſi quis autem. & §. neceſſitatem. Alij dicunt, quòd iſte epiſcopus reprehenſus fuerat: quia œconomum fecerat aliquem de iſtis laicis, qui tantùm clericus eſſe debet: aliàs bene poſſet eis committere curam ruſticorum, & aliorum bonorum epiſcopatus. 77. diſtin. cap. 2. in fine.

" Laici coram iudice eccleſiaſtico poſſunt quãdoque conueniri

b Dicit hic Hugo. & in hoc puncto poteſtas Bonon. voluit obtinere cõtra Bononiẽſm, ſed nõ potuit. de hoc not. 16. q. 1. c. generaliter. §. nouarum. in verb. iuxta. Arch.

d ¶ *Cum pœna.*] Iſti committebant crimen concuſſionis, " cuius pœna quadruplum eſt, vt 18. diſt. quoniam. & hoc cum ciuiliter agitur. cum verò criminaliter, punitur pro arbitrio iudicis, vt 1. q. 1. concuſſionis. " & ſic eccleſia ſuum quandoque poteſt cum augmento repetere, vt 12. q. 2. c. in legibus [c]. ſed arg. contra ead. quæſtio. fraternitas.

" Cõcuſſionis pœna.

" Eccleſia ſuum qñq; cum augmẽto repetit.

c De hoc le. & nõ. 18. diſt. qm̃. in fi. ibi videas.

e ¶ *Vt in ſubditis.*] Videtur ergo quòd prædicti laici non ſint de foro eccleſiæ: ſed ideo hoc dicit, quia facilius coercentur clerici quã laici.

f ¶ *Quàm accuſent.*] ideſt accuſabiles oſtendant.

PROPINQVIS. Hæc eſt tertia pars diſt. in qua dicitur, quòd epiſcopus hoc officiũ non debet committere ſuis conſanguineis. Io. de Fan.

CASVS. Hic eſt 3. articulus, vbi dicitur, qꝓ epiſcopus non debet committere cõſanguineis, vel fauore ſibi cõiunctis, res eccleſiæ gubernandas.

Decenter.] CASVS. Querimonia facta fuit in concilio Toletano, quòd quidam epiſcopi res eccleſię dabant gubernandas conſanguineis, vel fauore ſibi cõiunctis, per quos res eccleſiæ lædebãtur. Ideo ſtatuit cõcilium, vt talibus adminiſtratio non committatur: quod ſi factum fuerit, illi ab adminiſtratione remoueantur, & epiſcopi excommunicationi annuæ ſubiacebunt, & quæ malè ablata ſunt, reddantur in duplum ab ijs qui abſtulerunt.

† Nam quiſquis] Orig.

† deuinctis] Orig.

† al. loca.

g ¶ *Aut ſanguine.*] ſic 10. q. 2. hoc ius. in fin. Vel intellige de ijs qui malæ vitæ ſunt. aliàs videtur eſſe cõtra. ſ. diſt. 86. nõ ſatis. quis enim carnem ſuam odio habuit? 13. q. 2. non æſtimemus. Sed quare prohibet hoc de propinquis? ideo, " quia magis proni ſunt epiſcopi ad dandum coniunctis perſonis, quàm alijs. Sic ſæpius & fortius prohibetur fornicatio: quia potius peccatur hoc genere peccati. 50. diſt. quia tua. Itẽ ſicut magis punitur qui interfecit vxorem, quàm matrẽ: quia proniores ſunt homines ad illud faciendum, vt 33. q. 2. admonere." Item ſicut hac ratione ſubuenitur mulieri cum intercedit, non tñ cum dat: quia pronior eſt ad intercedendum, quàm ad dandum, vt ff. ad Velleianum. l. 4. Item & alia ratione prohibetur dare propinquis: quia ſemper præſumitur, qꝓ res eccleſiæ latenter lædantur per eos. 1. q. 3. peruenit. & 10. q. 2. cẽps.

" Epi citius propinquis, quàm alijs dant.

h ¶ *In duplum.*] ſic 12. q. 2. c. in legibus.

" Mulieri intercedenti, ſed non danti ſubueniẽ.

ADDITIO. Hoc c. videtur potius contra. ſed ibi dicam, & pro contrario hic alleg. Hug.

PORRO.

res eccleſiaſticas tractant: placuit omnes eccleſias habentes epiſcopos [a], etiam œconomũ habere de proprio clero, qui gubernet eccleſiæ res cum arbitrio ſui epiſcopi: vt non ſine teſtimonio [b] ſit gubernatio ipſarum rerum eccleſiaſticarũ: & ex hoc eueniat res ciuſdem eccleſiæ diſpergi, & ſacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si verò quis hoc non obſeruauerit, diuinis ſubiaceat regulis.

¶ *Hic idem canon refertur* ĩ. 16. *q.* 7. *c. quoniam in quibuſdam. ex verſione Dionyſij. Hic enim eſt ex priſca, quæ extat in collectione Iſidori.*

¶ *Item Gregorius Ianuario Caralitano Epiſcopo. lib.* 7. *epiſt.* 66.

¶ Secularibus viris res eccleſiaſticæ non committantur.

CAP. V.

1 INdicatum eſt nobis, quòd laicis quibuſdam curam veſtri patrimonij commiſeritis †, qui poſtmodum in ruſticorũ veſtrorum deprædationibus, atque A fatigationibus fuerint deprehẽſi: & reddere res, quas indecenter retinent habitas, quaſi ſuæ ditionis, quippe veſtræ non ſuppoſiti curationi, poſtponant, vobisque deſpiciant actuum ſuorum reddere rationem. Quod ſi ita eſt, diſtrictè à vobis diſcuti cõuenit, atque inter eos [c], eccleſiæque veſtræ ruſticos cauſam examinare ſubtilius. Et quidquid in eis fuerit fraudis inuentum, cũ pœna [d] legibus ſtatuta reddere compellantur. Decætero verò cauendum à fraternitate veſtra eſt, ne ſecularibus viris, atque non ſub regula noſtra degentibus, res eccleſiaſticæ cõmittantur: ſed probatis de veſtro officio clericis. In quibus, ſi quid reperiri poterit prauitatis, vt in ſubditis [e], emendare quòd illicitè geſtum fuerit, valeatis: quò B videlicet apud vos habitus ſui officium magis conuenienter adminiſtrent, quàm accuſent [f].

A ¶ Atque fatigationibus.] *In pleriſque manuſcriptis legitur*, atque ex fatigationibus: *in editionibus epiſtolarum B. Gregorij*, atque per hoc & fatigationibus, *in vno autem vetuſto earundem epiſtolarum codice*, atque per hoc ex fugationibus.

B ¶ Quo videlicet.] *Apud B. Gregorium legitur*, quos apud vos habitus ſui magis officium commendet, quàm excuſet.

3 *Propinquis etiam, vel fauore ſibi coniunctis eccleſiaſtica officia epiſcopus committere non audeat.*

Vnde in Toletano concilio, 10. *cap.* 3. *legitur.*

¶ Eccleſiaſtica officia non committat epiſcopus propinquis, vel fauore coniunctis.

CAP. VI.

DEcenter omnibus placet, & in præſenti tale reſcindere factum, & non eſſe de cætero faciendum. Quicunque † igitur põtificum deinceps aut ſanguine [g] propinquis, aut fauore perſonis quibuſcunq; ſibi coniunctis † talia lucra † cõmendare tentauerit: ad ſuum nefandæ præſumptionis excidium, & quod iuſſum fuerit, deuocetur in irritum: & qui ordinauerit, annuæ excommunicationi ſubiaceat. Quæ verò ablata fortaſſe fuerint, ab eo, qui tulerit, reddantur in duplum [h].

Porrò ipſa officia quare ita ſint diſtinguenda, & non vni perſonæ omnia comittenda, ex auctoritate Gregorij, & Bonifacij Papæ datur intelligi, qui ſic aiunt.

¶ *Caput hoc penè iiſdem verbis legitur in epiſtola Bonifacij ſecundi ad Eulalium, & Gregorij primi ad epiſcopos Galliarum, lib.* 4. *epiſ.* 52. *Sic quoque in alijs epiſtolis B. Gregorij multa leguntur; quæ in ſcriptis ſuperiorum Pontificum habentur.*

PORRO. Casvs. Hic est quartus articulus, vbi ratio redditur quare vni personæ non sunt danda diuersa officia.

Ad hoc dispensationis.] Casvs. Gregorius & Bonifacius dicunt, quòd ideo est constitutum, vt diuersa officia diuersis committantur personis, quatenus ex obedientia minorum, & ex dilectione maiorum erga minores, recta fiat administratio singulorum officiorum. aliter enim vniuersitas rerum ratio nabiliter gubernari nō posset. & quod in ecclesia Dei debeant esse officia diuersa, probatur ad instar curiæ cœlestis, vbi quidam angeli sunt minores, & quidā maiores.

† al. dispositionis.

a ¶ *Diuersos.*] inter prælatum & subditum.

† vna cōcordię fieret ex diuersitate contextio] Orig.

b ¶ *Et potiores.*] hoc erit vsque in diem iudicij tantùm. Dicit enim Apostolus, Dum mundus iste durabit, homines præerunt hominibus, dæmones dæmonibus, Angeli Angelis.

" plātio qlibet post iudicium cessabit.

" Cum autē Deus erit omnia in omnibus cessabit omnis prælatio, non tamē ordo vel maioritas, aliquis enim maior erit alio. nam in domo patris mei, &c. de pœn. distin. 4. in domo. sed non præerit ei, & vide quomodo prælatus & subditus sibi connectuntur: vt 95. dist. esto. & hæc diuersitas ordinum propter maiorem concordiam est statuta: vt 45. dist. licet. 2.

† æqualitate] Bonon.

c ¶ *Vera.*] ideſt, per veram concordiam. Io.

d ¶ *Contextio.*] infra 95. dist. esto. Io.

e ¶ *Vniuersitas.*] creaturarum.

f ¶ *Qualitate.*] quia qualitas corporum nō potest manere in vno statu. de consc. distin. 5. ne tales. & dicit lex, " quòd circa statum humanum nihil est stabile, vt in aut. de nō al. aut perm. §. vt autem. coll. 2. vel dic, qualitate, ideſt æqualitate: quia non omnes possunt esse episcopi.

" Status humanus est instabilis.

¶ Graduum & ordinum distributio ecclesiasticam vnitatem conseruat.

CAP. VII.

AD hoc dispensationis † diuinæ prouisio gradus diuersos[a], & ordines cōstituit esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores[b] minoribus dilectionem impenderent: vera[c] † concordia fieret, & ex diuersitate contextio[d], & rectè officiorum gereretur administratio singulorum. Neq; enim vniuersitas[e] alia poterat ratio ne subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo seruaret. Quia verò quæque creatura in vna, eademq; qualitate[f] † gubernari, vel viuere non potest: cœlestium militiarum exemplar nos instruit: quia dum sunt Angeli, & sunt Archangeli: liquet, quia non sunt æquales, sed in potestate, & ordine (sicut nostis) differt alter † ab altero.

† aliàs vnus.

DISTINCT. XC.

Ipse Igitiosus[g] quoq; prohibetur ordinari: quia qui sua potestate discordantes ad concordiam debet attrahere, qui oblationes dißidentium prohibetur recipere; nequaquam litigandi facilitate alios ad dißidium debet prouocare.

Vnde in concilio Carthaginensi 4. c. 59. legitur.

Itigiosus.] Hæc distin. diuiditur in duas partes, in quarum prima probatur, quòd clerici non debēt esse litigiosi: quia ex officio suo tenentur alios ad concordiam reuocare, & si talis fuerit, ordinari non debet: & hoc probat x. aucto. sanctorum. Secunda ibi, *Præcipimus.* Ioan. de Fan.

Casvs. Repetit hic illud c. Apostolicæ regulæ, non litigiosum: qui ordinari prohibetur. Nam cum discordantes debeat concordare, & oblationes dissidentium non recipere, non debet esse talis, vt inter alios discordiam ponat. hæc continuatio mihi placet, & litera hoc videtur velle. Sed Benecuen. & H. sic continuant. s. 46. distin. ostendit Gra. episcopum non debere esse litigiosum in se. i. quòd non debet lites amare. Nunc autem aliter repetit, scilicet vt non amet litigia inter alios: sed discordantes reconciliet. Et est casus primus planus.

g ¶ *Litigiosus.*] In hac dist. 90. tractat hoc c. non litigiosum, quod tractauit 46. dist. sed dissimiliter. ibi enim ostendit, ꝙ episcopus non debet esse litigiosus. hic verò, ꝙ discordantes debet ad concordiam reuocare. vltimò additur, ꝙ episcopi debent sibi vicissim præstare auxilium ad pacem seruandam.

h *Discordantes.*] ¶ *Ratione.*] i. amicabili compositione extra iudicium, & de plano. " nam iudex ad cōcordiam laborare debet. 5. q. 2. si primates. & litigantes recōciliare. ff. de vsufr si cuius. §. æquissimum. & de offi. presi. illicitas. §. ne potentiores. Si ergo inter se compositionem faciant, remanebunt crimina impunita, contra illud. ff. ad le. Aquil. ita vulneratus[b]. sed hoc in crimine iniuriarum obtinet, quod quilibet potest remittere. sed si criminaliter ageretur, esset falsum: sed si delictum tāgeret ecclesiam, ibi non posset subditus cōponere cum prælato: vt 23. q. 4. si is qui. potest tamen renūciare accusationi, vt ext. de accu. veniens. Addit io. Ad idē in auth. de man. prin. §. deinde. coll. 3. Pacis. n. turbator capite plectendus est. ff. de re mil. qui metu. Archid.

" Iudex ad cōcordiā laborare dēt.

a Conc. tex. in authē. de mand. prin. §. deinde. col. 3. nō tamen potest eos cogere. tex. est in §. fina. in authen. vt lit. iur.

b Et ext. de sent. excom. vt fama. de fideiuss. si à reo. §. vlt.

¶ Clerici discordes deijciantur, vel reuocentur ad concordiam.

CAP. I.

1 DIscordantes clericos episcopus vel ratione[h], vel potestate[i] ad concordiam trahat: inobediētes synodus per audientiam damnet.

Item ex eodem, c. 93. & 94.

¶ Dissidentium fratrum, in ecclesia oblationum dona non recipiantur.

CAP. II.

2 OBlationes[k] dissidentiū fratrum neque in sacrario, neque in gazophylacio[l] recipiantur. *Similiter.* † ¶ Dona[m] eorum, qui pauperes opprimunt[n], à sacerdotibus refutanda sunt.

Item Cyprianus de vnitate ecclesiæ.

¶ Extra ecclesiā esse probatur, qui pacem cum proximo non habet.

CAP. III.

NEq; ad Cain munera respexit Deus. Neque enim pacatum habere Deum poterat, qui cum fratre pacem per zeli discordiam non habebat. Quam sibi igitur pacem promittunt inimici fratrum? quæ sacrificia celebrare se credunt æmuli sacerdotum? An secū esse Christum, cum collecti fuerint, opinantur, qui extra Christi ecclesiam[o] colligundissidentium. Tu melius dic, ꝙ cum hæc sit pœna, non debet extendi nisi quatenus reperitur delictum. " nam specialiter de quibusdam personis inuenitur prohibitum, vt hic de isto. Item de eo qui pauperem opprimit. Item de sacrilego vt 12. q. 2. de viro. Item de eo qui vi extrahit seruū ad ecclesiam confugientem: vt 17. q. 4. miror. Item de raptore. extr. de rapto. super eo. Item de vsurario. extr. de vsur. quia in omnibus, sed etiam pœnitentes quandoq; prohibentur oblationes facere. de consecr. dist. 4. eos. Idem dico de meretrice[d].

i ¶ *Vel potestate.*] scilicet coercione: vt ff. de of. præsi. congruit. & j. eo. placuit.

2 Burc. l. 4. c. 38. & 39. Iuo par. 2. c. 47. & 48. j. c. eorum.

Oblationes.] Casvs. Dicitur, ꝙ sacerdos non debet recipere oblationes discordantium fratrum, nec eorum qui pauperes opprimunt.

† al. similiter dona eorum.

k ¶ *Oblationes.*] cum odium eorum apertū est & notoriū: hoc intellige de volūtarijs oblationibus, non de decimis & primitijs. extr. de deci. de terris. 16. q. 1. decimæ. Laur.

l ¶ *In gazophylacio.*] " id est, arca, vel locus est vbi reponuntur oblationes, à gaza, quod est diuitię, & phylatein, quod est seruare.

" Gazophylacium quid est.

m ¶ *Dona.*] dicit Hug. hoc generaliter intelligendum esse de quolibet qui est in mortali peccato[c], & gratia exēpli est illud positum, s.

c Subau. in quo qs contumaciter p sistit, secundùm Hug.

" oblationes facere multis est vitiū.

15. dis. 91. c. clericus victum.

2 In cap. M. Braca. c. 64. ex. Tol. j. capit. 5.

b ¶*Matutinis.*]" Matutina dicunt officia q̃ celebrant à mane vsque [a] ad nonã, vespertina à nona vsq; ad noctẽ. 11. q. 3. si quis episcopus in concilio.

" officia matutina & vespertina.

a Exclusiue tenetur, secundũ. Hu.

ADDITIO. Sed aliter ibi exponitur scđm Lau. vt ibi dicã. Arch.

c ¶*Conuenerit.*]Nam ex p̃cepto tenent clerici ad horas. extra de cele. mis. dolentes. in fi. ibi videas Arch.

d ¶*Castigatus.*]" Nota q̃ p̃ prima offensa nõ est quis puniendus, vt 74. di. honoratus. & ex. de off. cust. c. 1

† al. sacrificium.

" Offensa prima dz eé impunita.

Bedientiã.] In hac di, incipit 7. pars tractatus distinctionũ. Et hęc dis. diuidit in septẽ partes: in quarũ prima tractat de obediẽtia q̃ debẽt oẽs catholici ecclesię Romanę capiti suo. & hoc probat quatuor auctoritatib. Scđa ibi, *Reliqui.* Tertia ibi, *Vt igit ex p̃missis.* Quarta ibi, *Cõpagis.* Quinta ibi, *Diaconi.* Sexta ibi, *Hoc capitulo.* Septima ibi, *Hoc aũt.* Ioan. de Fan.

† al. ex ordine.

CASVS. Supra ostẽsum est in quib. locis p̃lati debeant ordinari, sed qa prelatura contẽptibilis est sine obediẽtia minorũ: ideo ĩ hac 96. di. ostendit, qđ minores gradatim debẽt maiorib. reuerentiã exhibere: & primò docet q̃ Papę omnes subiecti sunt generaliter, intantum vt nulli liceat ei communicare cui ipse Papa pro suis malis actibus non communicat.

3 Clem. ep. 1. Anacl. ep. 1. Alex. epi. 1. Fabiẽ. ep. 1. Conc. Vasen. 1. c. 6. 2. q. 3. c. 15. Iuo p. 14. c. 22. Ansl. l. 1. c. 6. Pol. l. 1. tit. 16.

e ¶*Obedientiam.*]Hic intitulatur 83. dist. in qua ostendit magister hactenus qualiter & à quibus, & in quib. locis clerici & prelati debent ordinari: sed quia dignitas prelatorũ sine obedientia contẽptibilis est: ideo ostẽdit hic de obedientia, quã debent inferiores superioribus. Et primò de obediẽtia quę debetur Papæ. Secundò de obedientia quã debent minores maiorib. rõe ordinis: postea de obedienaia q̃ subditi clerici dãt epis suis. ostendit ẽt differetiã inter presbyteros & diaconos, qñque loquens cõtra istos, qñque contra illos. ad vltimũ ostẽdit presbyteros maiores esse diaconis. " No. aũt qđ obedientia consistit in tribus. in reuerentia exhibenda, in mãdato suscipiendo, in iudicio subeũdo. Reuerẽtiã dẽt minor vt assurgat maiori, & cedat ei primũ locũ in sedẽdo & eundo, nisi minori maior administratio commissa sit. vñ archipresbyter, vel presbyter archidiacono dẽt reuerentiã, licet ordine maior sit,

" Obedientia in tribus consistit.

ratione maioris administrationis. 25. di. c. 1. hac consideratione qñque presbyter tenetur obedire diacono prælato. In mãdato aũt & iudicio nemo tenetur obedire, nisi ei qui hẽt administrationem, vel iurisdictionẽ super eũ, & nisi ab eo absoluatur per appellationẽ, vel recusationem, vel si ei controuersiã [b] moueat, vel si prælatus deponat. 8. q. 4. in summa. & ca. nonne. L. f ¶*Clementis.*]in p̃sbyterũ. nã Petro viuente non fuit Clemens Papa. 8. q. 1. si Petrus.

b id ẽ, si moueatur qõ ĩter prælatũ & clericum suũ. 11. q. 1. de persona. ext. de fo. cõpe. si qs contra. Arch.

ADDITIO. Ad hoc 14. q. 6. c. ali⁹. & c. sc. Ar.

Si inimicus est.]CASVS. Petrus apostolus cũ instituit sibi Clemẽtẽ successorẽ, docuit populos & oẽs subiectos vt nulli cõicarent cui viderẽt Clemẽtẽ p̃ suis actibus non cõicare: sed recederẽt ab eo sine aliqua cõtione, quãuis eis à Clemente nõ dicat: ad hoc vt ille peccator erubescat, & citiº ad obedientiã reuertat & petat reconciliari. Si quis verò cõtrafecerit, hostis est ecclesiæ: & est nequior hostis, quã illi qui sunt foris.

† al. hr̃ al. gratia reparare.

g ¶*Si inimicus ẽ.*]inimicus dicit hic quo ad opinionẽ excõicati: sicut iudex dicit crudelis latroni. 23. q. 5. non est crudelis. " aliàs Papa neminẽ debet habere odio: imo pacẽ cũ oĩbus habebit. 11. q. 3. inter verba. Vel inimicus ẽ actibº, vt 86. di. odio.

" Papa neminẽ odio habeat.

h ¶*Nolite.*]sic 7. q. 1. scire. 11. q. 3. quib. ep̃i. Arg. cõtra. 6. q. 2. si tm̃. sed ibi solutum est.

i ¶*Expectare.*] Ergo denũtiatio nõ est expectãda. ext. de sen. exc. cũ nõ ab homine. " tm̃ sola fama semper nõ sufficit ad hoc vt quis vitandus sit, vt ext. de excess. præl. inter. licet sit arg. cõtra ext. de ele. venerabilẽ. " Sed qd si Papa cõicat excõicato? Non incidit ideo in canonẽ, quia Papa non ligatur à canone, vt ext. de ele. innotuit. ff. de recep. l. pe. Nec eoipso eũ absoluit: arg. ext. de sen. exc. cũ desideres. Si tm̃ ei cõicaret intendẽdo eũ absoluere facto, ẽt si nõ verbo, habendus est pro absoluto: cũ princeps sola voluntate libertatẽ concedat. ff. de manumis. apud. & facit ad hoc ext. de sen. ex. si aliqñ. ext. de priui. cũ olim. C. de fideicom. libe. l. si voluntate.

" Fama sola ñ sufficit vt excõicatus vitari dẽat.

" Papa cõicãs excõicato, ñ incidit in excõicationẽ, nec eũ absoluit.

k ¶*Dicat.*] non enim debet certiorari qui non ignorauit. ff. de act. emp. l. 1.

l ¶*Nolite.*]" Nã eoipso qs suspectus est, qđ inimicorũ est amicus. arg. 3. q. 5. c. 3. & ob hoc filius matrẽ exhęredat. C. de inoff. testa. l. liberi. Et est simile extra de accus. cum oporteat.

" Inimicorũ amicº est suspectus.

m ¶*Non loquitur.*]hoc verũ est in hoc casu, si qui s. excõicati sunt: secus si pp priuatum odium alicui non loqueretur.

n ¶*Qui exterminare.*]j. 24. q. 1. quoniam vetus.

o ¶*Hostis.*] Vnde Boetius: " Nulla pestis efficacior est ad nocendum, quàm familiaris inimicus. arg. C. de dolo. l. lata. vnde: Non est deterior hostis quàm fictus amicus. Non odiũ grauius, quàm simulatus amor. vnde illud etiam: Mus in pera. &c. arg. 13. q. 1. §. item præcepit. sim. est 12 q. 1. certè. Ioan.

" familiares inimici sũt pestiferi.

DISTINCT. XCIII.

CAP. IX.

v SI quis presbyter, aut diaconus, vel quilibet clericus ecclesiæ deputatus [a] si intra ciuitatẽ fuerit, aut in quolibet loco, in quo ecclesia est, & ad quotidianum psallendi officiũ † matutinis [b], vel vesperti nis horis ad ecclesiam non cõuenerit [c], deponatur à clero: si tamen castigatus [d] veniam ab episcopo per satisfactionẽ noluerit promereri.

¶Cui pro actibus suis Apostolicus inimicatur, communicare non debemus.

CAP. I.

3 SI inimicus est [g] iste Clemens alicui pro actibus

p 3 1 *Bedientiam* [e] *autem inferiores ordines* † *superioribus debẽt. Summo enim Pontifici ea debetur ab omnibus obediẽtia, vt nulli liceat ei communicare, cui pro actibus suis inimicus ipse extiterit: nec in ecclesia esse poterit, qui eius cathedram deserit. Vnde Beatus Apostolorum princeps Petrus in ordinatione Clementis* [f] *populum alloquens inter cętera ait.*

¶Cui pro actibus suis Apostolicus inimicatur, communicare non debemus.

A ¶Ideoque.]*Hinc vsque ad finem sunt in Fabiani tantummodo epistola. Quamobrem ex ipso potißimùm videtur Gratianus cætera, etiam sumpsiße.*

Item Gregorius lib. 5. epist. 16. seu cap. 126.

¶A nullo debet suscipi, quem Romana depellit ecclesia.

Iratus valde sum.] Casvs. Gregorius excommunicauit Maximum archiepiscopum Salonitan. qui fuerat simoniacè ordinatus, à cuius cõmunione nullus se remouit, niti episcopus Paulinus, & Honoratus eius ecclesiæ archidiaconus. vnde Gregorius omnes aliós reprehendit: quia quem Apostolica sedes repellit, omnes debent habere repulsum, donec ab illatis criminib. mundetur. Seq. c. patet.

i Ans. libr. 12. c. 11.

a ¶ *Clero.*] & ita quilibet episcopus suffraganeus est de clero metropolitani. ar. ext. de post. præl. bonæ. arg. 86. dist. si quid verò. Fortè iste fuerat canonicus, & ad hoc retinebat ibi præbendam.

« q̃d vix fit, fieri dicitur.

b ¶ *Vix.*] "quod ergo vix fit, tamen fit. ff. de iudic. vix. 19. distin. in memoriam. arg. contra. ff. ad Velleian. tutor. quia ibi dicitur vix fieri, vt quis pro se apud eundẽ intercedat, & ita vix. i. nunquam. sic 2. q. 6. §. biduu. vers. si aduersus.

c ¶ *Ordinibus.*] arg. q̃ eis qui multitudinẽ nõ sequuntur, vt 7. q. 1. de niq;." & quòd consuetudo non excusat à delicto, vel pœna. arg. 2. q. 1. multi. s. dist. 23. in nomine. arg. contra s. dist. 19. in canonicis.

« Multitudo nõ excusat à delicto.

d ¶ *Filij.*] qui ergo priuati sunt a sacramentis filij sunt ecclesiæ: quia sunt episcopi, sc. filij, "cum certum est, q̃ qui non est cum episcopo, extra ecclesiam est, arg. 7. q. 1. scire. Vel dic, qd iam erant absoluti, vel quia causa humilitatis hoc dixit. 2. q. 7. nos si incompetenter.

« Extra ecclesiam est, qui cũ epõ non est.

2 Iuo par. 5. c. 361.

† al. quem.

Qui cathedram epi scopi.] Casvs. Dictum est s. q̃ omnes debẽt obedire Papę. Nũc autem dicit, q̃ epi qui subsunt Papæ immediatè, hanc ei reuerẽtiã debent, vt singulis annis curiam visitent. & hoc probatur seq. c.

Iuxta.] Casvs. Dicitur hic, q̃ epi qui subsunt Ro. eccl. nullo mediãte, si vicini sunt, quolibet anno sedem Apostolicam visitent per se vel per alium. Si verò sunt remoti, faciant sicut in chirographo suo continetur. Et quicúq; hoc contẽpserit, nisi sit valetudine impeditus, canonicis regulis subiacebit.

e ¶ *Iuxta*] hoc cap. loquitur de eis qui subsunt Dño Papæ nullo medio.

Leo epi. 4. c. 7. Pol. l. 4. c. 25. Ans. l. 6. c. 164.

f ¶ *Propinqui sunt.*] q̃ scilicet in eadem prouincia sunt, illos vocat

CAP. II.

1 MIratus valde sum, quia in tanto Salonitanę ecclesiæ clero [a], vel populo, vix [b] duo ex sacris ordinibus [c] inuẽti sunt, frater scilicet, & coëpiscopus noster Paulinus, & dilectissimus filius meus Honoratus archidiaconus eiusdem ecclesiæ, qui communicare Maximo sacerdotium rapienti, minimè consentirent, & se Christianos esse cognoscerent. Debuistis enim filij [d] charissimi, pensare ordines vestros, & quẽ sedes Apostolica repellebat, repulsum cognoscere, vt prius si posset, ab illatis criminibus mundaretur: & tunc ei vestra dilectio communicaret, ne particeps obligationis eius existeret.

Itẽ Cyprian⁹ de vnitate ecclesiæ.

¶ Non est in ecclesia, qui cathedram Petri non sequitur.

CAP. III.

2 QVi cathedram Petri, super quam † fundata est ecclesia deserit: in ecclesia se esse non confidat.

¶ *Apud Cipriánum Romæ impressum hæc leguntur:* Hanc ecclesiæ vnitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui ecclesiæ renititur, & resistit, in ecclesia se esse cõfidit? *Verùm in vaticana bibliotheca, præter octo integra Cypriani exemplaria, est etiam aliud, in quo tantùm opuscula quædam continentur, & inter ea hic tractatus. Atque in eo codice, itemque in altero integro monasterij Sancti Saluatoris Bononiæ sunt verba hæc, quæ à Gratiano, & Iuone afferuntur. Ac sanè paulò ante Cyprianus hanc ipsam Petri cathedram esse ostenderat, vnde vnitas ecclesiæ penderet.*

Episcopi verò, qui Apostolicæ ordinationi subiacent, etiam hanc reuerentiã debent, vt sese singulis annis, Apostolorum liminibus repræsentent. Vnde Anacletus, & Zacharias Papa.

¶ Singulis annis Apostolorum limina visitent episcopi, qui ordinationibus Apostolicis subiacent.

CAP. IIII.

3 IVxta [e] sanctorum Patrum, & canonum instituta omnes episcopi, qui huius Apostolicæ sedis ordinationi subiacent, qui propinqui [f] sunt annuè circa † Idus Maij sanctorũ principum Apostolorum Petri, & Pauli liminibus præsententur [g], omni occasione sepposita: Qui verò de longinquo [h], iuxta [i] chirographũ [k] suum impleant. Qui autem huius constitutionis contemptor extiterit, præterquã si ęgritudine fuerit detentus: sciat se canonicis [l] subiacere sententijs.

¶ *Hic est canon quartus synodi Romæ habitæ sub Zacharia Papa, quæ extat in bibliotheca vaticana, ex qua nonnulla sunt hoc capite emendata.*

2 *Reliqui verò in ecclesia minores semper debent màioribus subesse, sicut in synodo Romana S. Syluestri, c. 7. legitur.*

¶ Minores maioribus obedientiam exhibeant.

CAP. V.

4 A Subdiacono [5] vsque ad lectores [m] omnes subditi sint diacono Cardinali vrbis Romæ in ecclesia repræsentantes ei honorem [n]. Porrò Pontifici presbyter, presbytero diaconus, diacono subdiaconus, subdiacono accolythus acolytho exorcista, exorcistæ lector, lectori ostiarius, ostiario abbas [A o], abbati monachus in omni loco repręsentent obsequium siue in publico, siue in gremio [P] ecclesiæ.

¶ *Caput hoc & apud Gratianum, & in ipsius synodi editionibus videtur valde mendosum: Burchardus & Iuo sic habent.* A subdiacono vsque ad lectorem, omnes subditi sint diacono Cardinali vrbis Romę, in ecclesia honorem repræsentantes tantùm. Pontifici verò presbyter, diaconus, subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, abbas, monachus in omni loco repræsentent obsequium, siue in publico, siue in gremio ecclesiæ. *Verùm ob magnam codicum varietatem, & propter glossas, ac doctorum dicta nihil ferè in textu mutatum est.*

A ¶ Abbas.] *De abbate, & monacho in synodi editionibus nulla mentio est.*

Item ex epist. 1. Clementis ad Iacobum fratrem Domini. 5

lex præsentes. C. de præscrip. 10. an. l. vlt.

Additio. Ad hoc extra de maio. & obe. humilis. vbi de hoc.

g ¶ *Præsentẽtur.*] per se vel per alios. extra de iureiu. ego N.

h ¶ *De longinquo.*] argu. ratione loci permittitur quod aliàs non permittitur. arg. 24. q. 1. pudenda. s. dist. 63. cum longè. s. dist. 29. c. 1. & 2. s. dist. 4. erit. s. dist. 63. c. j. & 2. Et dic de longinquo, vt sunt vltra Italiam constituti, vt ex. de elect. nihil est quod ecclesiæ. « Vel remotos vocat vltra duas dietas, vt extra de rescr. nonnulli.

† al. Idibus Maij.

« Remoti q̃ dicuntur.

i ¶ *Iuxta.*] ar." q̃ expediri per alios sufficit qd iustè impeditus per se facere non potest. 28. dist. episcopus.

« impeditus q̃ aliũ expedire p̃t officium suum.

k ¶ *Chirographum.*] extra de electio. significasti. in parte decisa. s. 65. dis. si quis. 5. q. 3 si ęgrotans.

l ¶ *Canonicis.*] s. dist. 18. si quis episcoporũ.

RELIQVI. Hæc est 2. pars huius distinct. in qua dicitur, q̃ omnes minores in ordine, vel dignitate debent suis maioribus reuerẽtiam præstare, & hoc probat per 7. auct.

Casvs. Dictum est s. qualiter omnes debent obedire Papæ. Nunc autem dicit Grat. q̃ in ecclesia ab ostiario vsq; ad epm gradatim minor debet obedire superiori. quod probat per seq. c.

4 Bur. l. 2. c. 224. Iuo; 6. cap. 299. Ans. l. 7. ca. 66.

A *Subdiacono.*] Casvs. dicitur hic, quòd à subdiacono vsque ad lectores debent omnes obedire Cardinali diacono, deinde Põtifici presbyter, presbytero diaconus, &c.

5 No. ex isto text. q̃ hæc dictio, à, excludit. simi. text. hẽs l. l. rõne. §. fi. ff. de act. emp.

m ¶ *Ad lectores.*] hic nomine lectorum omnes inferiores ordines comprehendit.

n ¶ *Honorem.*] rõne ordinis. hæc est enim iustitia, vt minor seruiat maiori. 33. q. vl. est ordo. nisi minor in administratione maioris sit. 95. di. c. 1. vel nisi obtineat locũ superioris, j. eo. c. vlti.

o ¶ *Abbas.*] "loquit secũdũ ea tpa cũ monachi non erant clerici, vt j. 16. q. 1. generaliter." Vel fortè quilibet clericus dignior est quolibet monacho. argu. 16. q. 1. alia est causa. & c. legi. hodie maior honor debetur abbatib. quàm alijs clericis. arg. ext. de æta. & quali. c. 1. 69. distin. c. 1.

« Monachi. olim nõ erãt clerici.

« Clericus secularis est dignior monacho.

p ¶ *Siue in gremio.*] ar. contra 95. di. eps. 2. Nã ibi dicitur, quòd in domo collega debet esse, prælatus in ecclesia.

5 Et l. 2. consti. c. 48.

Diaconi.

Diaconi.] CASVS. Dicitur hic, quòd diaconi velut oculi episcopi debent omnia considerare, & si viderint aliqua corrigenda, significent episcopo. & per hoc ostenditur, quòd debent episcopo obedire.

a ¶ *Oculi.*] Et not. quòd loco diaconorum succesſerũt archidiaconi, "qui dicunt oculi epi, qui perlustrant. alia causa habetur j. eo. diaconi.

" Archidiaconi sũt oculi episcopi.

b ¶ *Oberrantes.*] Sunt & alij oculi circumlustrantes synodales testes. 35. q. 6. episcopus in synodo. Vel ibi loquit de excessibus laicorũ, hic clericorũ. H.

c ¶ *Præcipitio.*] ergo nõ tantũ tenetur quis denuntiare iam commissum crimen, sed ẽt committendum. quod verum est. 22. q. 5. hoc videtur. arg. ext. de cogn. spi. tua. de consecr. distinct. 2. cum omne crimen.

Sacerdotes verò.] CASVS. Probat Clemẽs in hoc c. quòd reuerentia est sacerdotibus exhibenda, & hoc probat auctoritate Petri dicentis: Vos estis sal terræ. & auctoritate Domini dicentis: Beati estis, &c.

d ¶ *Sal terræ.*] in omnibus enim operibus nostris sal offerre debem⁹. de consecr. distin. 4. sal. & per sal sapiẽtia intelligitur. 43. di. sit rector.

1 Ansel. l. 7. c. 67.

e ¶ *Maledixerint.*] nõ qnòd ex maledictione benedictionẽ quis consequatur, sed ex patientia quam sustinet. 11. q. 3. qui iustus. L.

Matth. 5.

Nulla.] CASVS. Quæsitum fuit qd debeat fieri de illis clericis, qui sub nullius episcopi disciplina gubernantur? Et respon. quòd debent à suo officio remoueri. tales em̃ acephali dñr: qui verò suis maioribus rectè obediũt, donum consequuntur à Deo. Seq. c. patet.

2 Concord. conc. Mogũt. sub Carolo, c. 22.

3 Bure. l. 2. ca. 226. Iuo p. 6 c. 301.

f ¶ *Nulla.*] ij. 18. q. 2. abbatibus.

g ¶ *Acephalos.*] priui legiati tamen qui Papæ subsunt, non sunt acephali: quia Papa episcopus eorũ est, arg. extra de priuil. recepimus tales sicut excõicatos dẽt quilibet excludere de ecclesia sua. ex. de paro. & al pa. cap. 2. Et est hic ar. pro prælatis: & " quòd ẽt eremitæ subsunt episcopo, in cuius territorio sunt, vt 16. quæst. prima qui verè. Ioan.

2 Adde qd̃ acephali dicunt illi qui sunt sine capite, vt hic. conco. gl. in aut. de ap. §. generalem. col. 4.

" Eremitæ subsint epo.

h ¶ *Ille proculdubio scandalizatur.*] ideſt scandalizat Deum. 8. quæst. 1. qui vos. Ioan.

ADDITIO. Ad idem 3. q. 1. nulli. 5. 21. dist. in nouo. Arch.

Diaconi.] CASVS. Præcipit Euaristus. vt in qualibet ciuitate sint septẽ diaconi, qui custodiant epm̃ à malis hominibus, ne prædicatio eius impediatur, & ne ipse despiciatur. Seq. cap. patet.

i ¶ *Diaconi.*] "hoc c. loquitur de episcopali ecclesia, vbi debent esse septem diaconi, vt d̃ consecr. dist. 1. episcopus Deo. Et vbi facultates suppetunt, vt 7. q. 1. illud.

" Diaconi 7. dñt esse i ecclesia episcopali.

k ¶ *Ne ipse episcopus.*] quoquo modo infestetur, aut lædatur ab istis insidiatoribus id est, hæreticis, vel ita, ne quoquo modo offendatur ab illis, aut lædat̃ à suis clericis per oppressionem. Et ideo debent ei astare, & ab eo auertere huiusmodi oppressiones.

4 Iuo pa. 6. c. 245.

l ¶ *Aut verba.*] hęc est secunda causa huius cõstitutionis.

m *Detrahendo.*] timore hæreticorum [b] scili cet subticendo.

b Quia fortè timore hęreticorũ nõ audet solus p̃dicare. & hæc expositio cõgruit illi lr̃æ, quæ habet polluantur, aut despiciant.

n ¶ *Redoleat.*] i exeat in publicum ex frequẽti ardore.

o ¶ *Cum voluntate.*] j. de consec. dist. 2. reuera. Ioan.

p *Diaconi.*] *Actuũ.*] 6. vbi agitur de septem diaconibus ordinatis ab Apostolis. Ioan.

5 Pol. l. 2. ti. 38. Ansl. l. 7. c. 69.

VT IGITVR EX PRÆMISSIS. Hæc est tertia pars huius distinctio. in qua dicitur quòd diaconi debent subdere se presbyteris & non præferre. & hoc probat per ix. auctoritates. Ioan. de Fan.

† abest ab Orig.

CASVS. Supra in c. à subdiacono. dictum est quòd sicut presbyteri obedire debent episcopis, sic diaconi presbyteris. Sed quia diaconi non solùm volebant adæquari presbyteris, sed etiam præferri: ideo vt eorum superbia opprimatur, statutum fuit, vt sacerdotibus dignam reuerentiam exhibeant, & sibi nihil vsurpent.

6 Ex prisca versione. Ordo Ro. ca. 9. Conc. Aqsg. c. 64.

7 Burc. li. 2. c. 219. Iuo par. 6. c. 294. & 295.

q ¶ *Ex præmißis.*] Ab isto loco incipit magister altercationem suam inter presbyteros & diacones. Et primò allegat pro presbyteris, quòd diaconi debent eis subesse, vsq; ad illud c. diaconi. post in illo c. diaconi. allegat pro diaconis. vb timò in c. legimus. dabit sententiam contra diaconos. H.

Act. 7.

CAP. VI.

¶ Quod sit officium diaconorum.

DIaconi ecclesię tanquam oculi [a] sint episcopi, oberrantes [b] & circumlustrantes cum verecũdia actus totius ecclesiæ, & perscrutantes diligẽtius, si quem videant vicinum fieri præcipitio [c], & proximũ esse peccato, vt referant hæc ad episcopũ. *& infrà* [B]. ¶ Sed & de peregrinis similiter episcopo suggerant refouendis, & cętera his similia, quæ ad cultum ecclesiæ, & disciplinam eius pertinent, diaconis curæ sint.

B ¶ Et infra.] *Sic legitur in plerisq; manuscriptis. In vulgatis legebatur: & ita. alia verò nonnulla verba restituta sunt ex originali.*

Item ex eodem, eadem epistola.

¶ De eodem.

CAP. VII.

1 SAcerdotes verò beatus Petrus sal terræ [d], & mũdi lumẽ docens, p̃cepit in splẽdore bonorum operum patrẽ glorificare Deum: de quibus Dominus ait [Beati estis, cum maledixerint [e] vobis homines, & rel.] & iterum [vos estis sal terræ.]

Item ex concilio Parisiensi. [2]

¶ Hi non sunt habendi clerici, qui episcopali prouidentia nõ gubernantur.

CAP. VIII.

3 NVlla [f] ratione clerici, aut sacerdotes habendi sunt, qui sub nullius episcopi disciplina, & prouidentia gubernantur. Tales enim acephalos [g], ideſt sine capite, prisca ecclesiæ consuetudo nominauit.

Item ex epist. 3. Clementis.

¶ De eodem.

CAP. IX.

QVi suis episcopis nõ obediunt, indubitanter rei, & reprobi existunt. Porrò ipsi à Deo donum summi muneris consequuntur, qui per iustitiæ, & præceptorum eius semitas incedentes, doctoribus suis, qui rectè episcopi intelliguntur, libenter obediunt.

Item Anacletus epist. 1.

¶ Illi in Deum scandalizantur, qui suo non obediunt episcopo.

CAP. X.

4 ILle proculdubio scandalizatur [h] in Deum, qui rectè non docet, & qui eius scandalizat episcopum, vel sacerdotem.

Item Euaristus ad episcopos Africanos, epist. 1.

¶ Septem debent esse diaconi in vnaquaque ciuitate.

CAP. XI.

5 DIaconi [i] (qui quasi oculi videntur esse episcopi) in vnaquaque ciuitate, iuxtà Apostolorum constituta, septem debent esse, qui custodiant episcopum prædicantem: ne aut ipse episcopus † [k] ab insidiatoribus quoquomodo infestetur, aut lędat̃ à suis: aut verba [l] diuina, detrahendo [m], aut insidiando, polluantur, vel despiciantur, sed veritas spirituali redoleat [n] feruore, & pax prædicata labijs, animi cum voluntate [o] cõcordet.

Item ex concilio Neocæsariensi, cap. 14. [6]

¶ De eodem.

CAP. XII.

7 DIaconi septem esse debent secundum regulam, quamuis [A] magna sit ciuitas. Regulæ autem auctoritas ista est, quòd & liber Actuum [p] Apostolorum idem insinuat.

A ¶ Quamuis magna.] *Antea legebatur*, quamuis non magna. *Emendatum est ex canone græco, (qui etiã recitatur in sexta synodo c. 16.) & ex vulgatis etiam versionibus. In canonibus primæ Nicænæ synodi, qui ex Arabico in Latinum conuersi nuper editi sunt, canone 62. multa habentur ad hanc rem pertinentia: quem fortasse canonem significauit Andreas Colocensis septima actione synodi Florentinæ.*

3 *Vt igitur ex præmißis* [q] *apparet, diaconi debent obedientiã p̃sbyteris,*

Diaconos.]CASVS. Diaconi vſurpant officia epiſcoporum & presbyterorũ. baptizabant enim eis præſentibus, & nõ præcipientibus: & corpus Domini propria auctoritate populis diſtribuebãt, quare Pelagi⁹ ſtatuit ne de cętero talia faciãt ſine p̃cepto eorũ, niſi in neceſſitate presbyteris abſentibus.

à ¶*Deputatum.*] ſcilicet diaconis. ſic 18. q. 2. hoc tantùm.

b ¶*Primis.*] ideſt, maioribus: epiſcopali ſcilicet, & presbyterali: " & ita epiſcopatus eſt ordo, vt 83. di. cũ in p̃terito. 21. diſt. clericos. ad idem 21. diſt. c. 1.

" Epatus eſt ordo. 1 Pol. lib. 3. tit. 10. Anſ. l. 7. cap. 63. Burc. li. 4. c. 57. Iuo p. j. c. 252. & p. 6. c. 99.

c ¶*Abſque epõ.*] i. abſente epõ, vel presbytero: quibus ſolũ baptizãdi miniſterĩ permiſsũ eſt, vt de cõſe. di. 4. conſtat. & dic quòd abſq; epiſcopo, i. pręter auctoritatem eius.

" Diaconus p̃t baptizare, & corp⁹ Xp̃i ægris erogare.

† officijs] Or.

d ¶*Neceßitas.*] No." q vbi neceſſitas exigit, & presbyter eſt abſens, p̃t diaconus ẽt iure ſuo baptizare, & corp⁹ chriſti erogare infirmis, ſi conſecratum eſt: ſed in eccleſia in præſentia p̃sbyteri non poteſt, etiã ſi neceſſitas exigat, niſi iuſſus à presbytero: puta cum multi ſunt qui indigent baptiſmo, & presbyter non põt omnibus ſufficere. ſimiliter ſi multi ſunt qui volunt accipere corpus Chriſti: nec presbyter ſufficit omnibus.

2 C. 10. in medio.

† al. erogationem.

3 In Aqſg. c. 41.

e ¶*Chriſtianis.*] Et ẽt hæreticis [a], vt j. 1. q. 1. quod quidam, &c.

4 Burc. l. 5. c. 26. Iuo p. 2. c. 36.

Peruenit.]CASVS. Diaconi in tribus delinquebant. Primò, quia poſt conſecrationem porrigebãt hoſtiã ſacerdotibus. Secundò, quia ſumebãt ſacramẽta in Miſſa priuſquam epiſcopi. Tertiò quia ſedebant in medio presbyterorum. Statutum ergo fuit in Niceno cõcilio, vt decętero talia non faciant, ſed in ſua menſura permaneant: & ſi quis obedire noluerit, ceſſet ab officio. Capitula quæ ſequuntur, plana ſunt vſque ad ca. nonnulli.

a Qđ eſt ergo iſtorum priuilegiũ? đt vt no. 50. diſt. qui ſub gradu.

f ¶*Sacramenta.*] ideſt Euchariſtiã confectã: ſanguinem autem bene porrigunt. j. eo. diaconi ſunt. & ver. ſacerdotib. & hęc eſt ratio quare ſacerdos corpus Chriſti ſumat, calicẽ autem de altari presbyteris ſumere non licet, ſed diaconus eis porriget: " quia ſumptio corporis futurã reſurrectionem corporũ ſignificat, quã Deus ſua virtute faciet ſine oĩ miniſterio. " Sed ſumptio ſanguinis ſignificat redemptionẽ peccatorũ, quæ fit interceſſionib, aliorũ. 13. q. 3. c. animæ. s̃. di. 50. presbyteros qui contra. ibi in pœnã dicitur de diaconis, panẽ offerant quare de iure licitũ eſſe videt. Ioannes. Sed illud intelligit̃ qn̄ in principio ſecretorũ diaconus accipiẽs patenam cũ pane offert ſacerdoti. Imponitur ergo diaconis ad pœnã, ne panẽ offerãt altario miniſtrando: hic autẽ prohibetur ne poſt ſacramenta confecta corpus Chriſti porrigãt ſacerdoti, vt ſumat. B.

" Corporis Chriſti ſumptio quid ſignat.

" ſanguinis ſumptio qd repręsẽtat.

5 & 7 Agat. ca. 65. & Aquiſg. c. 77.

6 Anſl. 7. c. 65. Bur. l. 2. ca. 221. Iuo p. 6. c. 296.

g ¶*Etiam ante epiſcopos.*] ideſt, antequam epiſcopi ſumant.

h ¶*In medio.*] ſecundũ conſuetudinẽ diuerſorũ locorũ hæc variantur [b]. in quibuſda eñ locis hæc obſeruantur: in quibuſdam non.

b Ar. ad hoc ff. đ of. pcõ. obſeruare. §. antequã. & l. idẽque. ff. mand.

i *Non oportet.*] ¶*Sed iußione.*] hoc obſeruatur ſecundum cõſuetudinẽ quarũdam eccleſiarum cũ redit à lectione Euangelij. Laur.

7 Aquiſgr. c. 78.

k *Non oportet.*] ¶*Panem.*] ideſt, corpus Domini. Dare, ideſt porrigere, ſcilicet alijs poſt cõfectionem ſine licentia ſacerdotis. Vel dic, dare, id eſt conficere: quod ad ſolum presbyterũ pertinet. 1, quæſtio. 1. dictum. ext. de ſumm. trifirmiter.

l *Diaconi ita ſe.*] in Miſſa: nam alibi magis ſunt miniſtri epiſcopi.

8 Pol. l. 2. ti. 39. Anſl. 7. c. 63.

a ¶*Præſen-*

ſicut præsbyteri epiſcopis. Sed diaconi ſuperbientes, ſacerdotibus æquari, vel potius præferri quærebant: contra quorum inſolentiam multorum auctoritates manauerunt, eorum ſupercilium reprimentes, atque vt ſacerdotibus condignam obedientiam exhibeant, decernentes.

Vnde Gelaſius A *Papa in epiſt. ad epiſcopos p Lucaniã, c. 9. & 10. ait.*

A ¶Gelaſius.] *Sic eſt in pleriſque manuſcriptis, & apud Burc. & Iuonem. Nã in impreſſis erat* Pelagius.

¶Nihil eorum quæ ſunt decreta primis ordinibus, vendicent diaconi.

CAP. XIII.

1 DIaconos propriam cõſtituimus ſeruare mẽſuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatũ [a] quippiã tentare permittimus: Nihil eorum ſuo miniſterio penitus applicare, quæ primis [b] ordinibus propriè decreuit antiquitas. Abſque epiſcopo [c], vel presbytero baptizare non audeant, niſi prædictis fortaſſis ordinibus † longius conſtitutis, neceſſitas [d] extrema cõpellat. Quòd & laicis chriſtianis [e] facere plerunque conceditur. *& infrà.* ¶ 2 Sacri corporis prærogationem † ſub cõſpectu pontificis, ſeu presbyteri (niſi his abſentibus) ius non habeant exercendi.

Item in concilio Nicæno, ca. 14. ſeu 18. 3

¶Inferiores presbyteris ſe diaconi cognoſcant.

CAP. XIIII.

4 PEruenit ad ſanctum cõciliũ, quòd in locis quibuſdam, & ciuitatibus, presbyteris ſacramenta [f] diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque conſuetudo tradidit, vt hi qui offerendi ſacrificij non habent poteſtatem, his qui obtulerunt, corpus Chriſti porrigãt. Sed & illud ĩnotuit, quòd quidam diaconi etiam [g] ante epiſcopos ſacramenta A ſumunt. Hęc ergo omnia amputentur: & in ſua diaconi menſura permaneant: ſcientes, quòd epiſcoporum quidẽ miniſtri ſunt, inferiores autem presbyteris habentur. Per ordinem ergo poſt presbyteros gratiam ſacrę communionis accipiant, aut epiſcopo, aut presbytero porrigente. Sed nec ſedere in medio [h] presbyterorum diaconis liceat: quia ſi hoc fiat, præter regulam, & ordinem probatur exiſtere. Si quis autem etiam poſt has definitiones obedire noluerit, à miniſterio ceſſare debebit.

¶*Prior pars huius ca. vſque ad ver.* amputentur. *eſt ex priſca verſione in can.* 14. *Reliqua verò pars eſt ex verſione Dionyſij in canone* 18. *quã quidem totam offerunt, & codex canonum, & Burchardus, & Iuo.*

A ¶Sacrameta ſumunt.] *Græcè eſt:* τῆς εὐχαριστίας ἅπτονται. *quod Dionyſius vertit,* oblata contingant. *quãquam Burchardus, & Iuo hoc vno ferè loco diſcrepantes habẽt, ille qui dẽ,* ſacra oblata contingãt: *hic verò,* ſacram oblationem contingant.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 20. 5

¶Diaconus honorem exhibeat presbytero, & ipſe ab inferioribus honoretur.

CAP. XV.

6 NOn oportet diaconũ coram presbytero ſedere: ſed iuſſione [i] presbyteri ſedeat: ſimiliter autem diaconus honorem habeat à ſequentibus, id eſt à ſubdiaconis, & omnibus clericis.

Item ex eodem c. 25. 7

¶Calicem benedicere, & panem dare diaconis non licet.

CAP. XVI.

ij NOn oportet diaconos A panem [k] dare, nec calicem benedicere.

A ¶Diaconos.] *In vetuſtioribus priſcæ verſionis editionibus eſt,* diaconem. *Græcè eſt,* ὑπηρέτας, *quod Dionyſius vertit,* ſubdiaconos, *& ſic habetur in concilio Aquiſgranenſi.*

Item ex concilio Carthag. quarto A *, 37.*

¶Sicut epiſcopis, ita & presbyteri diaconi miniſtrent.

CAP. XVII.

8 DIaconi ita ſe [l] presbyteri, ſicut epiſcopi miniſtros eſſe cognoſcant.

A ¶Quarto.] *Caput hoc cum duobus ſequentibus habetur in concilio quarto Carthaginenſi, & in codicibus Gratia. ẽt manuſcriptis, itemque apud Anſelmũ titulo huius capitis erat additum:* Cartaginẽſi quarto, cui Papa Zozimus interfuit per Vicarios, *quod minimè conuenire oſtendunt acta ſextæ ſynodi Carthaginenſis: ad quam Zozimus Fauſtinum Potentinæ eccleſiæ epiſcopum, Philippum, & Aſellum legatos miſit. Nam quarta habita eſt. Honorio iiij. & Eutychiano coſſ. ſexta verò Honorio xij. & Theodoſio viij coſſ. i. anno vigeſimo poſt. Quo anno (put ex africano concilio can. 76. & ſequentibus apparet) contra Pelagij, & Cæleſtij hæreſim quædam ſunt definita, cum Cæleſtinus ad Zozimum Papam appellaſſet: quod ex nonnullis manuſcriptis Zozimi, & epiſcoporum Africæ ad ipſum epiſtolis, quę in bibliotheca Vaticana ſeruantur, demonſtratẽ. Quare, cũ Zozimus ĩ Potificatu duos tãtũ annos, & mẽſes aliquot vixerit, nę*

ceſſarium

a Sic 1.q.7. si qs omnẽ. 15.q.1.mulier.

a PRæsente.¶*Eroget*.] iussus vel non iussus, longe tamen posit is episcopo, vel presbytero. s. ead. diaconus.

b *Diaconus.*] ¶*Loco.*] i. in aliquo: de omni [a] tñ honesto ff. de arb. si cum dies. §. si arbiter. & ff. de mun. & hon. vt gradatim. §. 1.

c ¶*Diaconus in conuẽtu.*] vbi conueniunt ad synodum.

d ¶*Loquatur.*] i. prędicet, nam officium prædicandi presbyterorũ c. 16. q. j. adijcimus. Hug.

e ¶*Alba.*] i. dalmatica. arg. 11. q. 3. episcopus presbyter.

f ¶*Vel lectionis.*] Euãgelij.

1 Poly. ibid. Anse. l. 7, c. 66. Burc. l. 5. c. 13. Iuo p. 2. c. 23.

N *Onnulli.*] CASVS. Quidam diaconi in choro volebant esse in loco digniori, volentes sacerdotib. præferri: sed conciliũ Toletanũ

2 Ans. ibid. statuit vt tam diacones quàm presbyteri perseuerent in locis sibi deputatis: ita vt diaconi cognoscant presbyteros esse maiores se.

g ¶*Atque in primo.*] id est, in primo ordine, vt sit Parisius.

† al. induatur.

h ¶*Vt sublimiores* [b].] Sic cõstrue. ergo tam illi, quàm isti consistãt in vtroque or. ita. s. vt diaconi agnoscant presbyteros sublimiores se, s. diaconis: & stabunt secundum tempus suę ordinationis. 17. dist. cap. episcopos.

b i. maiores quasi stẽt ĩ vtroq; choro diuis, ita q̃ presbyteri in primo, diaconi in secundo. Pet.

3 Bur. l. 2. c. Iuo p. 6. ca. 297.

COMPAGIS. hęc est 4. pars huius di. in qua dicitur, q̃ compagi, i. sãdalia & mappulę, i. linteamina, quę portant Cardinales, solis Romanis clericis competunt: & hoc probat per duo cap. Ioan.

† al. sibi.

CASVS. Supra in ca. diacones prohibitũ est, ne diacones vsurpent officia episcoporũ vel presbyterorum. Nunc verò dicit, q̃ non debẽt vti compagis. i. calceamentis ẽporum, quibus nulli diaconorũ vti licet absq. apostolica licentia: sicut nec mappulis vti debent absque eiusdẽ auctoritate. quas concessit Cõstantinus cardinalibus, vt ĩ. 96. distin. in illa palea, Constantinus.

4 Ioan. dia. l. 4. c. 8.

i ¶*Compagis.*] id est, sãdalib. " & dicuntur cõpagi sandalia, vel caligę episcopales, & est masculini generis. Io.

" compagi.

ADDITIO. s. compagus compagi. Hug.

5 Ans. li. 6. c. 74.

k ¶*Nec mappulis.*] " i. ornamentis equorum quæ Constantinus concessit cardinalib. ĩ. 96. di. cõstantin⁹. nã mappa ornamentũ est equi. similiter in Aut. de cõsu. §. quãtacunq; [c]. & sunt quædã alba linteamina quibus cooperiunt equi Cardinaliũ, cũ pro

" Mappulæ q̃d signent.

c Idẽ ar. C. nul. li. ĩ frę. &c. l. vnica. lib. 11.

cessarium est multò ante ipsius Pontificatum quartam synodum Carthaginensem habitam fuisse.

Item ex eodem, c. 38.

¶ De eodem.

CAP. XVIII.

1 PRæsente presbytero diaconus Eucharistiã corporis christi populo, si necessitas cogat, iussus eroget [a].

Item ex eodem, c. 39. 40. & 41.

¶ De eodem.

CAP. XIX.

2 DIaconus sedeat quolibet loco [b], iubente presbytero. Item diaconus [c] in cõuentu presbyterorũ interrogatus loquatur [d]. Alba [e] verò tempore oblationis tantùm, vel lectionis [f] vtatur †.

Item ex concilio Toletano 4. c. 38.

¶ Diaconi presbyteris se superiores non cognoscant.

CAP. XX.

3 NOnnulli diaconi in tantam erumpunt superbiam, vt sesè presbyteris anteponant, atque in primo [g] choro ipsi priores stare præsumãt, presbyteris in secundo choro constitutis. Ergo, vt sublimiores [h] se † presbyteros agnoscant, tam hi quàm illi in vtroque [A] consistant.

A ¶ In vtroque.] *Licet in vulgatis Gratiani codicibus legatur,* in vtroque ordine. *& in tomis cõciliorum impressis.* in vtroque choro: *tamen in vetusto codice conciliorum Regis Catholici, & plerisque vetustis Gratiani, etiam impressis neutra vox habetur.*

4 *Compagis* [i] *verò calciari absque Apostolici licentia diaconis non permittitur, sicut nec mappulis* [k] *vti absque eiusdem auctoritate quibuslibet clericis conceditur.*

Unde Gregorius Ioanni Episcopo Syracusano, li. 7. epist. 28. indict. 1. 4

¶ Absque Apostolica licentia Diaconi compagis vti non præsumant.

CAP. XXI.

5 PErtenit ad nos, diaconos ecclesię Catinensis scalceatos compagis procedere cessionem faciunt. Alij dicunt q̃ mappulę sunt mitræ ẽpales.

Peruenit.] CVSVS. Apostolicus concesserat solis diaconibus ecclesiæ Messan. vti cõpagis: quos tamen postea diaconus Catinensis ecclesię portare pręsumpsit. Præcepit ergo Greg. Ioanni ẽpo Syracusano, vt subtiliter inuestiget an per se, an alterius auctoritate hoc fuerit, q̃a si malè vsurpata non puniãtur, via delinquentibus alijs aperitur.

re pręsumpsisse: quod quia nulli hactenus per totam Siciliã licuit nisi solis tantummodo diaconis ecclesię Messanensis, quibus olim à prędecessoribus nostris non dubitatur esse cõcessum, bene recolitis. Quia ergo tantæ temeritatis ausus non est leuiter attendendus, cum omni hoc fraterniras vestra subtilitate perquirat: & si [A] ita, sicut ad nos peruenit, inuenerit verum esse, vtrum vel à se, vel alicuius [l] hoc auctoritate [m] præsumpserint, nobis subtiliter innotescat: vt cognita veritate, quid fieri debeat, disponamus. Nam si negligenter ea, quæ malè vsurpantur, omittimus, excessus viam [n] alijs aperimus.

A ¶ Et si ita.] *Hic & paulò inferius addita sunt aliquot verba ex originali.*

Item Ioanni Rauennati Episcopo, lib. 2. epist. 54. seu c. 93. 6

Mappulis clerici sine Apostoli licẽtia vti non debent.

CAP. XXII.

7 ILlud autem, quod prouẽdis à clero vestro mappulis scripsistis, à nostris est clericis fortiter obuiatum, dicentibus nulli hoc vnquam alij cuilibet ecclesię cõcessum fuisse: nec Rauennates clericos illic, vel in Romana ciuitate tale aliquid cum sua conscientia præsumpsisse, nec si tentatum esset, ex furtiua vsurpatione sibi præiudicium generari. Sed etiam, si in qualibet ecclesia hoc præsumptum [o] fuerit, asserunt emendandum quod non concessione Romani Põtificis, sed sola surreptione præsumitur †.

Item Hieronymus de septem ordinibus ecclesiæ, c. 5. 8

¶ Sicut in ministerio, ita in dispensatione sine diacono episcopus non viuat.

CAP. XXIII.

9 DIaconi sũt, quos ĩ Apocalypsi legimus, septẽ

d Et ext. ne sed. vac. illa. vbi de hoc, & extra, de transl. inter.

ede hoc no. 75. di. an putatis.

6 Ioan. dia. l. 4. c. 2.

7 Ans. li. 7. c. 168.

" Antiqtas non dat priuilegium.

† al. p̃sumi.

" Prę̃scribi nõ possunt aliqua.

8 Inter opa B. Hiero. tomo 4. vel 9.

9 Pol. l. 2. ti. 19. Ans. l. 7. c. 72.

dic vt le. & no. ext. de p̃sc. cũ licet. ĩ fi. & 16. q. 3. clerici. ĩfi. Arc.

Diaconi.] Hæc est 5. pars huius dist. in qua laudat diacones quatuor modis: s. à significatione, quia significant septem

septem candelabra aurea. A virtute, quia debent esse virtuosi. Ab officio, quia sine illis episcopi cantare non debent. Ab institutione, quia à Domino fuerunt instituti. Io. de Fan.

CASVS. Supra dictum est diacones subesse sacerdotibus sed ne sacerdotes nimium inde superbirent, cõmendat Hieron. in hoc capit. diacones. diuiditur ergo hoc c. in tres par. In 1. part. cõmendat Hiero. diacões quadruplici rõne. Rõne significõnis quia significantur per septẽ cãdelabra aurea, & septẽ Angelos eccle siarum. Rõnæ vitæ & cõuersatiõis. Rõe ministerij: qa sine his sacerdos ministrare non potest: maior est q̃ ministrat, q̃ cui ministratur. Et ratione institõnis: qa à Deo sunt ĩstituti. In 2. par. reprehendit rapacitatem cporum, qui volunt oĩa rapere, & oĩa sibi vendicant. In 3. par. ostendit, qp sicut in hoc mundo raptor punitur à iudice: ita eps qui bona clericorũ rapit à Dño punictur, nisi vniuersa reddantur. Secunda pars incipit ibi, *Nunc autem.* Tertia ibi, *Certè vt ipse.*

Apoc. 1.

† Abest ab Orig. Deut. 33.

† al. nouimº.

† al. nomen habet.

Marc. 10.

† consecratio] vera lectio.

a ¶ *Angeli.*] i. prælati.

b ¶ *Candelabra.*] quæ erant in templo Dñi.

c ¶ *Voces.*] auditæ à Ioanne in Apocalypsi.

d ¶ *Docentes.*] populũ quo ad vitam actiuam.

e ¶ *Soli Deo.*] "quòd solus Deus nouit eorum conscientas, ei namque cor omne patet, & omnis loquitur voluntas, vt 24. q. 3. Deus [a].

" cor omne Deo patet.

a Cõcor. gl. in l. 2. ff. de don. int. vir. & vxor.

f ¶ *Colloquentes.*] quo ad contemplationem: vel hoc dum sunt in oratione. de consecrat. dist. 1. quando.

g ¶ *Patri.*] Hoc pt intelligi historicè quãdo Moyses in vltionẽ idolatriæ [b] vituli conflati, præcepit leuitis vt nemini parcerent, nec ẽt patri. similiter diaconi non deberent eos cognoscere, i. amori Dei amorem eorum præponere. " Vel potest intelgi mysticè de diabolo, & de concupiscentia carnis, & eius moribus vt in gl. hic de pictis.

b Hæc historia no. 45. distin. disciplina. † deĩde Ori.

" Diabolus pater dicit.

h ¶ *Et matri.*] idest carnali concupiscentiæ.

i ¶ *Non noui.*] idest, nolo præponere vestrum amorem amori Dei.

k ¶ *Et filios.*] id est, illicitos motus.

l ¶ *Non agnoscentes.*] idest non nutrientes: sed ad petram il lidentes.

m ¶ *Habet.*] " quia sine diacono episcopus Missam celebrare non poterit, nisi necessitate instante: tunc enim etsi non posset habere diaconũ, absque eo Missam celebrare poterit.

" Eps sine diacono nõ celebret.

n ¶ *Minister.*] Hic commendat eos à ministerio.

o ¶ *Ministratio.*] id est, consecratio Eucharistiæ.

p ¶ *Sacramẽti.*] i pñtib. sacerdotib. corã eis, vt s. di. e. diaconi.

Angeli [a] ecclesiarum. hi sunt septem candelabra [b] aurea: hi voces [c] tonitruorum. *& infrà.* ¶ Virtutum operatione præclari, humilitate præditi, quieti, humiles, euangelizantes pacem, annuntiantes hona, dissensiones, & rixas, & scandala resecãtes, docẽtes† [d], soli Deo [e] colloquentes [f], in tẽplo nihil de mundo penitus cogitantes, dicentes patri [g], & mãtri [h], nõ nouit† [i] vos & filios [k] suos nõ agnoscentes [l], *& paulò post.* ¶ Sine hoc sacerdos nomen a† non habet, ortũ nõ hẽt [m], officium non habet. Hic minister [n] Dei dicitur, quia scriptũ est.] Quis maior est, qui ministrat, an cui ministratur?] Et sicut in sacerdotio ministratio† [o], ita in ministro est sacramenti [p] dispensatio. *& paulò post.* ¶ Sacerdotibus etiam propter prẽsumptionem non licet de mensa Domini tollere calicem, nisi eis traditus fuerit a diacono. *& paucis interiectis.* ¶ Ita enim Deus noster omnipotens vniuersa dispposuit, vt qui maiorem [q] se esse crediderit, minor sit, & qui videretur minor, maior existeret. Deniq; quàm hoc verũ sit, ipse perpende. Leuitę inferũt oblationes in altari, Leuitæ cõponũt mensam Domini: Leuitæ cum sacerdotibus, dum sacramenta benedicũt†, assistũt: Leuitę ante sacerdotes orant [r], vt si distinctio locorum credit, etiam in altari Dei videant sibi episcopi, si superbi sunt, diaconos anteponi. Si humilitatẽ diligunt, maiores se esse in eo, qp sunt humiles, cognoscant. Tũc demum† [t], vt aures habeamus ad Dominum, diaconus acclamat: ipse prædicat [t], ipse horratur, ipse commonet adstãtib. sacerdotib. [u] ne leuiter hãc vocem, quæ loquitur hæc, & pacem annuntiat, aut negligẽter aspicias, aut cõtemnẽdam putes. Sufficit huic ordini tantùm, per Dominum fuisse cõcessum, vt nõ solus sacerdos in templo totum agere, & implere videatur. *& infrà.* ¶ Nũc aũt ex quo in ecclesijs, sicut in Romano imperio, creuit auaritia, perijt lex de sacerdote [y], & visio [z] de propheta. Singuli quiq; per† potentiam [a] episcopalis nominis, quam sibiipsi illicitè absque ecclesia [b] vẽdicarunt [1], totum quod leuitarũ est, in vsus suos redigũt, nec hoc sibi, qđ scriptum† est, vendicant, sed cunctis auferunt vniuersa. Mẽdicat infęlix clericus ĩ plateis, & ciuili † operi mancipatus publicam à quolibet deposcit alimoniam †. Et quidem [c] ex eo despicitur cunctis sacerdotale officium, dum misericordia desolatus, iustè [d] putatur ad hãc ignominiã deuenisse. *& infrà.* ¶ Solus incubat bonis †, solus ministerio vtitur [e], solus vniuersa sibi vendicat: solus partes inuadit alienas [f], solus occidit [g] vniuersos. *& paulò post.* ¶ Hinc propter sacerdotum auaritiã odia consurgũt: hinc episcopi accusãntur [h] à clericis, hinc prĩcipum † lites, hĩc detractiõis † causã, hinc origo criminis. Etenim si vnusquisq; ita in hoc † mundo visibili aliquid possidere [i] iubetur, vt sua tantùm possessione cõtẽtus sit, ac res nõ inuadat alienas, nõ agrum pauperi tollat, nõ vineam, non subuectorium † aliquod, nõ famulos, nõ fructus, quãtò magis, qui ecclesiæ Dei præest, debet ita in oĩbus seruare iustitiã, vt sibi [k] hoc tãtùm vendicet, quod sui iuris esse cognoscit? aliena nõ rapiat? aliena nõ cõtingat? æqualem [l] se cęteris faciat? & sicut sine his ĩ ministerio nõ viuit, ita in dispẽsatione [m] nõ viuat? ¶ Certè, vt ipse nosti, qui visibiliter in hoc mũdo ius inuadit alienũ, accusat̃ à paupere, dãmnatur à iudice: Ita & in ecclesia Dei, cum vnusquisq; cũ dicũt, flectam' genua

Apoc. 1.

† Abest ab Orig. Deut. 33.

† al. nouimº.

† al. nomen habet.

Marc. 10.

† consecratio] vera lectio.

q ¶ *Maiorem.*] id est, meliorẽ, vel hoc cũ bene administrat.

r ¶ *Orant.*] id est prædicant, vt dist. 25. vnum. & 11. q. 1. sicut n. vnde exponẽdo subdit tũc demũ. qđ aũt dicit in altari ańponi, respicit qđ de calice pmiserat, calicẽ nõ tollere, nisi eis traditus fuerit à diaconis. Vel dic, orãt, id est, ad orãdũ inuitant, cũ dicũt, flectam' genua

s ¶ *Tunc demum.*] s. circa finem Missæ, cũ diaconus clamando dicit populo: Humiliate vos ad benedictionem. Ezech. 7.

t ¶ *Prædicat.*] j. 11. q. 1. sicut enim. scilicet legendo Euangelium.

v ¶ *Sacedotibus.*] quędam hic referuntur, quæ ex toto bene non intelliguntur: quia non in oĩb. ecclesijs hæc officia habet diaconus.

† pro potentia] Orig.

1 Qđ est cõtra iuris preceptũ, vt ff. de iu. & iur. iusti. §. iuris præcepta & insti. e. ti.

x *Huic.*] Commendat hic eos ab institõne. j. e. dominus. contra. s. dist. 21. §. i. cõtra. Sed intelligas tãtùm per Deum principaliter: quia eius auctoritate hoc in vet. testamen. fuit institutum. 77. di. in veteri. ar. ext. đ sen. exc. mulieres.

† al. adscriptum.

† al. seruili.

† al. eleemosynam.

y ¶ *Petyt lex de sacerdote.*] verba Esaiæ, idem, multi sacerdotes nõ adimplent legẽ.

z ¶ *Et visio.*] i. gratia prophetizandi, propter auaritiam: " quia omnes virtutes patiuntur detrimentum ab vno vitio, &c. đ pę. di. §. c. 1.

† diuitijs or. al. donis.

a ¶ *Per potentiam.*] in uehitur in episcopos.

b ¶ *Absque ecclesia.*] i. in tali modo vt aliena vsurpent. aliter videt cõtra. j. e. c. px. 95. di. olim

" Virtutes oẽs ab vno vitio detrimẽtum patiuntur.

c ¶ *Quidem.*] s. dist. 86. non satis.

† al. principium litis.

† desolationum causę] Orig.

d ¶ *Iustè.*] i. suis meritis.

e ¶ *Vtitur.*] i. non vult partiri onera administratiõis cũ fratib. ext. đ of. arch. c. vl. & đ pśum. mandata. Vel dic, i. de reb. ecclesiasticis.

† Hunc mundum visibiliter possit] Orig.

f ¶ *Alienas.*] cũ qđ suũ ñ ẽ, scire d3 ad alios pertinere. C. vñvi. cũ q̃rebat.

† al. subiectorum] al. subiũctorũ.

g ¶ *Occidit.*] hoc refert̃ ad laicos, quib. occasionẽ mortis pstãt. 11. q. 3. præcipuè. 86. dist. pasce.

" Eueniẽtia de nouo per quem sunt diuidenda.

h ¶ *Accusantur.*] " nã eṕi oĩa ẽt ea, q̃ de nouo eueniũt, ĩ simul cũ alijs debent diuidere: ar. 12. quæst. 2. cognouimus. Item nec ea distribuere dẽt sine cõsẽsu canonicorũ. ext. de his q̃ fi. à p̃la. sine consen. ca. nouit. licet sit p̃ordinator ĩ cunctis. 25. di. plectis. nisi hoc sibi vẽdicaret eps ex cõsuetudine. ext. de his q̃ fi. à pl. ea nosciť. Et est ar." quòd semper præsumitur quòd accusatio episcoporum fiat ex odio, vt no. 2. q. 7. si quis eps. Arg. cõtra. 6. q. 1. si omnia.

" Accusatio eporũ pśumit̃ ex odio fieri. † aliàs, ĩ alio secus.

i ¶ *Possidere.*] Hoc ad laicos refertur. vnde cautè dixit, in hoc mundo. & in clericis secus, † vt j. 12. q. 1. c. duo sunt.

k ¶ *Sibi.*] Arg. pro distributione portionum inter clericos.

l ¶ *Æqualem.*] si. 95. dist. episcopus. 2. & iste est vnus gradus humilitatis, vt s. dist. 22. de Constantinopolitana.

m ¶ *Ita in dispensatione.*] id est, distributione præbendarum.

Vltionis.

a ¶ *Vltionis.*] ex toto : quod non dicitur differri, " quia totum tempus huius vitæ breuissimũ reputatur. de pœ. di. 5. consideret. Nam quòd quandoque pęna differatur, est expressum j. 23. q. 4. quod Christus. 45. di. licet. j. & est ratio quare quandoque differatur, vt de pœn. distin. 3. quid ergo. de pœ. distin. 1. prædixerat.

" Vitæ p̃sentis tp̃s breue dr̃ esse.

b ¶ *Assiduè.*] i. iteratò non miseretur de facili. nam vulnus iteratũ tardius sanatur, vt j. de pœ. dist. 3. inanis.

HOC CAPITVLO. Hæc est 6. pars huius dist. in qua laudat presbyteros, & humiliat diaconos. Io. de Fan.

CASVS. Supra proximo c. diaconi sunt commẽdati. sed quia nimis contra presbyteros supbiebant : iõ Hieronymus contra eorum supercilium scribit.

† Dei p̃ces. ac solum] Orig.

† abest ab Orig.

c ¶ *Insolescentes.*] " qa sępe ex laudis pręconio innascitur superbiæ inflatio, vt 6. q. 1. sunt plurimi. superbiebunt fortè ex eo ꝙ s̃. c. prox. cõmendati sunt.

" Laudis p̃coniũ superbire facit.

LEgimus.] CASVS. Euagrius ep̃s quæsiuit à Hieronymo, vtrũ sacerdotes essent diaconis pręferendi? Et resp. ꝙ sic, & probat tripliciter, s. ratione nominis, siue appellationis : quia olim idẽ dicebaũ p̃sbyter & episcopus. Et hoc probatur sep̃ẽ auctoritatib. Ratione officij siue instõis : quia ad maius officium sunt instituti presbyteri quã diaconi : quia sacerdotes orant & prædicant : sed diaconi ministrant. Et resp. obiectioni quã fecit sibiipsi d̃ diaconis rõe. ecclesie, & rõe promotionis : quia diaconus promouetur in sacerdotem, & non è conuerso. & hęc promotio non fit nisi de minori ad maius. Ratio officij ĩcipit ibi, *Quid enim facit*. Ratio prohibitionis est ibi, *Qui prohibetur à minori.*

1 Poly. ibid. Ans. l. 7. ca. 87.

Esa. 32.

† al. quis patiatur. Act. 20.

Philipp. 1.

d ¶ *In Esaia.*] 32. c.

e ¶ *Fatua loquetur.*] No. arg. " ꝙ qui fatua loquitur fatuus est, vt 23. q. 8. conuenior. & ff. de cond. inst. quidam. j. de pœn. distinctio. 1. §. potest. & 1. quæstio. 1. ita fit.

" Fatuus ẽ qui fatua loquitur.

f ¶ *Mensarum.*] quam iniuriam patitur.

g ¶ *Audi.*] ideo dicit testimonium, quia duo sunt per quos probat.

h ¶ *Philippis.*] nomen ciuitatis in Macedonia.

i ¶ *Cum episcopis.*] cum in vna ciuitate plures episcopi non debeant esse : arg. di. 80. in illis. & c. episcopi. & 13. q. 1. ca. 1. & ideo hoc ipso nomine presbyteri intelliguntur.

k ¶ *Episcopos.*] id est, presbyteros, cum in vna ecclesia episcopi plures esse non debent.

l ¶ *Contentiosè.*] quia singularum ecclesiarum singuli sunt episcopi, vt 7. q. 1. in apibus.

m ¶ *Reliqui.*] Verba Apostoli ad Titum cap. 1. post sequitur ad Timotheum.

n ¶ *Luxuriæ.*] id est, de luxuria accusabiles. ideo non subditos, quia propter peccata filiorum citius rapitur quis morte. 47. dist. §. necesse. cum scilicet ipse est negligens.

o ¶ *Per prophetiam.*] id est, per electionem.

p ¶ *Presbyterij.*] scilicet presbyterij mei, & sic loquitur de seipso : cum tamen ipse Paulus esset episcopus, cum eum ordinaret.

q ¶ *Compresbyter.*] " Ecce Petrus se vocat presbyterum, cũ tamen esset ep̃s & summus. s̃. di stin. 75. ꝙ die Dominico. in vers. sacerdotũ.

" Petrus se vocat presbyterum.

r ¶ *Nõ ex necessitate.*] id est, ex gratia turpis lucri : arg. j. di. 95. esto. Et ita est ar. quòd presbyter non debet locare operas suas : arg. 21. q. 2. præcipimus.

Ad Tim. 1.

s ¶ *Significantius.*] s. ꝙ ep̃s dicit presbyter. q. d. vbi pro ep̃o dicit presbyter, significantius diceretur sic. s. episcopon : quia magis accedit ad significationem vocabuli episcopus quã hoc nomen presbyter.

† consilio.] Orig.

f ¶*Error.*] Hic collige ꝙ ea q̃ per errorẽ statuta sunt, ex diuturna vtẽtium approbatione iustificiunt. Ioã. qđ falsum est,cum consuetudo debeat esse rationabilis & præscripta[a], vt extr. de consu.c. vlt.nec ista litera contradicit. B. vt ratione multitudinis excusentur à pœna, non à culpa,vt ſ. dis.4.deniq;. quod enim factum est, infectum esse non potest.in auth. de æq. do. §.1.colla.4.ff.de capt.l. in bello.§.factæ.

a Adde q̃ sit consuetudo rõabilis & p̃scripta in l. de quib. ff. de legib.

Act.20.

Ioan.13.

Matth.3.

g ¶*Vel ad præsens.*] id est,amodo.

h ¶*Quòd Romæ.*] ſ.vbi minores exercent sua officia præsentibas maioribus.

† eorũ]Ori.

E*Sto subiectus.*] Cassvs.Quædam consuetudo pessima erat in quibusdam ecclesijs, ſ. quòd presbyteri pręsentibus epis non audebãt prædicare vel loqui. Sed Hieron.ostendit ꝙ subditi debent obedire prælato, & prælatus nõ debet subtrahere subditis debita. & hoc probat quinq; rationibue. Prima est ibi,*Scitum est illud.*Secunda ibi,*Quod autem Aaron*. Tertia ibi,*Vnus domin⁹*. Quarta ibi,*Recordemur.* Quĩta ibi,*Sed si aliquid, vt inquit.* Omnia capitula quæ sequuntur vsque ad distin.plana sunt.

i ¶*Quasi clericos*]Hoc est contra supercilium episcoporum " qui subditos appellant filios, cum debeant eos appellare fratres, vt 8.quæst. 1. quid autem. vel socios,vt 10. q. 3. cauendum.caueãt tamen clerici, ne cum scribunt episcopo, vocent eum fratrem, prout dicit dominus Imperator, ꝙ iudices superioribus honorem debent facere in salutatione.C.de offi.diuer.in l.2.arg.C.de offi. præfec.vrb.l.1. vbi hoc idem dicitur.

" Epi subditos debent fratres appellare.

k ¶*Deferatur.*] Sed pone ꝙ ep̃s aliter se habeat contra istum quã debeat : nunquid iste suo iure potest ei obedientiam negare? Videtur ꝙ sic.arg.45.distin. eum beatus.22.q.5.de formæ. " & fides non est seruanda non seruanti[b]. extr.de iureiur. peruenit.2.secus tamen est[c] : consulo tamen ei, vt agat per superiorem. arg.11.q.3.si episcopis. 9.q.3.nunc verò.

1 Ansel.l.7. c.121.

" Frãgẽti fidẽ fides frãgatur eidẽ.

b Ad hoc fa. qđ dr̃ in gl. seq. arg.qđ, &c.

c Adde not. gl.in l.vt responsum. & ibi Bal. C.đ transa.gl.11. cũ ꝑponas. C.de pact.

l ¶*Scitum est.*] i.sapienter dictum est. H. & iõ sciri dignum. Laur.hoc est, ita se debet habere ep̃s erga presbyteros, sicut Aaron habuit se erga filios sacerdotes.

m ¶*Vt principem.*] Factum respicit. nam de iure tolerandus est prælatus vsque ad sententiam.8.q. 4.nonne.

n ¶*Me.*] Arg. ꝙ frustra petit debitũ qui quod debet non impendit, vt 28. quæst.1.si infidelis. 32. quæstio.5.non mœchaberis. & cap. si ducturi.ſ. dist.9. neque.in fi.10.q.1.placuit. 22.q. vlt.de forma.18.q.2.ab batibus.argum. contra. 11.q.3.inter verba. 93. dist. Dominus.33.q.5. quod Deo. Hug.

1.Petr.5.

o ¶*Inuideant.*] Argu. " contra episcopos qui malunt habere illiteratos q̃ literatos circa se.

" Epi lr̃atos secũ habeãt

p ¶*Reuelatum.*] ſ.dist. 8.frustra. C.de offic.repro. l.potioris.

q ¶*Sedenti.*] in loco inferiori.

1. Cor.14.

r ¶*Taceat.*] deliberãdo ĩ sermone, cũ non dẽat interrũpere verbũ eius.

Prouerb.10. & 13.

f *Non.*] ¶*Oportet.*] Tempore solemnium officiorum, vel eum redeunt à processione ad chorum.

t ¶*Et sedere.*] coniungas ingredi & sedere: aliàs falsum esset.

u ¶*In tribunalib.*] Ar. C.de hæret. & manich. cuncti.

u ¶*In tribunalib.*] i. in sede iudiciaria, vt iudicent sine eo.

¶ *In*

etiam meruit consecrare? *& paulò post.* ¶Circa [B] laicos, ac mulieres iubentibus vobis, ô iniustissimi sacerdotes,presbyter Dei, benedictionis perdit officium,amittit linguæ opus, non habet confidentiam prædicandi, truncatus est omni parte virtutũ,solum presbyteri nomen[a] habet,plenitudinẽ, ac perfectionem, q̃ consecrationi eius cõpetit, nõ retẽtat. ¶Quis hic rogo,ô sacerdotes, honor vester est, vt damnum gibbi † inferatis[b] ? Quoniam cum pastorib. per potentiã vestrã aufertur Deo digna diligẽtia,cõtagiũ quoddã, & calamitas crescit in gregib.ac Dñi ci c patrimonij[c] dãna conquiritis,dum soli vultis ĩ ecclesia potentari. *& paucis interiectis.* ¶Presbyteri ab initio, vt legimus,negotiorum[d] iudices esse mandati sunt,presbyteri inter esse sacerdotum[e] cõcilio† : qñ & ipsi p̃sbyteri vt legimus,epi nuncupantur, secũdum quod scriptum est ad D ep̃m [Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per impositionem manuum presbyteri] & alibi ad maiores natu [Qui vos posuit ep̃os regere ecclesiam Dei.] *& infrà.* ¶Sed oderunt hoc sacerdotes superbi ĩ presbyteris nomẽ,qui nolunt esse hoc, qđ Christus qui discipulorum pedes lauit: qui baptizatus est à Ioanne, licet baptizandum se Ioãnes à Dño ꝓclamaret.Propterea hæc scribo, vt si præteriti tp̃is error[f] nõ põt iam reuocari, vel ad præsens[g] in ecclesijs seruetur humilitas, vt presbyteri hoc in ecclesijs suis faciant,quod Romæ[h],siue quod in oriẽte, quod in Italia, quod in Creta,qđ in Cypro, quod ĩ Africa,quod in Illirico, quod in Hispania,quod in Britãnia, quod ẽt ex parte per Gallias, quod in oĩb.locis, vbi humilitas perseuerat, quod in cœlis fit (quod maius est) vbi sedes Angelorũ † legis eẽ dispositas.

† regis] Ori.

A ¶ Ecce ego.] *Principium huius c.longè aliter legitur in libello de septem gradibus, & additur negatio,* Nec ego dico præsentibus episcopis,atque adstantibus altari,presbyteros posse sacramenta conficere: sed si fortè vsus exegerit, vt venientes ad ecclesiam sacerdotes eisdem horis, quibus aut oblatio parata nõ sit,aut non possit offerri,non debere episcopum repudiare Eucharistiam presbyterorum,&c.

B ¶Circa laicos.] *In libello sic legitur,* tamen credendum est summi sacerdotis iudicio, & hoc faciendum, quod iusserit circa laicos, & mulieres. Iubentibus vobis iniustissimè sacerdotibus, nõ rectè presbyter Dei,benedictionis,&c.

c ¶Ac Dominici.] *Ibidem est*, ac Deo nostro, non patrimonij sui damna conquiritis, dum soli vultis in ecclesijs potentari?

D ¶Ad episcopum.] *Hoc loco longè plenior est ratio in libello, & pro hac auctoritate Apostoli ad Timotheum,multa alia afferuntur.*

Item ad Nepotianum,epist.2.

¶Episcopi, & clerici inuicem sibi honorem exhibeant.

CAP. VII.

[1] ESto subiectus Pontifici tuo, & quasi animæ parentem suscipe. *& paulò post.* ¶Sed episcopi sacerdotes se esse nouerint, non dominos, honorent clericos quasi clericos[i], vt & ipsis à clericis,quasi episcopis honor deferatur[k]. ¶Scitum est [l] illud oratoris Domitij, Cur ego te, inquit, habeam vt principem[m], cum tu me[n] non habeas vt senatorem? ¶Quod Aaron & filios eius, hoc episcopum, & presbyteros esse nouerimus. Vnus Dominus, vnum templum: vnum sit etiam ininisterium. ¶Recordemur semper, quid Apostolus Petrus præcipiat sacerdotibus [Pascite eum, qui in vobis est gregem Domini, ꝓuidentes non coacti, sed spõtaneè,secundum Deum: neq; vt turpis lucri gratia,sed volũtariè, neque vt dominantes in clerũ,sed forma facti gregi† ex aĩo,vt cũ apparuerit princeps pastorum, percipiatis immarcescibilem gloriæ coronam.] ¶Pessimæ consuetudinis est in quibusdam ecclesijs tacere presbyteros,& præsentib.ep̃is non loq; :quasi aut inuideant[o], aut non dignentur audire.[Et si alij, inquit Apostolus Paulus, fuerit reuelatum [P] sedenti [q], prior taceat[r]]*& paulò post.* ¶§ Gloria patris est filius sapiens.§ Gaudeat episcopus iudicio suo, cum tales Christo elegerit sacerdotes.

1 Ansel.l.7. c.121.

Item ex concilio Laodicẽsi.c.56.

¶Presbyteri episcopos non præcedant,sed comitentur,vel subsequantur.

CAP. VIII.

NOn oportet [f] presbyteros ante ingressum episcopi ingredi, & sedere[t] in tribunalibus[u], sed cum epi-

a ¶*In peregrinationis.*] de licentia superioris.j.de conse.di. 5. non oportet. & de consensu ipsius ecclesiæ extra de vot.& vot.red.c.magnæ.& etiam domini Papæ.

b EPiscopus.]¶*Non patiatur.*] ita ꝙ nō liceat ei sedere, nisi presbyter assumeret sibi officium standi.C. de postu. quisquis. §. vltim.

c EPiscopus.]¶*Collegam se.*]ita tamen quòd non contēnatur.ff.de off.præt.ob seruandum.Ioan.

d PResbyter.]¶*Nō signet.*] in vertice: quia in fronte non potest etiam auctoritate episcopi,vt de conse. dist.4.presbyteri.

ILlud aūt.] In hac di. probatur, quòd constitutiones laicorū nō præiudicant ecclesijs: quia nihil iuris laicis ḋ rebus ecclesiasticis cōcessum est, nisi sola defensio: & hoc probat ꝑ 12.auctor.Io.de Fan. CASVS.Supra in dist. 79.posuit Grat.constitutionem Honorij latā super electione Romani Pontificis.sed ne aliquis crederet, ꝙ laicis esset attributa potestas disponendi aliquid de reb.ecclesię, & faciē di constitutionem sup ipsis: ideo Grat. nunc dicit, quòd illa constitutio nullius fuit momenti: cum à laico facta fuerit: quia non habet potestatem aliquid disponendi de reb. ecclesiæ: quare constitutio Basilij nihil valebat vt j.ea.c.1.bene tamen dicit,ꝙ constitutio Honorij facta fuit auctoritate Papę: ideo valuit.

1 Iuo pa. 5. c.337.

2 In capitu. Mart. Brac. c.52.de cōs. di.4. oi tempore.M.Bracha.c.56.

e ¶*Illud autem.*] Hic depingitur 96.distinct. magister posuit constitutione Honorij Augusti latam super electionem Romani Pontificis.79.distin. si duo. Sed ne viderentur laici habere potestatem contuendi vel disponendi de rebus ecclesiæ: ideo reducit hic illam constitutionem ad memoriam, " vt ostendat quòd laicus non habet potestatem suo iure constituendi aliquid de rebus ecclesiæ. bene tamē possunt laici rogati concilijs interesse, & de rebus ecclesiasticis constituere. non tamen vt valeat eorum constitutio, quia ꝑsi constituerunt: sed quia ratum habet ecclesia, vt dicit Gratia. infrà distinct. proxim. §.1.&c.

3 Ansel.l.7. c.188. Bur. l.5. cap.44. Iuo p.2. ca. 53.

" laici ḋ reb° ecclesiæ nihil posſūt cōstituere.

† ἐντωχυριακῳ

scopo ingredi, nisi fortè aut ægrotet episcopus,aut in A peregrinationis [a] commodo eū abesse constiterit.

A ¶In peregrinationis cōmodo.] *Sic prisca versio: sed Dionysius longè propius ad verba Greca,* nisi forsitan infirmitate detineatur,aut ꝓficiscatur episcopus.
πλὼ ἐι μὴ ἀνωμαλοίη, ἢ ἀποδημεῖ ὁ ἐπὶ σκοπος.

Item ex concilio Carthaginensi, 4.*cap.*34.

¶Episcopus nō dominum,sed collegā se presbyterorū cognoscat.

CAP. IX.

EPiscopus in quolibet loco sedens stare presbyterum non patiatur [b].

*Item ex eodem,cap.*35.

¶De eodem.

CAP. X.

1 EPiscopus in ecclesia,& in consessu presbyterorū sublimior sedeat. Intra domum verò collegam se [c] presbyterorum esse cognoscat.

Item ex concilio Martini Papæ.

¶Sine præcepto episcopi presbiter non signet infantes.

CAP. XI.

2 PResbyter præsente episcopo non signet [d] infantes, nisi ab episcopo fuerit illi præceptum.

[*Item ex concilio Neocæsariensi* A *,cap.*13.]

¶[De eodem.]

CAP. XII.

PALEA.

3 PResbyteri ruris,in ecclesia † ciuitatis, episcopo pręsente,vel presbyteris ipsius vrbis,offerre non possunt, nec panem sacrificatum B dare, calicemque porrigere.Si verò absentes hi fuerint,& ad c dā dam orationem vocentur soli,dare debebunt.

A ¶Neocæsariensi.] *Antea citabatur ex Genuensi.Restituta est inscriptio ex cęteris collectoribus. Est autem hæc ferè Dionisij versio.*

BEne quidem.] CASVS.Symmachus Papa ægrotans,cū de salute corporis desperaret, timens schisma posse contingere post mortem suam iniunxit Basilio, vt interesset electioni successoris post mortem suam propter schisma remouendum. tempore procedente quidam episcopi tractabāt de electione successoris Symmacho adhuc viuente. quo audito Basilius congregauit concilium, & fecit constitutionē, ne liceret electionem Papæ fieri sine eius præsentia: nec liceret Papę alienare res ecclesiæ, & si alienatæ essent reuocari debere: & quædam alia,quę in capitulo recitantur, constituit.Symmachus autem postea reconualescens post mortē Basilij congregata synodo omnia post recitationem eorum retractauit. Et no.quòd quandoque loquitur Symmachus,vt in principio quandoque notarius,q continuat verba diuersorum per totum hoc cap. quandoque synodus, quandoque Basilius: quandoque aliqs de synodo. & ego cum Hu.ad maiorē itelligētiā aliquantulū lati° posui casū,q̄ Bened.Duo c. seq.per te videbis.

4 s. dist.6 c.si duo.

5 in syno.Ro 3. sub Symmacho. c. & seq.

f ¶*Bene.*] symmachus Papa laborabat ī extremis,& timuit ne in electiōe sui successoris ꝓpter strepitus hæreticorum schisma interueniret. " rogauit Patritium Basilium,qui gerebat vices Odoacris regis, ꝙ ipse interesset in electione sui successoris. Basilius statim Symmacho viuente fecit quandam constitutionē, s.quòd sine eius consultatione non fieret electio summi Pontificis.Prętera, ꝙ non liceret alicui prædium ipsius ecclesię alienare: quę constitutio retractatur hic: tū quia ibi quædā constituta sūt q̄ à laico nō possunt cōstitui: tū qa res esset mali exempli.63.di. §.verū.

" Basilius Symmacho rogatus interfuit electiōi Papæ.

g ¶*Plenitudo.*] j. 6.q. 1.si omnia.

" cōsensus clericorū ñ sufficit ī cōtractibus rerū ecclesiasticarum.

h ¶*Maxime.*]bene diffiniuit,supple.

i ¶*Memoriæ.*] ergo iā decesserat Basilius tempore huius synodi.

† sed vt possit]Orig.

k ¶*Vel subscripsit.*]ar. " ī cōtractib.rerū eccle siasticarū ñ sufficere cō sensū clericorū; nec alienationib.nisi speciaLiter subscribāt [a], arg. 10.q.2,casellas.12.q.2. abbatib.& ç. sine exceptione.

a De hoc no. 100.dis. optatū. ibi videas. Itē adde in quibus casibus requiratur subscriptio, no.B. in l.diuus. §.senatus. ff.ḋ fal.

l ¶*Inde disputem.*]nō est di-

DISTINCT. XCVI.

4 ILlud autē [c] Honorij Augusti, *quod de electione summi Pontificis suprà cōstituisse legit, nullius esse momenti probatur: cum non solùm de ordinibus, sed nec etiā de rebus ecclesiasticis legatur aliquando laicis attributa disponendi facultas. Vnde quæcunque à Principibus in ordinibus,vel in ecclesiasticis rebus decreta inueniūtur,nullius auctoritatis esse monstrantur.*

Vnde Symmachus Episcopus catholicæ ecclesiæ vrbis Romæ synodo præsidens dixit [s].

¶Dę rebūs ecclesiasticis disponendis, laicis nulla facultas relinquitur.

CAP. I.

BEne [f] quidem fraternitas vestra ecclesiasticis legibus obsecuta sub diuini timore iudicij, quæ erant statuenda definiuit, & ad iustitiæ cumulum peruenit, dum sufficiēter vniuersa complectitur:nec adiectiōe indiget plenitudo [g], maximè [h] de clericis, quos amor dominationis inuasit, & iugum disciplinæ ecclesiasticæ fecit respuere, *& paulò post.*

¶Quorum excessus enarrare difficile est: vnū tamen, quod occurrit, venerando ordini vestro intimare non differo. Dixerunt inter alia, scripturam quandam illustris memoriæ [i] Basilium, quasi pro ecclesiasticæ amore substantiæ, conscripsisse:in qua nullus Romanæ ecclesiæ, nec interfuit, nec subscripsit [k] antistes, per quē potuisset sortiri legitimā firmitatem. Ne verò ego inde disputem [l], vnde † pōt vestrū iudicare concilium: requiratur,& deferatur in medium,vt ex lectione cognoscatis, cuiusmodi possit habere substantiā.

est disputandum de eo, de quo statim constare potest. si ergo vxor petat sibi virum restitui, & vir paratus est incontinenti probare cõsanguinitatẽ, non est audienda. ff. vt in pos. le. si is à quo. arg. contra extra de restit. spol. c. literas.

a ¶ *Synodus.*] verba notarij.

b ¶ *In Mausoleo.*] verba sunt scriptoris.

"Mausoleũ quid sit.

"Mausoleum propriè est sepulchrum principis. Et dicitur à Mausoleo Rege, cui vxor Arthemisia pudicitiæ insignis construxit sepulchrum miræ pulchritudinis. Vnde & alia sepulchra sic sunt appellata.

1 ibid. c. 2. † in vnum apud beatum] Orig.

†resedisset, sublimis] Orig.

c ¶ *Electione.*] non tamen, vt aliquid inde constitueres, & ita excessisti finem mandati Basilij.

2 Verba Basilij. †nostri] ori.

d ¶ *Ac ne confusionis.*] prosecutio legis, & continuantur verba sic, non celebretur de electione Papæ, &c. ac ne.

† al. ne per.

e ¶ *Nihil debuisset.*] hoc dicit propter quosdam, qui viuente priore Symmacho tentauerunt alium eligere, vt dist. 79. si quis Papa. & c. nullus. Ioan.

† al. ciuilitatis.

† al. tamen admonitione.

3 Abest dictio [Symmachi] ab Orig. sed auctor casus, & gl. habuit

f ¶ *Præferentes.*] i. primò statuentes.

"Prædiũ est duplex.

g ¶ *Rusticum.*] "quid sit rusticum prædium, & quid sit vrbanum prædium, habemus, ff. de seru. rust. præd. & ff. de seru. vrb. præd. per totum.

h ¶ *Titulis.*] siue donationis, siue emptionis.

† al. vtrum. † prætermissas psonas religiosas] codex can.

i ¶ *Maximus.*] sic & iurisperiti dicunt quid sentiant. ff. de his quæ in testa. delent. l. proximè.

" Laicus potest excommunicare ex Papæ delegatione.

k ¶ *Laico.*] "nõ licuit laico iure suo, sed ex delegatione Papæ bene: arg. 32. dist. §. verũ. 10. q. 3. c. vl. Sed vtrum episcopus laico possit hoc committere, iam dicemus j. ea. c. & non. M. tamen dicit contra: quia mucro est episcopi: imo nec presbyter hoc potest.

4 Verba Basilij.

†vestræ sanctitatis.

l ¶ *Munitum.*] nam si quis emit rem ecclesię, vel aliam rem in casu illicito, non potest prescribere. Nã dicit lex, & nõ est dubium eum malæ fidei possessorem qui contra legum interdicta mercatur. C. de agr. & censi. lib. 11. quemadmodum. nam nec iuris ignorãtia potest eum excusare. ff. de iur. & fac. igno. l. iuris. & hoc benignè statuerat: secus tamen est de iure: "quia bene

" Laicus vtrum rẽ ecclesię possit ꝑscribere.

¶ Sancta synodus [a] respondit, deferatur in medium, vt cuiusmodi sit, possit agnosci. Et dũ diceret, Hormisda diaconus recitauit. [1 Cum A in † Mausoleo [b], quod est apud beatum Petrum Apostolum, resideret † sublimis, & eminentissimus vir præfectus prætorio, atq; patritius, agens etiam vices præcellentissimi Regis Odoacris Basilius, dixit. 2 Quanquam studij vestri †, & religionis interfit, vt in episcopatus electione [c] concordia principaliter seruetur ecclesiæ: ne tamen † per occasionẽ seditionis, status ciuitatis † vocetur in dubium, admonitione † beatissimi viri Papę nostri Symmachi 3 Simplicij, quam ante oculos semper habere debemus, hoc nobis meministis sub obtestatione fuisse mandatum, vt propter illum strepitum, & venerabilis ecclesiæ detrimentum, si eum de hac luce transire cõtigerit, non sine nostra consultatione, cuiuslibet celebretur electio.] Hæc cum legerẽtur, Crescónius episcopus ciuitatis Tudertinæ ecclesiæ, surgẽs è confessu dixit. [Hic perpendat sancta synodus, vti † ꝑtermissis † ꝑsonis religiosis, quib. maximè curæ est de tãto Pontifice, electionẽ laici in suã redegerint potestatẽ: qđ contra canones esse manifestũ est.] ¶ Itẽ Hormisda diacon⁹ legit. 4 Nam & cum quid confusionis [d], atque dispendij venerabilis ecclesia sustineret, miramur, prætermissis nobis, quidquam de rebus ecclesiæ fuisse tentatum, cum etiam sacerdote nostro superstite nihil sine nobis debuisset [e] assumi. Quare si amplitudini vestræ †, vel sãctitati placet, incolumia omnia quæ ad futuri antistis electionem respiciunt, religiosa veneratione seruemus, hanc legem specialiter præferentes [f], quam nobis, hæredibusq; nostris, Christianæ mentis deuotione sancimus: ne vnquam prædiũ, seu rusticum [g], seu vrbanum, vel ornamenta, aut ministeria ecclesiarũ, quæ nunc sunt, vel quæ ex quibuslibet titulis [h] ad ecclesiarum iura peruenerint, ab eo, qui nunc antistes sub electione cõmuni fuerit ordinãdus, & illis, qui futuris seculis sequentur, quocunq; titulo, atq; commẽto alienari liceat. Si quis verò aliquid eorum alienare voluerit, inefficax, atq; irritum iudicetur, sitq; facienti, vel cõsentienti, accipiẽtiq; anathema. Maximus [i] episcopus Bleranæ ecclesiæ dixit. [Modò sancta synodus dignetur edicere, si licuit laico [k] homini anathema in ordinem ecclesiasticum dictare: aut si potuit laicus sacerdoti anathema dicere, & contra canones, quod ei non competebat, constituere. Dicite, vobis quid videtur? De meli cuit laico legem dare?] Sancta synodus dixit, Non licuit, & adiecit, lege sequentia.

¶ 5 Hormisda diaconus legit. [Et is, qui prædium rusticum, vel vrbanum iuris ecclesiastici fuerit cõsecutus, nouerit se nulla lege, vel præscriptione munitum [l]: sed siue is, qui alienauerit, siue qui eum † sequetur, voluntate contraria prædium huiusmodi alienatũ reuocare B voluerit, id cum fructibus restituat, quos † illic fuerit consecutus. ¶ Hæc cum legeret, Stephanus epũs Venusinæ ecclesiæ surgens è cõfessu dixit, perlegatur [m]. Hormisda diaconus legit. 6 Qua c pœna placuit accipiẽtis etiam hæredes [n] afficere. In qua re cuilibet clericorũ contradicẽdi libera sit facultas. Iniquum est enim, & sacrilegij instar, vt q̃ vel pro salute, vel pro requie animarũ suarũ † vnusquisq; venerabili ecclesię, pauperũ causa contulerit, aut certè reliquerit [o], ab his quos hæc maximè seruare cõuenerat, in alterum † transferãtur. Planè quecũq; in gẽmis, vel auro, atq; argento, necnon & vestibus minus apta vsib. vel ornatui videbunt ecclesię, q̃ seruari, ac diu manere nõ pñt, sub iusta æstimatiõe vẽdãtur [p], & erogationi † religiosæ ꝑficiant [q].] ¶ Cũq; lecta fuisset, Laurẽtius epũs Mediolanẽsis [r] ecclesię dixit [Ista scriptura nullũ Romanæ ciuitatis potuit obligare Pontificẽ: quia non licuit laicos statuendi in ecclesia, præter Romanum [s] præscribit laicus rem ecclesiæ cum fructibus etiam percipiẽdis, si sit malæ fidei possessor. de re. spol. grauis.

ADDITIO. Ad hoc ext. de præscr. ad audientiam. iuxta fi. Super hoc videas quæstionem B. quæ incip. esto quòd res ecclesiastica, &c. & quod not. j̃. 16. quæst. 3. vniuersas. in glo. non dicit. Arch.

m ¶ *Perlegatur.*] ff. de legibus, & senatusconsul. l. inciuile.

n ¶ *Hęredes.*] turpia enim lucra ab hæredibus sunt extorquenda. ext. de vsur. tua. ff. de calum. in hæredem. Sed & alienator posset conueniri, vt not. 12. q. 2. monemus.

o ¶ *Reliquerit.*] in morte. relinquendi nãque verbum, &c. ff. de tab. exhib. l. 1. §. vlt. [a]

a Et habes hoc qđ hic dr. 16. q. 1. in canonib. Arch.

p ¶ *Vendantur.*] argu. C. de admi. tut. lex.

q ¶ *Proficiant.*] hic terminatur lex ipsa.

r ¶ *Mediolanensis.*] ar. Mediolanensis prærogatiuam sedis habere ante Rauennatem, cum ante eum respondere tur, sicut in alia synodo ante eum scripsisse legitur. s̃. di. 17. §. hinc. & §. illud igitur. G. tamen aliter hoc soluit. dist. 17. §. illud.

5 Verba Basilij.

f ¶ *Præter Romanũ.*] i. Papę auctoritatem, & consensum eius. Sed cõtra. 16. q. vl. in nona actione. Sed ibi non prohibetur, quòd episcopus laico non possit committere officiũ ad tempus, sed ne iurisdictionem largiatur ei in perpetuum. "Et est argu. Papam quamlibet causam ecclesiasticam committere posse laico: arg. 23. distin. mulier. & 94. dist. valde. 5. qõ. 3. qui episcopus. contra 79. distin. si duo. j̃. eod. denique. contra. Intelligendum est non sua auctoritate. "Sed nunquid auctoritate episcopi potest laicus aliquid constituere in ecclesia? videtur, quòd prædicare potest inuitatus à clericis. 23. distin. mulier. arg. ext. de fo. compet. nullus iudicum. Dic cum H. quòd non potest ex delegatione episcopi causas spirituales tractare, nec excommunicare. vnde nihil faciunt qui per pueros excommunicant & perseruientes. Causam autem ciuilem laicis episcopus committere potest, & ita intellige prædictam decret. in nona. Et quod dicitur de prædicatione speciale est. Quid ergo di-

† al. q illud.

" Causa q̃libet ecclesiastica per Papã laico cõmitti põt. 6 cap. 3. Basilij verba.

" Laicus an epi auctoritate põssit ī eccelesia aliquid constituere.

† al. suorum

† al. alienitatem.

† al. erogatio religioni proficiat.

ces de templarijs? non ne ipſi poſſunt excommunicare fratrem ſuũ? Dici poteſt, quòd ſic: quia ipſi non ſunt laici.arg.12.q.1.duo.Credo quòd non poſſunt, niſi ſint presbyteri.extra de ſent. excommu. canonica.

a ¶*Imperandi.*] ĩ.16. q.vlt.non placuit.

b ¶*Legatur.*] verum eſt, quòd non legitur aſſenſus metropolitanorum ſecundum canones,id eſt legitimus: bene tamen legitur cõſenſus eporũ. arg.ĩ.eo c.1. Illa autem determinatio quę præcedit, ſecũdum canones,ſoluit contra.

c ¶*Nec canonibus.*] coniũctim accipe hæc duo diuiſa.

d ¶*Religioſis.*] ĩ.16. q.vlt.laicis.

e ¶*Debere.*] ĩ.9.q.3. cap.2.

f ¶*Qui meritò.*] s̃.40. diſt.non vos.

g ¶*Primatum.*] ĩ.9. q.3. nemo. & c.antiquis.

h ¶*Tribuere.*] s̃. diſt. 16.c.1.& 2.

i ¶*Carere.*] s̃.diſt.21. in tantùm.

1 ĩ.9.q.3. c.2.

k ¶*Vel Stephani.*] iſte tamen Stephanus non dixit, niſi perlegatur: & ſic per tale verbum intelligitur aliquis cõſentire,vt no.s̃.63.diſt. cum Hadrianus.

l ¶*Ratione.*] arg. ratione auctoritatis aliqua repelli, licet ſint bona. arg. 16.diſt. c.1. 1.q.1. principatus.ff.de re mil. l.3. §. in bello. arg. contra.1.q.1.Dominus declarauit. arg. cõtra.1.q.1. nonne Sodomitæ.

† al.nunc † al.prærogatiua.

m ¶*Actione.*] dicitur prima actio : quia fiebat pro prima die in ſynodo. 16.quæſt.7.in nona.

† al.conſecrari.

n NOS.] *Intereſſe.*] Similiter ſolebat intereſſe electioni Papæ propter hæreticorum ſcandalum:arg. diſt.63.quia ſancta.

† al.liquet.

o ¶*Inuenta.*] " Et ita videtur quòd poſſit de fide catholica diſputari.ar.contra.C.de ſum. tri.nemo. 24.q.3. cum quib.Reſpondeo:dubitando non licet diſputare de ea:quia dubius in fide, hæreticus eſt. extra de hæret.dubius. aliàs diſputatur. ĩ.ead. ſatis. 23. quæſt. 6. vides.C.de epiſc. & cler. quoniam.

" Diſputari vtrũ poſſit de fide catholica.

Pontificem, habere aliquam poteſtatem,quos obſequendi manet neceſſitas,non auctoritas imperandi[a],maximè cum nec Papa Romanus ſubſcripſerit,nec alicuius ſecundum canones metropolitani legatur[b] aſſenſus.] ¶Petrus epiſcopus Rauennatis eccleſiæ dixit [Scripturam,quę in noſtra cõgregatione vulgata eſt, nullis eam viribus ſubſiſtere manifeſtum eſt: quia nec canonibus[c] cõuenit,& à laica perſona concepta videtur: maximè quia in ea nullus præſul ſedis Apoſtolicæ interfuiſſe, vel propria ſubſcriptione firmaſſe monſtratur.] ¶Eulalius epiſcopus Syracuſanæ eccleſię dixit [Scripturã quæ in ſacerdotali concilio recitata eſt, euidentiſſimis documentis conſtat eſſe inualidam.Primùm,q cõtra Petrum regulas à laicis, quamuis religioſis[d] (quibus nulla de eccleſiaſticis facultatibus aliquid diſponendi legitur vnquam attributa facultas) facta videtur: deinde q nullius præſulis Apoſtolicę ſedis ſubſcriptione firmata docetur. 1 Quòd ſi cuiuslibet prouincię ſacerdotes intra terminos ſuos concilio habito, quidquid ſine metropolitani ſui auctoritate tentauerint, irritum eſſe debere[e] ſancti Patres ſanxerunt, quantò magis, quod in Apoſtolica ſede, non † exiſtente præſule (qui meritò † [f] beati Petri Apoſtoli p vniuerſum orbem primatum[g] obtinens ſacerdotij,ſtatutis ſynodalibus cõſueuit tribuere[h] firmitatem) à laicis (licet cõſentientibus aliquãtis epiſcopis,qui tamen Pontifici à quo conſecrati † probantur,prę iudiciũ inferre non potuerunt) præſumptum fuiſſe cognoſcitur,viribus carere[i] non dubiũ eſt,nec poſſe inter eccleſiaſtica vllo modo ſtatuta cenſeri.] ¶Sancta ſynodus dixit. Licet † ſecũdum proſecutionem venerabilium fratrum noſtrorũ, Laurentij,Petri, Eulalij, Creſconij,Maximi,vel Stephani[k], nec apud nos incertum habetur hanc ipſam ſcripturam nullius eſſe momenti: verumtamen etiam ſi aliqua poſſet ratione[l] ſubſiſtere,modis omnibus in ſynodali conuentu prouida beatitudinis veſtræ ſentẽtia eneruari conueniebat, & in irritum deduci,ne in exemplum remaneret præſumendi quibuslibet laicis, quamuis religioſis,vel potentibus in quacunque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de eccleſiaſticis facultatibus, quarum ſolis ſacerdotibus diſponendi indiſcuſsè à Deo cura commiſſa docetur.

a ¶Cum in Mauſoleo.] *Hoc initium ſcripturæ Baſilij in tomis cociliorum, & codice canonũ ſic habet,* Cum in vnum apud beatum Petrũ Apoſtolũ reſediſſent, ſublimis, &c. *Omnino autem multæ ſunt huius c. varietates in exemplaribus Gratiani,in varijs cõciliorum editionibus, & in codice canonum: ex quibus eæ tantùm partim indicatæ, partim notatæ ſunt, quæ maioris ponderis ſunt viſæ.*

b ¶Reuocare.] *Sic eſt emendatum ex omnibus concilij exemplaribus & impreſſis,& manuſcriptis, cum antea legeretur,*retinere.

c ¶Qua pœna.] *In omnibus editionibus conciliorom legitur,* Quam pœnã placuit accipientis hæredes, prohæredesque reſpicere. *In codice verò canonum manuſcripto non eſt dictio,*prohæredesque.

Vnde in ſexta actione[m] *Chalcedonenſis concilij Martianus Imper. dixit inter cætera.*

¶Imperatores ad fidem confirmandam, non ad potentiam oſtendendam ſynodo intereſſe debent.

CAP. II.

2 NOs ad fidem confirmandam, non ad potentiam oſtendendam, exemplo religioſiſſimi principis Conſtãtini ſynodo intereſſe[n] voluimus,vt inuenta[o],veritate non vltrà multitudo prauis doctrinis attracta diſcordet.

Item ex eadem ſexta actione,in fi.

Quædam.] infra ead.ſatis.

p ¶*Seruauimus.*]confirmanda & terminanda.Hug.

q ¶*Sanciri.*] q.d.volumus eam per noſtrã legem ſiue conſtitutionem determinari & cõfirmari.Hug.

Vbi nam] Casvs. Hæc quatuor c. de Ignatio loquuntur iniuſtè depoſito auctoritate Michaëlis Imperatoris. Reprehẽdit ergo hic Nicolaus Imperatores,qui concilijs epiſcoporum intereſſe volebant, quod nõ eſt faciendum, niſi vbi de fide tractatur, quæ cõmuniter ptinet ad omnes tã clericos quàm laicos.

r ¶*Vbinam.*] Hæc 4.c. [a] loquũtur de materia Ignatij,de quo dicitur s̃.21.diſt. ſubmittitur. Arg.omiſſum intelligi quod ſcriptum non inuenitur.arg.10. q.1. hanc conſuetudinem.de conſec. diſt.4. cum itaque.& c.ſeq. ff. de verb.obl.quidquid.

a ſcilicet iſtud & tria ſeq.

s ¶*Interfuiße.*] niſi rogatos[b].63. diſt. Hadrianus.

b Et ſecũdũ hoc ceſſat contra riũ. 35.q.1 ad ſedem Arch.

t ¶*Ad clericos.*] Dicquòd hoc nomen,clericos, ſtrictè accipitur, vnde per fidẽ & ad omnes, &c. comprehẽdit Deo deuotos & tales perſonas. Vel dic prout ſonat.

u ¶*Pertinet.*] Arg." quod omnes tangit,ab omnibus debere tractari, & approbari[c]. arg. diſt.66. c.1. C.de auct. præſt.veterem. de hoc extra de ijs, quæ fiunt à præl.c.fi.

" Quod omnes tangit, dẽt ab omnib. approbari.

c Concord. extra de hi quæ fi. à pl ſine cõſen capi. c. vlt ibi videas.

¶De eodem. CAP. III.

3 QVædam capitula ſunt, quæ ad honorem veſtræ reuerentiæ vobis ſeruauimus[p], decorũ eſſe iudicantes à vobis hæc regulariter potius firmari per ſynodum,quàm noſtra lege ſanciri[q].

3 Anſ. ibid Deuſd. p.3

Item Nicolaus Papa in epiſtola ad Michaëlem Imper.quæ incipit [*propoſueramus.*]

¶Synodali conuentui Imperatores intereſſe non conuenit, niſi vbi de fide agitur.

CAP. IIII.

4 VBinam[r] legiſtis, Imperatores anteceſſores veſtros ſynodalibus conuentibus interfuiſſe[s], niſi forſitan in quibus de fide tractatum eſt,quæ vniuerſalis eſt,quæ omnium communis eſt, quæ nõ ſolùm ad clericos[t],verum etiam ad laicos,& ad omnes omnino pertinet[u] Chriſtianos?

4 Anſ.l.1 c.75.

Idem in eadem epiſtola.

Denique.

Denique.] Casvs. Statuit hic Nicolaus, vt Imperatores, qui tantùm rebus humanis præsident, se de rebus ecclesiasticis non intromittant, nec de clericis iudicent.

a ¶ *Denique.*] arg. quòd episcopus in causis ecclesiasticis laicum non possit præficere. Arg. contra. s. cad. bene quidem.

b ¶ *Iudicare.*] j. 17. q. 4. diffiniuit. contra. in fi. sed ibi dic, principis, id est, principalis personæ vel, id est, episcopi. 35. dist. ecclesiæ.

c ¶ *Præsumant.*] arg. quòd clericus diffinitionibus principum & laicorum non debeat supponi [a] nisi per recõuentionem.

¶ De prẽsulibus diuinarum rerum, qui humanis rebus præsunt, iudicare non possunt.

CAP. V.

1 DEnique [a] hi, quibus tantùm humanis rebus, & non diuinis, præesse permissum est, quomodo de his, per quos diuina ministrantur, iudicare [b] præsumant [c], penitus ignoramus.

Idem paulò inferius.

¶ Nec etiam Imperator iura Pontificis, nec Pontifex iura regia vsurpet.

CAP. VI.

2 CVm [d] A ad verum [e] ventum est, vltra sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatoriũ vsurpauit [f]: quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus sic actibus proprijs [g], & dignitatib. distinctis, officia potestatis vtriusque discreuit [h] propria volens medicinali humilitate sursum efferri, nõ humana superbia rursus [i] in infernum † demergi, vt & Christiani Imperatores ꝑ æterna [k] vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium [l] tantummodo [m] rerum imperialibus legibus vterentur: quatenus spiritualis actio carnalibus † distaret incursibus: & ideo militans Deo minimè se negotijs secularibus implicaret; ac vicissim nõ ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset negotijs secularibus implicatus.

A ¶ Ad verum.] *Post vltima verba capitis antecedentis sequitur continenter in eadem Nicolai epistola.* Fuerunt hæc ante aduentum Christi, vt quidam typicè reges simul & sacerdotes existerent. Quod sanctũ Melchisedech fuisse sancta prodit historia: quodque in membris suis diabolus imitatus: (vtpotè, qui semper quæ diuino cultui conueniunt, sibimet tyrannico spiritu vẽdicare contendit) vt pagani Imperatores ijdem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum est, eundem Regem atq; Pontificem, vltrà sibi, &c. *Nihil autem mutatum est, & ob glossam, & quoniam est initium capitis. Nonnulla verò alia huc pertinẽtia notata sunt s. dist. 10. c. quoniam.*

Idem in eadem paucis interiectis.

¶ A seculari potestate Pontifex prorsus nec solui, nec ligari valet.

CAP. VII.

3 SAtis euidenter ostenditur [n], à seculari potestate nec ligari prsus, nec solui posse Pontificem, quem constat à Pio principe Constãtino (qđ lõgè superius memorauimus) Deum appellatum [o]: nec posse Deum ab hominibus iudicari manifestum est. 4 Sed & Theodosius [A] minor sanctæ synodo scribens Ephesinæ [p] primæ, dixit [Deputatus est igitur Candidianus magnificẽtissimus comes strenuorum domesticorum transire vsque ad sanctissimam synodum vestrã, & in nullo quidem ijs, quæ faciendæ sunt de pijs dogmatibus quęstiones, seu potius [q] ex positiones, communicare. Illicitum namq; est eum, qui non sit ex ordine sanctissimorum eporum, ecclesiasticis intermiscri tractatib. †] *& post pauca.* ¶ His itaq; manifestè repertis apparet cõministrum nostrũ Ignatium per imperialem tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus expelli. In cuius damnatione, quia præsulum quoque assensus est subsecutus, apparet id causa fuisse patratum adulationis, non legitimæ sanctionis.

A ¶ Theodosius minor.] *Verba hæc sunt accepta ex epistola Theodosii, ac Valentiniani Imperatorum synodo Ephesinæ per Candidianũ missa, quæ est in extremo primæ actionis ipsius synodi. In versione antiqua, quæ seruatur in bibliotheca Vaticana, & quæ Lutetiæ edita est, eadem planè hoc loco habentur verba cum his, quæ refert Nicolaus, & optimè conueniunt cum Græcis.*

Idem Ludouico Imperatori. [5]

habendi. si. extra de iudi. nouit.

Denique.] Casvs. Statuit hic Nicolaus, vt Imperatores, qui tantùm rebus humanis præsident, se de rebus ecclesiasticis non intromittant, nec de clericis iudicent.

a ¶ *Denique.*] arg. quòd episcopus in causis ecclesiasticis laicum non possit præficere. Arg. contra. s. cad. bene quidem.

b ¶ *Iudicare.*] j. 17. q. 4. diffiniuit. contra. in fi. sed ibi dic, principis, id est, principalis personæ vel, id est, episcopi. 35. dist. ecclesiæ.

c ¶ *Præsumant.*] arg. quòd clericus diffinitionibus principum & laicorum non debeat supponi [a] nisi per recõuentionem.

¶ De prẽsulibus diuinarum rerum, qui humanis rebus præsunt, iudicare non possunt.

CAP. V.

1 DEnique [a] hi, quibus tantùm humanis rebus, & non diuinis, præesse permissum est, quomodo de his, per quos diuina ministrantur, iudicare [b] præsumant [c], penitus ignoramus.

Idem paulò inferius.

¶ Nec etiam Imperator iura Pontificis, nec Pontifex iura regia vsurpet.

CAP. VI.

2 CVm [d] A ad verum [e] ventum est, vltra sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatoriũ vsurpauit [f]: quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus sic actibus proprijs [g], & dignitatib. distinctis, officia potestatis vtriusque discreuit [h] propria volens medicinali humilitate sursum efferri, nõ humana superbia rursus [i] in infernum † demergi, vt & Christiani Imperatores ꝑ æterna [k] vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium [l] tantummodo [m] rerum imperialibus legibus vterentur: quatenus spiritualis actio carnalibus † distaret incursibus: & ideo militans Deo minimè se negotijs secularibus implicaret; ac vicissim nõ ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset negotijs secularibus implicatus.

A ¶ Ad verum.] *Post vltima verba capitis antecedentis sequitur continenter in eadem Nicolai epistola.* Fuerunt hæc ante aduentum Christi, vt quidam typicè reges simul & sacerdotes existerent. Quod sanctũ Melchisedech fuisse sancta prodit historia: quodque in membris suis diabolus imitatus: (vtpotè, qui semper quæ diuino cultui conueniunt, sibimet tyrannico spiritu vẽdicare contendit) vt pagani Imperatores ijdem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum est, eundem Regem atq; Pontificem, vltrà sibi, &c. *Nihil autem mutatum est, & ob glossam, & quoniam est initium capitis. Nonnulla verò alia huc pertinẽtia notata sunt s. dist. 10. c. quoniam.*

Idem in eadem paucis interiectis.

¶ A seculari potestate Pontifex prorsus nec solui, nec ligari valet.

CAP. VII.

3 SAtis euidenter ostenditur [n], à seculari potestate nec ligari prsus, nec solui posse Pontificem, quem constat à Pio principe Constãtino (qđ lõgè superius memorauimus) Deum appellatum [o]: nec posse Deum ab hominibus iudicari manifestum est. 4 Sed & Theodosius [A] minor sanctæ synodo scribens Ephesinæ [p] primæ, dixit [Deputatus est igitur Candidianus magnificẽtissimus comes strenuorum domesticorum transire vsque ad sanctissimam synodum vestrã, & in nullo quidem ijs, quæ faciendæ sunt de pijs dogmatibus quęstiones, seu potius [q] ex positiones, communicare. Illicitum namq; est eum, qui non sit ex ordine sanctissimorum eporum, ecclesiasticis intermiscri tractatib. †] *& post pauca.* ¶ His itaq; manifestè repertis apparet cõministrum nostrũ Ignatium per imperialem tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus expelli. In cuius damnatione, quia præsulum quoque assensus est subsecutus, apparet id causa fuisse patratum adulationis, non legitimæ sanctionis.

A ¶ Theodosius minor.] *Verba hæc sunt accepta ex epistola Theodosii, ac Valentiniani Imperatorum synodo Ephesinæ per Candidianũ missa, quæ est in extremo primæ actionis ipsius synodi. In versione antiqua, quæ seruatur in bibliotheca Vaticana, & quæ Lutetiæ edita est, eadem planè hoc loco habentur verba cum his, quæ refert Nicolaus, & optimè conueniunt cum Græcis.*

Idem Ludouico Imperatori. [5]

habendi. si. extra de iudi. nouit.

1 Ans. ibid.

a Concor. tex. in l. 1. C. de sum. tri. & l. mercatores. C. de com. & merc. & l. 1. cum glo. C. de eunuc.

2 s. dist. 10. c. quoniam. Ansel. ibid.

† al. inferna

† al. à carnalibus.

" Imperator vtrũ habeat iurisdictionẽ à Papa.

2. Tim. 2.

b Concor. tex. ĩ auth. vt ꝓpo. no. impe. in prĩ. col. 6.

Genes. 14.

c In princ. sed parum facit.

" Christus quædam vt Imperator, & quædã vt Rex gessit.

" Christus officium sacerdotis, & Impatoris gessit.

" Christus humilitate sua omnes erexit.

3 Ans. l. 1. c. 71.

" Legibus an sit vtẽdũ in causis spiritualibus.

4 Rufinus in hist. li. 1. c. 2.

d Adde qd quãdo contrariant canonib. no. Cy. in l. fin. C. de int. ma. iter pu. & tut. & in auth. cassa. C. de sacro san. eccl.

e Adde ad hoc Cyn. & Pe. de Bellap. in l. 1. C. q̃ sit lon. conſ. & l. cũ clericis. C. de episc. & cler.

† σχέμματοιν.

5 Habẽtur aliqua ĩ ea. epist. ad Michaelem.

" Dubitandum nõ est de fide.

" Dogma & doma differunt.

a Concor. tex. in l. 1. C. de sum. tri. & l. mercatores. C. de com. & merc. & l. 1. cum glo. C. de eunuc.

1 Ans. ibid.

2 s. dist. 10. c. quoniam. Ansel. ibid.

† al. inferna

† al. à carnalibus.

" Imperator vtrũ habeat iurisdictionẽ à Papa.

2. Tim. 2.

b Concor. tex. ĩ auth. vt ꝓpo. no. impe. in prĩ. col. 6.

Genes. 14.

c In princ. sed parum facit.

" Christus quædam vt Imperator, & quædã vt Rex gessit.

" Christus officium sacerdotis, & Impatoris gessit.

" Christus humilitate sua omnes erexit.

3 Ans. l. 1. c. 71.

" Legibus an sit vtẽdũ in causis spiritualibus.

4 Rufinus in hist. li. 1. c. 2.

d Adde qd quãdo contrariant canonib. no. Cy. in l. fin. C. de int. ma. iter pu. & tut. & in auth. cassa. C. de sacro san. eccl.

e Adde ad hoc Cyn. & Pe. de Bellap. in l. 1. C. q̃ sit lon. conſ. & l. cũ clericis. C. de episc. & cler.

† σχέμματοιν.

5 Habẽtur aliqua ĩ ea. epist. ad Michaelem.

" Dubitandum nõ est de fide.

" Dogma & doma differunt.

g ¶ *Proprijs.*] id est, imperij & sacerdotij: vel proprijs quo ad Christum. " quædam enim gessit tanquam Imperator: puta cum eiecit de templo, &c. 2. quæst. 7. accusatio. & cum coronam de spinis portauit. quod est signum regni. 12. q. 1. duo. quædam gessit vt sacerdos: quando seipsum obtulit in ara crucis pro sacrificio.

h ¶ *Discreuit.*] Imo videtur contra: " quia non discreuit, sed confudit, cum ipse vnus & idem vtrunq; officium gessit. Sed dic quòd ideo ipse vtrunque officium gessit per se, vt notaret quòd ex eodem fonte processerunt. 21. dist. cleros. in fi. nam dicit lex, quòd summa nobis dona à Deo concessa sunt, scilicet sacerdotium, & imperium. in auth. quom. opor. episc. in princ. col. 1.

i ¶ *Rursus.*] Primus ꝑ superbiam cecidit. vnde homines in infernũ demergebãtur. " Christus autem nos humilitate sua sursum erexit, sed si haberent omnes omnia officia, superbirent, ita quòd iterum demergerentur in infernum.

k ¶ *Pro æterna.*] j. de pœn. dist. 1. mutiplex.

l ¶ *Temporalium.*] Argum. " quòd in causis spiritualibus (vt in matrimonio) non sit vtẽdum legibus imperialibus. argu. 32. quæst. 2. inter hæc. 11. quæst. 1. continua. argumen. de consecra. distin. 3. cẽlebritatem. Sed in alijs licet eis vti, si non obuient canonibus [d], argumen. distin. 10. si in adiutorium. argumen. distin. 54. ex antiquis. Ber.

m ¶ *Tantummodo.*] Hoc aduerbium determinat tantùm illud adiectiuum, temporaliũ, non illud verbum; vterentur: & sic est falsũ hic notatum ab Hug. arg. quòd in causis spiritualibus, &c. Nam bene licet leges allegare in spiritualib. 35. q. 5. ad sedem. 15. quæst. 3. §. cum autem. Lau. [e] Vel dic tantummodo, id est, maximè. sic è contra. 11. q. 3. si quis episcopus.

Statis.] Casvs. Ostẽdit hic Nicolaus, ꝙ Ignatius auctoritate Michaëlis Imperatoris deponi non potuit: & hoc probat duobus exemplis, scilicet Constantini & Theodosij Imperatorum.

n *Ostenditur.*] in alia parte cap. quæ hic non est.

o ¶ *Appellatum.*] legitur enim omnes clericos Deos appellasse, vt 11. quæst. 1. sacerdotibus. 12. q. 1. futuram. secundum hanc rationem nec ab episcopo possent iudicari clerici: sed hoc dixit vt ostenderet quanti sint

g ¶ *Proprijs.*] id est, imperij & sacerdotij: vel proprijs quo ad Christum. " quædam enim gessit tanquam Imperator: puta cum eiecit de templo, &c. 2. quæst. 7. accusatio. & cum coronam de spinis portauit. quod est signum regni. 12. q. 1. duo. quædam gessit vt sacerdos: quando seipsum obtulit in ara crucis pro sacrificio.

h ¶ *Discreuit.*] Imo videtur contra: " quia non discreuit, sed confudit, cum ipse vnus & idem vtrunq; officium gessit. Sed dic quòd ideo ipse vtrunque officium gessit per se, vt notaret quòd ex eodem fonte processerunt. 21. dist. cleros. in fi. nam dicit lex, quòd summa nobis dona à Deo concessa sunt, scilicet sacerdotium, & imperium. in auth. quom. opor. episc. in princ. col. 1.

i ¶ *Rursus.*] Primus ꝑ superbiam cecidit. vnde homines in infernũ demergebãtur. " Christus autem nos humilitate sua sursum erexit, sed si haberent omnes omnia officia, superbirent, ita quòd iterum demergerentur in infernum.

k ¶ *Pro æterna.*] j. de pœn. dist. 1. mutiplex.

l ¶ *Temporalium.*] Argum. " quòd in causis spiritualibus (vt in matrimonio) non sit vtẽdum legibus imperialibus. argu. 32. quæst. 2. inter hæc. 11. quæst. 1. continua. argumen. de consecra. distin. 3. cẽlebritatem. Sed in alijs licet eis vti, si non obuient canonibus [d], argumen. distin. 10. si in adiutorium. argumen. distin. 54. ex antiquis. Ber.

m ¶ *Tantummodo.*] Hoc aduerbium determinat tantùm illud adiectiuum, temporaliũ, non illud verbum; vterentur: & sic est falsũ hic notatum ab Hug. arg. quòd in causis spiritualibus, &c. Nam bene licet leges allegare in spiritualib. 35. q. 5. ad sedem. 15. quæst. 3. §. cum autem. Lau. [e] Vel dic tantummodo, id est, maximè. sic è contra. 11. q. 3. si quis episcopus.

Statis.] Casvs. Ostẽdit hic Nicolaus, ꝙ Ignatius auctoritate Michaëlis Imperatoris deponi non potuit: & hoc probat duobus exemplis, scilicet Constantini & Theodosij Imperatorum.

n *Ostenditur.*] in alia parte cap. quæ hic non est.

o ¶ *Appellatum.*] legitur enim omnes clericos Deos appellasse, vt 11. quæst. 1. sacerdotibus. 12. q. 1. futuram. secundum hanc rationem nec ab episcopo possent iudicari clerici: sed hoc dixit vt ostenderet quanti sint

habendi. si. extra de iudi. nouit.

p ¶ *Ephesinæ primæ.*] quia secunda non est recepta in auctoritate.

q ¶ *Seu potius.*] optimè corrigit se: " quia qõnes non debẽt fieri super fide dubitando. arg. ext. de hær. dubius. " Dogma autem per g, est doctrina in fide, sine g, est angulus: vnde illud, sedebat domate domus. 25. q. 2. si quis.

IN *scripturis.*] CASVS. Ludouicus Imperator quando audiebat sacerdotem deliquisse, statim erat paratus credere & punire. Sed Nicolaus docet hoc non esse faciendum, sed potius esse defendendum, & peccatum eorum celandum: quod probat duob. exemplis, s. Constantini, & exemplo filiorum Noë, s. Sem & Iaphet, qui verenda patris operuerunt.

a ¶ *In scripturis.*] 11. q. 1. c. sacerdotibus.

1 Anſ. ibid.

b ¶ *Et cooperirem.*] ff. de iniu. eum qui nocentem. contra. " Sed hoc de occulto quod nõ posset probari: quia talia non habent vindictã: & sic solue contrarium illud. 83. dist. c. 3. illud autem in manifestis, in quibus etiã non deberet eum prodere, vt not. 2. qõ. 1. si peccauerit.

" Crimina occulta vindictam non habent.

† Explicassem & cooperuissem eum]

c ¶ *Contegatis.*] Et tamen corripiatis. 2. q. 1. si peccauerit. hoc de occultis intelligitur. nam de manifestis cogimur accusare, p̃missa tñ admonitione. 2. q. 7. quapropter. Arg. contra [a]. j. 5. q. 2. c. vlt. & q. 5. c. 1.

† al. talia.

a s. ad textum capituli.

QVis dubitet.] CASVS. Hermanus episcopus interrogauit an Pontifices regib. & principibus sint subijciendi. Et resp. non, & hoc probat duob. simili lib. s. filij & discipuli, q̃ insani reputantur, si velint sibi patrem & magistrum subiugare.

Genes. 9.

d ¶ *Si filius.*] 21. dist. nolite. sic in authen. de nup. §. si verò. col. 4. vbi dicit, " q̃ erubescit lex filios esse correctores patrum. si tñ pater caderet in furorem, filius daretur tutor, vt eum regeret. ff. de tu. & cur. da. ab his. l. his qui. 6. quęst. 1. oues. & c. sacerdotes.

" Filius patrem corrigere nõ debet.

3 Anſ. l. 1. c. 84. Iuo p. 5. c. 378. Pan. l. 5. c. 108.

DVo sunt.] CASVS. Gelasius Papa & Anastasius Imperator contendebant de præeminentia vnius ad alterum, & de præeminẽtia dignitatum. sed Gelasius ostẽdit hic, q̃ auctoritas Pontificalis lõgè maior est, q̃ culmen imperiale. Et hoc probat duabus rationib. Prima rõ est: quia Papa de anima Imperatoris & aliorum redditurus est rationem. Secũda est, quia colla regũ & principũ submittuntur genib. sacerdotum. Et hoc ꝓbatur duob. exemplis, s. Innocentij, & Ambrosij, qui Arcadiũ & Theodosiũ propter suos excessus excommunicauerunt.

4 Concor. Ale. de Im. in l. generaliter. coll. 2. ff. de in ius voc.

5 In ea. epi. Gregor. vij. Cap. l. 5. c. 167. Conci. Paris. l. j. c. 3

6 Poly. l. 1. tit. 27. Anſ. l. 1. cap. 73. Pan. l. 5. c. 109.

¶ Facta Pontificum Imperator iudicare non debet.

CAP. VIII.

IN scripturis [a] narratur Cõstantinus Imperator dixisse [Verè si proprijs oculis vidissem sacerdotẽ Dei, aut aliquem eorum, qui monachico habitu circumamicti sunt, peccãtẽ, chlamidẽ meam expoliarem †, & cooperirem [b] eum, ne ab aliquo videretur.] 2 In quibus desideratissime fili necessariò commonemini, vt quẽad modũ fide, & religione, ac honoris parilitate ei adæquari videmini: ita quoq; humilitate, atq; deuotione æquiparari nihilominus anheletis: ita vt in nullo inferior eo, sed potior in ueniamini post illius exẽpla, qui talẽ se exhibuit ante alia † prorsus exempla. Sed hoc quidem diximus cautos vos reddere cupientes, vt si de Domini sacerdotibus, q̃ iure Patres dicũtur, aliquid cõtigerit vos audire, quod cõfusionem pijs mentibus ingerat, non infruniti tum, sed pudoratos filios Noë imitãtes paternam de reliquo verecundiam contegatis [c], vt affluenti, quemadmodum & illi benedictione repleri, moderante Domino mereamini.

Item ex epist. Gregorij vij. ad Hermanum Metensem Episcopum, lib. 8. epist. 21.

¶ Regum, & Principum patres, & magistri sacerdotes esse censentur.

CAP. IX.

3 QVis dubitet sacerdotes Christi, regũ, & principum, omniumq; fidelium patres, & magistros censeri? 4 Nonne miserabilis insaniæ esse cognoscitur, si filius [d] patrem, discipulus magistrũ sibi conetur subiugare, & iniquis obligationibus illum suæ potestati subijcere: à quo credit non solùm in terra, sed etiam in cœlis se ligari posse, & solui?

Item Gelasius Papa Anastasio Impe. [5]

¶ Auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas, huius mundi gubernacula regunt.

CAP. X.

6 DVo [A] sunt [e] quippe Imperator Auguste, quibus [f] principaliter hic mũdus regitur: auctoritas [g] sacra Pontificum, & regalis potestas. In quibus [h] tantò grauius pondus est sacerdotum: quantò etiam pro ipsis regibus † hominum, in diuino sunt reddituri examine rationem [i].] *& post pauca.* ¶ [Nosti itaq; inter hæc ex illorum te pendere [k] iudicio [l]: non illos ad tuam redigi posse † voluntatem.] ¶ Talibus igitur institutis, talibusq; fulti auctoritatibus plerique Pontificum, alij Reges, alij Imperatores excommunicauerunt.

Nã si speciale aliquod de personis principum requiratur exemplum, beatus Innocẽtius Papa Arcadium Imperatorem (quia consensit [m], vt S. Ioãnes Chrysostomus à sua sede pelleretur) excommunicauit. [n] B. etiam Ambrosius, licet sanctus, non tamẽ vniuersalis ecclesiæ episcopus pro culpa, q̃ alijs sacerdotibus non adeo grauis videbatur [o], Theodosiũ magnum Imperatorẽ excommunicans ab ecclesia excluſit: qui etiam in suis scriptis ostendit, q̃ aurũ non tam pretiosius sit plumbo, quàm regia potestate sit altior dignitas sacerdotalis, hoc modo circa prĩcipium sui pastoralis scribens [7 Honor, fratres, & sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgori cõpares, & principum diademati, longè erit inferius, quàm si plumbi metallum ad auri fulgorem [p] compares: quippe cum videas regum colla, & principum submitti genibus sacerdotum, & osculata eorum dextera, orationibus eorum credant se cõmuniri.]

A ¶ Duo sunt.] *Caput hoc sumptũ est ex eadem epistola Gregorij septimi, ex qua antecedens: & ab hoc initio vsque ad verb.* voluntatem, *sunt verba ipsius Gelasii ex epistola, quæ habetur impressa, citata à Gregorio septimo*

B Excommunicauit.] *Si hic interponatur caput,* Alius item. j. 15. q. 6. *hæc pars epistolæ integra habebitur.*

Item Ioannes Papa.

¶ Imperatores debent Pontificibus subesse, non præesse.

CAP. XI.

8 SI Imperator catholicus est (quod salua pace ip-

Prima ratio est ibi, *In quibus tantò grauius.* Secunda est in fine. Exempla sunt in medio.

e ¶ *Duo sunt.*] In auth. quo. op. epis. in princ. col. 1. §. distin. 1. humanum.

ADDITIO. Ibi soluitur. facit ad ista 2. quæst. 8. §. item cum Dauid. Arch.

f ¶ *Quibus.*] vt ab eis. sunt autẽ alia duo quibus aut per quæ regitur, vt §. dist. 1. humanum genus.

g ¶ *Auctoritas.*] neuter pendet ex reliquo. & ita est arg. pro Imperatore: " quia diuinitus cõsecutus est imperium. j. ea. c. proxi.

† al. reginibus.

h ¶ *In quibus.*] id est, per quos. nam dicit lex ꝙ parũ est ius in ciuitate esse, nisi sint per quos ius reddatur. ff. de or. iur. l. 2. §. post originem.

" Impator imperiũ diuinitus consecutus est.

† al. velle.

i ¶ *Rationem.*] j. 18. q. 2. cognouimus.

k ¶ *Te pendere.*] quo ad spiritualia. j. de pœ. dist. 1. multiplex.

l ¶ *Iudicio.*] " Zacharias quoque Papa Regem Francorum deposuit, & in locum eius Pipinum substituit, vt j. 15. q. 6. alius.

" Regẽ Frãcoru Papa deponere potest.

m ¶ *Consensit.*] arg. cõ sentientem maiori pœna adstringi quàm facientem. arg. 24. q. 3. qui aliorum. arg. §. 86. dist. tanta nequitia.

n ¶ *Excomunicauit.*] " not. principem posse excõicari ẽt à quouis epo. §. dist. 63. Valentinianus. arg. j. 11. q. 3. si aũt vobis. vł tñ, ꝙ hoc fecerit ex delegatione synodi, qđ innuitur ex illo, pro culpa, quæ ab alijs sacerdotibus, &c. Sed primũ est verum.

" Princeps etiã ab epo excõmuni cari potest.

o ¶ *Videbatur.*] sed malè: " quia licet pro minimis causis non sit quis excõicãdus, vt 11. q. 3. epi. tñ qlibet cõtumacia digna est excõicatione, " imo tantò maior videtur contumacia, quantò ex re minori consurgit. 2. q. 7. non potest.

" Excõmunicãdus qr non est pro minimis causis.

" Contumacia tãtò maior est, quãtò ex re minori cõsurgit.

p ¶ *Fulgorem.*] " & quanta est differentia inter Solem & Lunã, tanta est differentia inter imperium & sacerdotium. extra de maio. & obed. solitæ.

" Imperium minus est sacerdotio.

SI *Imperator.*] CASVS. Imperator volebat iudicare de causis clericorũ & sacerdotum: sed Papa ꝓbat, ꝙ hoc facere non debet, qa ipse filius est ecclesiæ, & nõ præsul: & qa Deꝰ voluit seculi principes, si fideles sunt, esse ecclesiæ subiectos.

8 Poly. l. 1. tit. 19. Anſ. l. 4. c. 12. ex Ioanne 8.

Si

Si verò cõtra hanc Dei dispositioñ facere voluerit Imperator tãquam ingratus perdat potestatem, quam ab ipso est consecutus.

† al.quæ in administrãdis.

a ¶ *Filius est.*] j. 23. q.vlt.conuenior.qui tñ plati ecclesiarum dicãtur:dixi 11.q.3.p̃cipuè.

b ¶ *Non docere.*] j. 16.q.1.adijcimus.

c ¶ *Diuinitus.*] nõ ergo à Papa. nam imperium à solo Deo est,vt 23.q.4.quæsitum.nam à cælesti maiestate habet gladij potestatẽ.C. de vet. iu. enu. l.1. in prin.qđ cõcedo de vero Imperatore. Sed qs est verus Imperator? " Dicunt quidã q̃ Constantinopolitanus: sed iste alius ꝓcurator est siue defensor Romanę ecclesiæ. ar. de consec. dist.5. in die. §.hinc. & huic Rom.eccle.cõcedit gladij potestatẽ, & coronã. Sed cõtra ext. de ele.venerabilẽ." Dicitur ibi q̃ Ro. eccle. transtulit imperium in Occidentẽ à Græcis,& ita iste Roman' est verus Imperator.

" Imperator ver' qs est.

" Papa trãstulit imperium.

ADDITIO.ad hoc ext. de iud.significauerunt. in princ.Arch.

d ¶ *Quas.*] ergo debet dici,bona potestas est ista.

1 In originali hæc pendent ex superioribus. Polyc. ibid. Ansel. l.6. c.157.

e ¶ *Ius.*]s̃.dist.10.imperium . & c.certũ est. 11.q.1.si tributum.

f ¶ *Beneficia.*] ar.clericum stantem contra ecclesiã vnde habet beneficiũ, debet illo priuari [a] : nisi fortè pro talibus p̃sonis pro quib. licitũ sit ei cõtra quem libet agere: quas habes ff.de postu. l. hi qui. & 3.q.7.§.tria.in fin. s. in propria c̃a vel parentũ suorũ . Simile est inter vasallum & dñm, vt j. 22.q.vlt. de forma. Simile de aduocatis. C.đ aduo.diu.iudi.l.2.C.de reuo.don.l.1. & 7.q.1. quia frater. & dixi de hoc 3.q.1.nulli.Hoc tñ exaudio de ecclesia ad q̃ intitulat' est, ꝓ qua stare põt contra quãlibet ecclesiã, ẽt in qua habet beneficiũ, quia saluũ fuit ius primæ: imo si aliquod munus ei iniungitur ab ecclesia,nullam excusationẽ potest prætẽdere. C.de excu. tut. libertos. 23. q.1.in summa.

a Concor. tex.in l.qui cũ maior. §. pe.& fi.cum ibi no. ff.de bon.lib.

2 Ans. l.4. c.32. Deusde.l.4.c.1.

g ¶ *Et discuti.*] " ergo ante q̃ esset aliqua constitutio,etiam clerici non erant de iurisdi

"Clerici nũ quã fuerũt de iurisdõe seculari.

sius dixerimus) filius est [a], nõ præsul ecclesiæ: quod ad religionẽ cõpetit, discere ei conuenit,non docere [b]: habet priuilegia suæ potestatis,quæ administrãdis † legibus publicis diuinitus [c] consecutus est, vt eius beneficijs nõ ingratus cõtra dispositionẽ cælestis ordinis nil vsurpet. Ad sacerdotes enim Deus voluit, quæ ecclesiæ disponẽda sunt, pertinere, nõ ad seculi potestates, quas [d] (si fideles sunt,ecclesiæ suæ sacerdotib.voluit esse subiectas. Non sibi vindicet alienũ ius [e], & ministerium qđ alteri depu tatum est: ne contra eũ tendat abrumpi, à quo oĩa constituta sunt,& cõtra illius beneficia [f] pugnare videatur, à quo propriam consecutus est potestatem.Non à legib.publicis, nõ à potestatib.seculi, sed à Pontificib.& sacerdotib.omnipotens Deus Christianę religionis clericos, & sacerdotes voluit ordinari, & discuti [g], recipiq; de errore remeantes. Imperatores Christiani subdere debẽt executiones suas ecclesiasticis præsulib. [h] nõ p̃ferre.

Item Gelasius ad Epos Orientales.

¶De eodem. CAP. XII.

1 NVnquã de Pontificibus, nisi ecclesiam iudicasse, non esse humanarũ legum de talib.ferre sententiã, absq; ecclesiæ principaliter cõstitutis Pontificibus, obsequi solere principes Christianos decretis ecclesiæ,nõ suam p̃ponere potestatem, ep̃is caput subdere principem solitum, non de eorum capitibus iudicare.

¶[De eodem.] CAP. XIII. PALEA.

ij [3] COnstantinus Imperator coronam,& omnẽ regiam dignitatẽ in vrbe Romana,& in Italia, & in partib. occidentalibus Apostolico cõcessit.Nam in gestis beati Silueștri (q̃ beatus Papa Gelasi' in concilio lxx.eporũ à catholicis legi commemorat,& pro antiquo vsu multas hoc imitari dicit ecclesias) ita legitur.

¶ *Apud Anselmum libro quarto pro rubrica cap. 32. hæc habentur.* Quòd Constantinus Imperator Papa concessit coronam, & omnem regiam dignitatẽ in vrbe Romana, & Italia, & in partib. occidentalib. *In principio verò eiusdẽ capitis 32. hæc leguntur*, In gestis beati Silueștri, &c. *vsque ad finem huius , & seq. paleæ, quemadmodum etiam in collectione Deusdedit.*

¶[De eodem.] CAP. XIII. PALEA.

ij [3] CONstantinus A Impera tor quarta die sui baptismi priuilegium Romanæ ecclesiæ Pontifici contulit, vt in toto orbe Romano sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut iudices Regem . In eo priuilegio ita ĩter cætera legitur. [Vtile B iudicauimus vnà cũ omnib.Satrapis nostris, & vniuerso senatu, optimatibusq; meis,etiã & cũcto populo Romanę gloriæ imperio subiacẽti,vt sicut beatus Petrus in terris Vicarius filij Dei esse videtur cõstitutus, ita & Põtifices, qui ipsius Principis Apostolorum gerunt vices, principatus potestatẽ, amplius , q̃ terrena imperialis nostræ serenitatis mansuetudo habere videtur , cõcessam à nobis,nostroq; imperio obtineãt, eligẽtes nobis ipsum principem Apostolorũ, vel † eius vicarios firmos apud Deum esse patronos . Et sicut nostrã terrenam imperialẽ potentiam, sic eius sacrosanctam Romanã ecclesiã decreuimus veneranter honorari , & amplius,q̃ nostrum imperium, & terrenũ thronum,sedẽ sacratissimã beati Petri gloriosè exaltari: tribuentes ei potestatem, & gloriæ dignitatẽ, atq; vigorem,& honorificentiam imperialem. Atq; decernentes sancimus,vt principatũ teneat tã super quatuor p̃cipuas sedes Alexandrinam, Antiochenã, † Hierosolymitanam, Constãtinopolitanam, q̃ etiam super oẽs in vniuerso orbe terrarum ecclesias Dei : & Pontifex , qui pro tp̃e ipsius sacrosanctæ Romanæ Ecclesię extiterit , celsior, & princeps cunctis sacerdotib. totius mũdi existat , & eius iudicio,quæq; ad cultum Dei,vel fidei Christianorũ stabilitatẽ procurãda fuerint , disponantur. *& infrà.* ¶Ecclesijs beatorũ Apostolorũ Petri & Pauli pro cõtinuatione † luminariorũ, possessionũ p̃dia contulimus,& rebus diuersis eas ditauimus,& p̃ nostram imperialẽ iussionẽ sacram tã in Oriente, q̃ in Occidente,vel etiam Septemtrionali,& Meridiana plaga,videlicet in Iudæa,Gręcia,Asia,Thracia,Africa , & Italia , vel diuersis insulis nostra largitate ei † cõcessimus,ea prorsus rõne, vt per manus beatissimi patris nostri Silueștri summi Pontificis,successorũq; eius oĩa disponãtur. *& infrà.* ¶4Beato Silueștro patri nostro,summo Pontifici,& vniuersalis vrbis Romæ Papæ,& omnib. eius successorib. Pontificib. qui vsq; in finẽ mundi in sede beati Petri erũt sessuri, de præsenti contradimus palatium imperij nostri Lateranense,deinde diadema , videlicet coronã capitis nostri,simulq; phrygiũ,† necnon & superhumerale, videlicet lorum , quod imperiale circundare assolet collum,verũ etiã & chlamidem purpuream,atq; tunicam coccineam,& oĩa imperialia indumenta , sed

3 In edicto Constãtini, qđ est post conc. Neocæsariense. Ans. l. 4. c. 32. Deusd. ibid.

ctione seculari, vnde omnes constitutiones, quæ emanauerunt, q̃ clerici non sunt iudicãdi nisi ab episcopis, nõ sunt nisi iuris declaratio.Ioan.

h ¶ *Præsulibus.*] hic bene dicit.nã dicit lex, q̃ si iudex secularis iudicauerit clericum esse damnandum , primò debet exui priuilegio clericali, vt 11.q.1. si qs.in auth.vt cle.apud proprios . §. illud planè.col.6.licet illud hodie non teneatur.fi.extra de iud. at si clerici,&c.

NVnquam.] CASVS. Decreuit Io. Papa vt de Pontificib.& alijs clericis tantùm ecclesia iudicaret, & non Imperatores , q̃ subesse debent , & non præferri.

COnstantinus Imperator.] CASVS . Palea ista non legitur in scholis, in qua continetur priuilegiũ quod Constantinus cõcessit Romanæ ecclesiæ, scilicet vt primatum inter omnes ecclesias obtineret , & in quo possessiones & insignia dignitatis ei concessit.& hoc fecit eo tempore quo Constantinus ad partes Orientales se transtulit , cum in eodem loco duo Pontifices non bene morarẽtur.Et statuit,vt nullus contra hoc priuilegiũ veniret,& pœnã minatur contra facientib.

† al.& eius successores.

† Antioch. Alex.] Ori. impressum.

† al.concinnatione.

† al. eis libertatẽ concessimus.

4 Iuo p.5.c. 49. Pann. l. 4.c.1.

† al. phrygium,id est, mitram.

& dignitatem imperialium præſidentium c equitũ, cõferẽtes etiam & imperialia ſceptra, ſimulq; cũcta ſigna, atq; banda, 1 & diuerſa ornamẽta imperialia, & oẽm proceſſionem imperialis culminis, & gloriã poteſtatis noſtræ. Viris autẽ reuerẽdiſſimis clericis in diuerſis ordinib. eidẽ ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſeruientib. illud culmen, ſingularitate, potẽtia, & p̃cellentia habere ſancimus, cuius ampliſſimus noſter ſenatus videtur gloria adornari, i. patritios D, atque cõſules effici, necnon & cæteris dignitatib. Imperialib. eos promulgamus decorari. Et ſicut imperialis militia ornatur, ita & clerum ſanctæ Romanæ eccleſiæ ornari decernimus. Et quẽadmodũ imperialis potẽtia officijs diuerſis, cubiculariorũ nempe, & oſtiariorum, atq; oĩum excubitorum ornatur, & ita ſanctã Romanam eccleſiã decorari volumus. Et vt ampliſſimè pontificale decus p̃fulgeat, decernimus & hoc, clericorũ eiuſdem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, manipulis, & linteaminibus, i. candidiſſimo colore decorari æquos, ita & equitare. Et ſicut noſter ſenatus calceamẽtis vtitur cum E vdonibus, i. candido linteamine illuſtratis, ſic vtantur & clerici, vt ſicut cæleſtia, ita & terrena ad laudẽ Dei decorẽtur. Præ omnib. autem licentiã tribuimus ipſi ſanctiſſimo patri noſtro Silueſtro, & ſucceſſorib. eius ex noſtro indicto, vt quem F placatus proprio conſilio clericare voluerit, & in religioſorũ numero clericorũ connumerare: nullus ex omnib. p̃ſumat ſuperbè agere. Decreuimus itaq; & hoc, vt ipſe, & ſucceſſores eius diademate, videlicet corona, quam ex capite noſtro illi cõceſſimus, ex auro puriſſimo, & gemmis p̃tioſis vti debeãt, & in capite ad laudẽ Dei pro honore beati Petri geſtare. Ipſe verò beatiſſimus Papa, quia ſuper coronã clericatus, quã gerit ad gloriam beati Petri, omnino ipſa ex auro non eſt paſſus vti corona, nos phrygium candido† nitore ſplendidũ reſurrectionẽ Dominicã deſignans, eius ſacratiſſimo vertici manibus noſtris impoſuimus, & tenentes frænũ equi ipſius pro reuerẽtia beati Petri, ſtratoris officiũ illi exhibuimus, ſtatuentes eodẽ phrygio oẽs eius ſucceſſores ſingulariter vti in proceſſionib. ad imitationẽ imperij noſtri. Vnde vt pontificalis apex non vileſcat, ſed magis, quàm terreni imperij dignitas, gloria†, & potẽtia decoretur, ecce tam palatiũ noſtrum vt prædictum eſt, q̃ Romanam vrbem, & oẽs Italiæ, ſeu occidentaliũ regionum prouincias, loca, & ciuitates, p̃fato beatiſſimo Pontifici noſtro Silueſtro vniuerſali Papæ cõtradimus, atq; relinquimus: & ab eo, & à ſucceſſorib. eius p̃ hanc diualem noſtrã, & pragmaticum conſtitutum decernimus diſponẽda, atq; iuri ſanctæ Romanæ eccleſiæ concedimus permanſura. Vnde congruũ perſpeximus noſtrũ imperium, & regni poteſtatẽ in Orientalib. transferri regionibus, & in Bizantiæ prouinciæ optimo loco, nomini noſtro ciuitatẽ ædificari, & noſtrũ illic conſtitui imperium: quoniam vbi principatus ſacerdotũ, & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cæleſti conſtitutum eſt, iuſtũ non eſt, vt illic Imperator terrenus habeat poteſtatẽ. Hæc verò G omnia, q̃ per hanc noſtrã imperialem ſacrã, & p̃ alia diualia decreta ſtatuimus, atq; cõfirmauimus, vſq; in finẽ mundi illibata, & inconcuſſa permanere decernimus. Vnde corã Deo Viuo, qui nos regnare p̃cepit, & coram terribili eius iudicio obteſtamur p̃ hoc noſtrũ imperiale cõſtitutum oẽs noſtros ſucceſſores Imperatores, vel cũctos Optimates, Satrapas etiam, ampliſſimum ſenatũ, & vniuerſum populũ in toto orbe terrarum nunc & in poſterũ, cunctis retro t̃pibus imperio noſtro ſubiacentem, nulli eorũ quoquomodo licere hæc aut infringere, aut in quoquã conuellere. Si quis autẽ, q̃d nõ credimus, in hoc temerator, aut cõtemptor extiterit, æternis condẽnationib. ſubiaceat innodatus, & ſanctos Dei, principes Apoſtolorũ Petrum & Paulũ ſibi in præſenti, & in futura vita ſentiat contrarios, atq; in inferno inferiori concrematus, cum diabolo, & omnibus deficiat impijs. Huius verò imperialis decreti noſtri paginam proprijs manibus roborantes, ſuper venerandum corpus beati Petri principis Apoſtolorum poſuimus. Datum Romæ iij. Kal. Aprilis, Domino noſtro Flauio Conſtantino Auguſto quater, & Gallicano v. c. Coſſ.

1 Suidas in hoc verbo, βιβλ.

† al. candidi nitoris ſplẽdidam.

† al. & gloria potẽtia.

¶ *Hæc Palea in multis habetur exemplaribus, in quibus aliæ paleæ eſſe non ſolent.*

A ¶ Conſtantinus.] *Verba hæc vſque ad verſ.* In eo priuilegio, *non ſolùm habentur apud Anſelmum, & Deuſdedit, ſed etiam in geſtis beati Silueſtri in his, quæ à Conſtãtino per octo dies poſt baptiſmum acta referuntur.*

B ¶ Vtile.] *Hinc vſq; ad finem ſumpta ſunt ex geſtis, ſeu actis ſancti Sylueſtri, in quib. multa præcedunt, ac multa deinceps plenius narrantur. Sed hic ea tantùm videntur relata, quæ in collectionib. Anſelmi, & Deuſdedit habẽtur. Titulus proprius huius partis in geſtis ipſis eſt huiuſmodi.* Priuilegium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, q̃d conſtituit D. Conſtantinus Auguſtus ſancto Silueſtro ep̃o vrbis Romæ, & omnib. ſucceſſorib. eius vſq; in perpetuũ, & obtulit ſup̃ corpus beati Petri Apoſtoli. *De quo item priuilegio Leo nonus in epiſtola prima, ſeu libello aduerſus inauditas præſumptiones Michaelis Conſtantinopolitani, & Leonis Acridani ep̃orum, c. 13. ſic loquitur:* Pauca ex priuilegio eiuſdẽ Conſtantini manu cum cruce aurea ſup̃ cæleſtis clauigeri venerabile corpus poſito ad mediũ proferemus. *De ijſdem geſtis ſiue actis Gelaſius in concilio LXX. ep̃orum (& refertur 5. diſt. 15. in c. ſancta Romana) ſic loquitur, vt ea videatur approbare. Et in martyrologio Romano, et Vſuardi in feſto S. Silueſtri legitur,* cuius actus clari habẽtur. *Inueniuntur verò etiam hodie peruetuſtis literis deſcripta in bibliotheca Vaticana, & Abbatiæ Nonantulæ: quorum interpres in proœmio hæc ait:* Hiſtoriographus noſter Euſebius Cæſareæ Paleſtinæ vrbis ep̃s cum hiſtoriã eccleſiaſticam ſcriberet, p̃termiſit ea q̃ in alijs opuſculis ſunt, vel q̃ ſe meminit retuliſſe. Nam viginti libros oĩum penè prouinciarũ, paſſiones martyrum, ep̃orum, & confeſſorũ, & ſacrarũ virginum, ac mulierũ continere fecit. Deinde ſecutus, & ab Apoſtolo Petro, oĩum ep̃orum nomina, & geſta conſcripſit, & earũ vrbiũ, q̃ arcem pontificatus p̃ Apoſtolicas ſedes tenere noſcũtur, vt vrbs Roma, Antiochia, Hieroſolyma, Epheſius, & Alexãdria. Harum vrbium ep̃orum oĩum præteritorũ nomina vſq; ad t̃ps ſuum, & geſta græco ſermone cõſcripſit. Ex quo numero vnum ep̃m vrbis Romæ ſanctũ Silueſtrum me de græco in latinum transferre præcepiſti domine ſancte, ac beate pater. *Quibus verbis, quicũq; ſit auctor iſtius proœmij, eadẽ geſta ab Euſebio græcè ſcripta fuiſſe clarè profitetur. Quæ etiã in vetuſtiſſimis Pontificalib. & codicib. in quib. ſanctorũ vitæ ſunt deſcriptæ, in vita beati Silueſtri referuntur. Partem horũ actorum (quod ad Baptiſmum Conſtantini, & imagines ſanctorũ Petri, & Pauli ſpectat) refert Hadrianus Papa in epiſtola Conſtantino Imperatori, & matri Irenæ ſcripta, quæ in ſecunda actione ſeptimæ vniuerſalis ſynodi habetur. Ipſum autẽ priuilegium ferè integrũ refert Leo nonus loco ſuperius indicato, & Theodorus Balſamon in Photij nomocanonem. tit. 9. cap. 1. quanquam alijs in rebus (quod Græci plerunq; ſolent) Romanæ eccleſiæ nõ ſatis æquus. Hanc eandẽ donationẽ ante Gratianũ recitarant Anſelmus, Deuſdedit, Iuo locis notatis: Quo ea pertinent, quæ Petrus Damianus in diſceptatione ſynodali inter regiũ aduocatũ, & Romanæ eccleſiæ defenſorem ſcripſit.* Lege, inquit, Conſtantini Imperatoris edictũ, vbi ſedis Apoſtolicæ cõſtituit ſuper oẽs in orbe terrarũ eccleſias principatum. Nam poſtquàm ſupra corpus beati Petri Baſilicã fundator erexit, poſtquam Patriarchiũ Lateranenſe in beati Saluatoris honore cõſtruxit, mox p̃ imperialis reſcripti ſeriem Romanæ eccleſiæ cõſtituit dignitatẽ, vbi nimirum beato Silueſtro, ſuisq; ſucceſſorib. obtulit, vt regali more, & aurea corona plecterentur in capite, & cæteras regij cultus inſulas vſurparent. Verùm beatus Silueſter ornamenta, q̃ ſacerdotali cõgruere iudicabat officio, in proprios vſus aſſumpſit: coronã verò, vel cætera quæ magis ambitioſa, q̃ myſtica videbantur, omiſit. Cui etiã Conſtantinus Lateranenſe palatiũ, q̃ catenus

aula

Sicut quamuis.]Casvs. Hoc cap. habet duas par. In 1.dicitur, ꝙ sicut aliqua parua ciuitas non minuit prærogatiuam regni, ēt si sit ibi sedes regalis, sic Imperator prærogatiuā ecclesię minuere nō pōt. In 2.dicit̄ ꝙponti fex quantuncunque sit malus: dummodo non sit hæreticus, ab Impeperatore puniri nō p̄t. Secunda pars incipit ibi, *Semper est.*

a ¶*Sicut.*]sensus est:si cut parua ciuitas non p̄t regnū iupugnare:" ita nec imperiū sacerdotiū. Vel sic,licet eps sit in parua ciuitate. Rex tamen non potest iudicare đ clericis eius: secundum hoc dic, dispensationis religiosæ, id est ep̄i constituti in parua ciuitate.

" imperium non pōt sacerdotium impugnare.

b ¶*Humanitus.*]i.cōsuetudine humana, i. fragilitate humanæ naturæ.H.

c ¶*Non tamen contra religionem.*] Nam in eo casu posset à quo cūq; redargui. 40.di. si Papa. vel ēt si schisma faceret. 23.q.5. de Ligurib." Et plures casus,in qb. laici habent iuridictionem sup clericos,dixi 23q.5. principes.

" Laici sup clericos qñque iurisdictionem habent.

d *Nullatenus.*]63.di. Valentinianus.

Boni principis.]Casvs. Hic dicitur, ꝙ officiū principis est, ecclesias destructas restaurare, nouas ædificare:& clericos potius defendere quàm destruere, vel aliquo modo subiugare.

e ¶*Contritas.*] 25.q. 1.diuinis,&c.

f ¶*Restaurare.*] 27.q. 4.diffiniuit.16.q.1. statuimus.

Hoc capitulo patenter.] Hæc dist. diuiditur in duas par. Secūda ibi,*Sine signatis*. Io. de Ean.

Casvs. Hic intitulatur 97.di. in qua cōcludit Grat. ex illo capitulo,benè quidē, ꝙ nullo laico de reb.ecclesiasticis iudicare licet sine auctoritate ecclesiæ: & si aliter factum fuerit, irritum erit, nisi ecclesia subscribat,vel auctoritatē præstet. Et iō videtur ꝙ constitutio, q̄ fecit Honorius Imperator s̄.79 di.si duo. non valuit, cū fuerit à laico aula regalis extiterat, perpetuo iure concessit, regnum Italiæ iudicandum tradidit. Nam & ipsius Regis hæc verba sunt. Vnde congruum, inquit,prospeximus nostrum imperium,& regni potestatem orientalibus transferri,ac mutari regionibus & in Bizantina prouincia in optimo loco nomini nostro ciuitatem ædificari, & nostrum illic constitui imperium: quoniam, vbi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab imperatore cælesti constitutum est, iustum non est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatem. *De hac eadem scribit Ado Viennensis in commentario ætatis sextæ, & Goffredus Viterbiensis in chronicis par.6.c.2.*

c ¶Præsidentium equitum.] *Græcè est apud Balsamonem.* τὰ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων, *ideſt*, & dignitates imperialium equorū.

d ¶Id est patritios.] *Locus hic græcè sic hēt.* καὶ ἔγειρε κείνλωτὴν ὑψηλότητα καὶ μεγαλοσύνλω, ὡς κεκόσμηται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ οἱ κόνσυλοι ἤτοι οἱ ὕπατοι, καὶ λοιπὰ ἀξιώματα, *id est*,& illam habere celsitatē, atq; amplitudinem, qua ornatus est magnus noster senatus,siue patritij, & consules, siue hypati & reliquæ dignitates.

e ¶Cum vdonibus.] *Græcè totus hic locus habet paulò aliter*, καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματα ἤτοι σανθάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων, οὕτως. καὶ τὰ οὐράνια ὡς καὶ τὰ γηϊνὰ πρὸς ἀνεσιν τῶ θεῶ : *id est*, Et quemadmodū senatus noster fert calceos, seu sandalia cū linteis albis,ita ēt cę lestia,sicut terrestria ad Dei laudē.

f ¶Quem placatus.] ἵνα ἐαύτις τῆς συγκλήτε βελυθῆ μετὰ ἰδίε θελήματος, καὶ ἐναρέτε γένεσθαι κληρικὸς, καὶ εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν ἁγίων κληρικῶν σωα ριθμεῖσθαι μήτις τολμᾷ ἀπὸ πάντων ἐμποδίζειν τότω. *id est*: vt si quis ex senatu sponte sua, quodque ita ipsi libeat, voluerit fieri clericus, & in sanctorum clericorum numerum adscribi, ne quis ex omnibus hoc audeat impedire.

g ¶ Hæc verò omnia.] *hic quoque est magna verborum varietas, sed eadem ferè sententia.*

Item Gelasius ad episcopos Dardaniæ.

¶ Imperialis auctoritas religiosæ dispensationis mensurā non mutat.

CAP. XV.

Sicut[a] quamuis parua ciuitas prærogatiuam præsentis regni non minuit,sic imperialis præsentia mensuram dispēsationis religiosæ non mutat. *& infrà.*¶ Semper[A] est effectū in sacerdotali concilio de sacerdotibus iudicia prouenire. Nam qualescunque Pontifices sint, & si errore humanitus[b] accidente,non tamen[c] contra religionem vllatenus excedentes,nullatenus[d] videantur à seculari potestate posse percelli.

A ¶Semper.] *Mutatus est à collectore orationis ductus, ne quæ antecedunt,recitanda essent.*

*Item Marcellus Papa Maxentio*A.

A Maxentio.] *In impressis addebatur,*episcopo, *quæ vox abest ab omnibus manuscriptis.*

¶Ecclesias restaurare contritas, non Pontifices persequi boni principis est.

CAP. XVI.

1 Boni principis est,ac religiosi †, ecclesias contritas[e] atque cōsciissas restaurare, [f] nouas ædificare, & Dei sacerdotes honorare, atq; tueri. Vnde sanctos Apostolos, eorumque successores sub diuina contestatione constituisse legimus, non debere fieri persecutiones,nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro Dominico, neque expellere æterni regis dispensatores.

† al. regis.

DISTINCT. XCVII.

1 ps Hoc capitulo[g] patenter ostenditur, quòd nec Imperatori, nec cuilibet laico licet decernere, vel deelectione Pontificis †, vel de rebus ecclesiasticis. Quæcunque autem ab eis constituta fuerint, pro infectis habenda sunt: nisi subscriptione Romani Pontificis fuerint roborata.[2] Vnde illud Honorij[h] Augusti, vt supra dictum est, vanum esse videtur, quod contra auctoritatem sacrorum canonum de electione summi Pontificis decernere tentauerit. Sed sicut ex eodem capitulo habetur, ecclesię precibus Imperator in præsumptores valet decernere: sicut pro defensione fidei quondam decreuisse leguntur,ne hæretici[i] aliquid, nomine ecclesiæ, possiderent. Ab ea autem non inuitati[k] de rebus ecclesiasticis aliquid disponendi non habent facultatem, Honorius verò Augustus non sua auctoritate, sed beato Bonifacio supplicante, ecclesiasticæ quieti consulere, & concertantium ambitionem punire curauit,

2 Dist.79. si duo.

Vnde idem Bonifacius Episcopus supplicationis epistolā Honorio Augusto destinauit,dicens.

¶Epistola Bonifacij ad Honorium Augustum.

CAP. I.

3 Ecclesiæ[l] meæ, cui Deo[o] noster meum sacerdotium, vobis res humanas regētibus,deputauit, nos cura constringit, ne causis eius, quamuis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conuentus[m], qui à sacerdotibus vniuersis, & clericis,& Christianæ plebis perturbationibus agitantur[n], apud aures Christianissimi principis desim. Si enim secus, quàm oporteat, eueniat, non vos id facere[o], qui cuncta æqua moderatione componitis,sed nos per nostram tacentem †[P] desidiam videbimur,quod ciuitatis quietem, & ecclesiæ pacem peruertere valeat, admisisse. Cum enim humanis rebus diuinæ cultor religionis Domino fauente prouideas †, nostra culpa erit, si non id sub vestra gloria (quam certum

† al.tacētes

† al.p̄fidcas

3 epist.1.ad Honorium.

g ¶*Hoc capitulo.*] respicit in hac dis. 97. illud c.bene quidem.96. dist. & assignat in hoc §. q̄dam contrarietatē, & dat posteà solutionē.

1 Ansel.l.6. c.129,

h ¶*Honorij.*] s̄. di.79. si duo.

i ¶*Ne hæretici.*] s̄.di. 8.quo iure. & 23.q. 7. c.1.& 2.& 27.q.3.c.nimium.

k ¶*Inuitati*] s̄. di.63. Hadrianus. & c. in synodo.

Ecclesiæ.] Casvs. Hęc est epistola Papæ Bonifacij, in qua supplicat Honorio Imperatori. In 1.par. ostēdit Bonifacius, ꝙ ipse est solicitus de ecclesiastico statu, ne si negligens inueniatur,sit redarguendus. In 2.rogat Honoriū de pace & quiete ecclesiæ seruanda, ei multipliciter applaudendo. In 3.rogat eum, vt suos legatos honorificè recipiat. Secunda ibi, *Ipsa enim ecclesia.* Tertia incipit ibi, *Habet refugium.*

l ¶*Ecclesia.*] j. c. ꝓx. victor. contra. Sed vt ibi dicitur:iā erat in cō ualescentia: adhuc tñ erat debilis, vt hic.

m ¶*Conuentus.*] i. conuenticulas. C. de epi. & cle. conuenticulam.

n ¶*Agitantur.*] q. d.licet adhuc simus inualidi:tñ cura ecclesiæ nos compellit vt inuigilemus ecclesiasticis negotijs, & pro eis intercedamus apud vos: qa multi clerici turbāt ecclesiam Dei. Archidiaconus.

o ¶*Facere.*] scilicet videmini.

p ¶*Tacentem.*] ext.de test. quia ingredientibus.& 63.dist. c.1. *Sub illis.*

a ¶ *Sub illis.*] vt 11. q. 1. sacerdotibus.
b ¶ *Formidentur.*] à Christianis.
c ¶ *Virginem.*] vt 27. q. 1. nuptiarum. in fi.
d ¶ *Procellarum.*] i. hæreticorum.
e ¶ *Faciem.*] Ecclesię.
f ¶ *Præterita.*] s. beneficia. sic intelligitur de conse.di. 2. panis. ꝙ s. pro omni munere debemus Deo gratias referre, præsenti, sc. & ꝑterito, non futuro : " quia nec Deus futurũ peccatum indulget. j. de pœ. distin. 3. sanè cauendum. nec pactum valet, si fiat quòd non agam de futura iniuria. ff. de pac. si vnus. §. pacta.
g ¶ *Repetit.*]i. recolit, & ad memoriam reducit.
h ¶ *Tibi.*] ne sis ingratus.
i ¶ *Euulsa.*] per effectum : id est, euellens.
k ¶ *Prosequentibus.*] legationem nostram. Arg. ad quęstionẽ magistri P. quòd archiepiscopus Bracaren. potuit eum spoliare.
l ¶ *Postulatis.*] datiui casus.

Victor.] Casvs. Honorius nunc rescribit Bonifacio : & primo salutat eum referẽdo gratias Deo de sanitate sibi reddita : & deprẹcatur ipsum, vt debeat orare pro ipso, commendans eum in solicitudine sua : & significat ei, ꝙ ad postulationem suorum legatorum fecit cõstitutionem, per quam satis putat esse prouisum eccle siasticæ quieti. tandem rogat vt constitutionẽ illam publicet, quatenus omnes clerici sciãt ab ambitionibus apostolicæ sedis esse cessandum : quia de cetero ad hoc nullæ disensiones valebunt.
m ¶ *Victor.*]Sed quare præmisit hic Imperator nomen suum? Forte hæc cõsuetudo erat olim. C. de sum. tri. inter claras. " Papa tamẽ alios sibi præponit. 12. q. 1. dilectissimis. vel fortè tunc nouella erat Ecclesia, & adhuc obtinebat illud. Quare fremuerunt gentes, &c. [a] postea autem Imperator subiecit se Papæ, vt 23. quæst. 4. displicet.
n ¶ *Sua studia.*] idem, conspirationes. simile 61. dist. obitum : aliàs tum est diuinis semper rebus animo promptiore fauisse) firmo, & stabili iure custodiatur, quod per tot annorum seriẽ, & sub illis [a] etiam principibus obtinuit, quos nulla nostræ religionis cura constrinxit, idest, vt [A] licita seruentur, & sub vestræ imperio clementiæ minimè, quæ sunt illicita, formidentur [b]. ¶ Ipsa enim ecclesia deuotionem tuam, Christianissime Imperator, meo † quidem sermone, sed suo venerabili appellat affectu †, quam Christus Deus noster, vestri fidus rector, & gubernator imperij, vni desponsatam sibi, & intactam virginem [c] seruat, ne in eã aliquos patiamini insidiãtium procellarum [d] fluctus illidi, & quietam faciem [e] tempestatis insolitæ tumore turbari, glorioſissime, & tranquillissime Imperator Auguste †. Ipsa ergo (quæ vni desponsata, nostra † tamen mater est) Ecclesia, hac pietatem vestram legatione, quam suis sacerdotibus commisit, appellat, præterita [f], præsentiaque repetit [g]. Vobis, inquit, religiosè imperãtibus [B] creuit meus, qui modò tuus est, populus, tam fidus Deo, quàm tibi [h], qui es princeps Christianus. Ecce enim inter ipsa mysteria, inter preces suas, quas pro vestri felicitate dependit imperij, teste (apud quem, & de cuius sede agitur) sancto Petro, solicitis pro religionis obseruantia vocibus clamat, cum solicita petitione miscetur oratio, ne c humanas res solito tentatore occultè solicitante semel euul sa [i] discordia distrahat. Augeretur pluribus Princeps christianissime, mater Ecclesia, nisi apud te suarum esset cura † causarum [1], & nisi in oppressionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, diuino cultu pariter cũ imperio semper florente vicisset. ¶ Habet refugium, pium tuæ mansuetudinis animum cum suæ religionis veneratione coniunctum : cum quidquid huic proficiat, vos agatis, & conferatis fratribus, & consacerdotibus meis, probatissimis viris, à me, & ab omnibus (qui Ecclesiam faciunt †) legatis : quibus (præcamur) sacræ causam religionis prosequentib. [k], in vrbe vestræ mansuetudinis hoc animo, quo postulatis annuitis, in perpetuum statui vniuersalis ecclesiæ consulatis.

A ¶ Id est, vt licita.] *In epistola ipsa legitur*, id est, vt fidens vtar licitis.
B ¶ Imperantibus.] *Additis aliquot ex epistola vocib. emendatus est hic locus*, creuit meus, qui modò tuus est, populus.
C ¶ Ne humanas.] *In plerisque vetustis legitur*, ne hos in varias res solito, &c. *In originali vero*. ne hos [aliàs vos] in varias res semel euul sa distrahat à cultu solito, tentatore solicitante, discordia.

¶ Rescriptum Honorij ad Bonifacium Papam.

CAP. II.

Victor [m] Honorius inclitus triumphator semper Augustus sancto, ac venerabili Bonifacio Papæ vrbis æternæ. Scripta Beatitudinis tuæ debita reuerentiæ gratulatione suscepimus : quibus recensitis egimus omnipotenti Deo maximas gratias, quòd sanctimoniam tuam post longum incommodum optatæ redditam didicimus sanitati. Et ideo reuertentibus venerabilibus viris gaudium nostrum, sacrorum apicũ attestatione signamus, ac petimus, vti quotidianis orationibus Apostolatus tuus studium, ac votum suum circa salutem, atque imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem pietati nostræ satis placitum esse cognosce, ꝙ sanctimonia tua de ecclesiarum, aut populi perturbatione solicita est : Quæ, ne aliqua ratione possit euenire, satis clementia nostra credidit esse prouisum. Denique beatitudine tua prędicante id ad cunctorum clericorum notitiam volumus peruenire, vt si quid fortè religioni tuæ (quod non optamus) humana sorte contigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum. Ac si duo, *vt suprà. Et infrà.* ¶ Vnde id obseruandum est, vt omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex serenitatis nostræ admonitione custodiant, nec aliquid seditiosis conspirationibus tentare conentur : cum certum sit, nulli partium, sua studia [n] profutura.

2 Sine signatis apicibus non est mos Romanæ ecclesiæ vndecunque legationem suscipere D.

Vnde Nicolaus Papa.

D ¶ Suscipere.] *In vulgatis sequebatur* neque mittere : *quæ absunt à vetustis, neque conueniunt cum his, quæ sequenti capite afferuntur.*

¶ Romana non consueuit ecclesia sine signatis apicibus legationem vndecunque suscipere. C. III.

Nobilissimus [o] vir, atque strenuus vestrę sublimitatis legatus, licet nullam epistolam iuxta consuetudinem à vobis nostro Pontificio detulisset, licet nunquam Apostolicæ sedis modus † fuerit absque signatis [p] apicibus vndecunque legationem suscipere. Nos tamen vos in illo honorantes, eiusq; grauitatẽ, & eloquiorũ illius veridicas cognoscẽtes assertiones, nihilo-

† al. ſecura]ori.
† al. moris

1 Adde ꝙ imperator est defensor & filius ecclesiæ. no. ĩ cle. Romani. de iureiur. & in aut. vt omnes obe. iu. pro. §. & hoc considerantes. col. 5.

" Papa sibi alios præponit.

2 23. q. 4. nõ inuenitur.

† faciunt ĩstius modi]

" Peccatum futurũ Deꝰ non indulget.

† al. affatu.

† al. semper Auguste.

† al. vestra.

† al. veſtra.

a Sub illis.] vt 11. q. 1. sacerdotibus.
b Formidentur.] à Christianis.
c Virginem.] vt 27. q. 1. nuptiarum. in fi.
d Procellarum.] i. hæreticorum.
e Faciem.] Ecclesię.
f Præterita.] s. beneficia. sic intelligitur de conse. di. 2. panis. ꝙ s. pro omni munere debemus Deo gratias referre, præsenti, sc. & ꝑterito, non futuro : " quia nec Deus futurũ peccatum indulget. j. de pœ. distin. 3. sanè cauendum. nec pactum valet, si fiat quòd non agam de futura iniuria. ff. de pac. si vnus. §. pacta.
g Repetit.]i. recolit, & ad memoriam reducit.
h Tibi.] ne sis ingratus.
i Euulsa.] per effectum : id est, euellens.
k Prosequentibus.] legationem nostram. Arg. ad quęstionẽ magistri P. quòd archiepiscopus Bracaren. potuit eum spoliare.
l Postulatis.] datiui casus.

Victor.] Casvs. Honorius nunc rescribit Bonifacio : & primo salutat eum referẽdo gratias Deo de sanitate sibi reddita : & deprẹcatur ipsum, vt debeat orare pro ipso, commendans eum in solicitudine sua : & significat ei, ꝙ ad postulationem suorum legatorum fecit cõstitutionem, per quam satis putat esse prouisum ecclesiasticæ quieti. tandem rogat vt constitutionẽ illam publicet, quatenus omnes clerici sciãt ab ambitionibus apostolicæ sedis esse cessandum : quia de cetero ad hoc nullæ disensiones valebunt.
m Victor.]Sed quare præmisit hic Imperator nomen suum? Forte hæc cõsuetudo erat olim. C. de sum. tri. inter claras. " Papa tamẽ alios sibi præponit. 12. q. 1. dilectissimis. vel fortè tunc nouella erat Ecclesia, & adhuc obtinebat illud. Quare fremuerunt gentes, &c. [a] postea autem Imperator subiecit se Papæ, vt 23. quæst. 4. displicet.
n Sua studia.] idem, conspirationes. simile 61. dist. obitum : aliàs in bonam partem. ead. dist. studij. Ioan.

SINE. Casvs. Quia in superiori c. facta fuit mentio de signatis apicibus : ideo nunc vult ostendere, quòd ecclesiæ Romanæ mos est non suscipere legatũ sine signatis apicibus.

Nobilissimus.] Casvs. Mandauit Nicolaus Papa cuidã principi, quòd licet mos sit Romanæ ecclesiæ non recipere legatum alicuius sine literis sigillatis : tamen legatum illius principis sine literis recipit honorificè : & verbis eius fidem adhibuit : honorans principem in persona ipsius.
o ¶ Nobilissimus.] Arg. ꝙ sine literis non est adhibenda fides legatis. 11. q. 2. Lugdunensis.
p ¶ Signatis.] " Oportet ergo ꝙ legatus exhibeat literas legationis suæ ad hoc vt credatur ei, vt hic. & 63. dist. lectis. & C. de mã. prin. l. vnica. Sed quid si perdidit literas, & vult ꝓbare [b] amissionem? Dico ꝙ potest : nõ tñ sufficit probare tenorem literæ, nisi & probetur, quòd illa litera fuerit sine vitio, vt extr. de pri. cum olim. in fi. & C. de fi. instr. l. vlt. Sed nunquid sufficit mandatum sine literis ?

" Legato sine literis suę legationis credendum non est.

b Qđ dic. vt ẽt not. ipse Io. & H. in præce. dec. de priuil. cũ olim. in glo. hoc est. vbi dñt & Gof. cũ eis hoc esse verum, nisi honestus & notus esset. & tũc potest & debet ei credi, vt in hoc c. nobilissimꝰ. Atc.

Dico

2 Dist. 79. duo.

Dico quòd legato non sufficit probare mandatum, vt C. de man.prin.l. 1.quia legati non sine periculo recipiuntur. Vnde maior est in eis facienda examinatio, vt 42.dist.quiescamus.“ Sed delegatus potest probare mandatum sine literis, vt in auth.de lit.§.omnem.col.9.& arg.extr.de offi.delega. prudentiam. & extr. de resc.ex parte. Io.Tan.& quidã alij dicunt, ꝙ in iudice delegato non sufficit probare amissionẽ rescripti, nisi ostẽdat authenticum, vt extra de offi.deleg. cum in iure. 25. quæst. 2. sancimus. & ext.de fi.inst.c. 1. Ita notat T. super illa decre.cum olim. Sed pone, ꝙ partes viderunt & approbauerũt rescriptum, & postea redactum fuit in publicam formam per tabellionem: nunquid amisso postea rescripto iudex procedere poterit? satis credo ꝙ sic.Io.vt notaui in quæstionibus [a] meis. B. Sed cum hic indistincte dicat, quòd literæ debeant esse signatæ: “ videtur à quocunque sint signatæ, ꝙ sufficiat ad hoc vt scriptura dicatur authentica, vt extr.de ap.personas.& ext.de fideiuss. peruenit. Nam & episcopus sigillat sigillo ecclesiæ suæ, vt 73.dist. in nomine Domini. in fi.item & alieno annulo potest quis signare testamentum, vt insti. de test.§. possunt autẽ. Item & alienum sigillum [b] etiam non iudicis sui fidem facit, vt j. dist.proxi.c.1.& 2. Sed dic, quòd alienum sigillum facit fidem, si nõ habetur proprium: aliàs non, vt extr de ap. significauit. & 65. dist. episcopus. Item literæ non dicuntur signatæ si legi non possunt characteres, vt ext.de fid.instr.inter. & ff.de test. ad testium. §. si signa. & §. signum. Item si filum ruptum sit, non dicuntur signatæ, vt extra de crim.fal.c.licet. Si autem filum ex toto non est fractum bene dicuntur signatæ, vt ff.de bo.pos.secundum tab.l.1.§.si linum. extra de fide instrum.sicut.

“Delegatus mandatum sine literis probare potest.

a Quæstio dñicalis est, & incip.quidam impetrauit rescriptum, &c.

“ literas esse à quocunque signatas, an sufficiat.

1 In fine epilogi concilij Romani sub Siluestro, ſ3 paulò aliter Pol.l.2.titu. 31. Ansl.l.7. c.23.

† al.nos.

†Absunt ab originali & aliquot Gratian. codicibus.

bDum tñ sit authenticũ. argu. C. de bo. proscr.si quis intra. insti. de Atti.tu. §. pen. Arch.

2 Poly.ibid. Ansel.l.7.c. 24.

† al. honore nolite suscipere] Orig.

“ Cardinali noto sine literis credi potest.

“ Voci vni quandoque creditur.

c Concord. tex.in l.si qs decurio. C. de fals. & l. Theopõp, ff.de do.pl. regulariter ramen est contra.

“ Clerici sine literis suorum episcoporũ nõ sunt recipiẽdi.

a ¶ *Nihilominus.*] “ Ergo & Cardinali qui bene notus est in aliqua prouincia, credendum esset sine literis: maximè cum non contingat Cardinalem vnquam abesse nisi legationis causa. Ioan.

b ¶ *Credidimus.*] Arg.“ ꝙ interdum voci & assertioni vnius credendum sit, si persona sit honesta & authentica [c]: arg.8.q.3. c.1.Arg.contra.9.dist. ego solis. sic conuerso ex persona proferentis instrumentum, minus creditur instrumento, vt ff. de eden.si quis.§.1.sic si malus aliquid dicat, non facilè ei creditur, vt 24.q.1.quisquis. Arg.contra. 19.dist.secundum.

Quæ circa ordinandos.] Cas vs. Egit. s. Grat. diligenter de ordinatione & electione clericorum: sed quia per mutationem locorum veritas occultatur: ideo in hac distin.98. ostenditur vt clerici peregrini non recipiantur, nisi cum literis quinque episcoporum, cum à proprio episcopo fuerunt commendati.

c ¶ *Quæ circa.*] Hic depingitur 98. distinct. in cuius principio vtitur Gratian. transitu: in quo ostendit quid dixerit hactenus, & quid in hac dicturus sit.“ Nam quia clerici sæpe mittuntur de prouincia ad prouinciam, breuiter ostendit, ꝙ non sunt recipeindi in alia prouincia sine literis episcoporũ suorũ.

Nvllus.] Cas vs. Dicitur hic, quòd nullus episcopus debet recipere clericum transmarinum in sua ecclesia, nisi habuerit literas sigillatas quinque episcoporum, vel eo amplius fuerit commendatus: quia multa per subreptionem solent euenire. Idem dicitur in seq.c.

d ¶ *Nullus aliqua.*] ista ca. introducta sunt ad cautelam: vel legun tur de primitiua ecclesia: & sic secus hodie.

e ¶ *Nisi quinque.*] Contra 71. dist. cap.2. Sed hæc capitula loquuntur, quãdo ita remoti sunt quòd sigilla episcoporum & etiam loca ignota sunt: illud quando episcopus propinquus est, & eius sigillum bene cognoscitur: & hoc colligitur extra de cle.pereg.tuæ. Sed pone quòd non habet literas: est ne recipiendus si probet per testes? ita.extra de cle. pereg. cap.vlti.“ Nam magis credendum est viuæ voci, quàm mortuæ.in auth. de fide instrum.§. si verò.colum. 6. H. intelligit hæc capitula abrogara. olim enim habuit locũ hoc capitulũ propter multitudinem hæreticorum. Sed illud capitulum, tuæ. euacuat opinionem istam. Sed certè non videtur recipiendus, & si mille sigilla haberet ignota: quia non plus fidei præstant mille ignota, quã vnũ ignotum. præterea in testamento ita inuenis quòd cum signa sunt ignota, conuocantur omnes illi, quorum dicuntur sigilla, vt sciatur an recognoscãt sua signa, vt ff.quemadmo. testamen. aper. cum ab initio.“ ex hoc concedo, quòd nisi aliqualis habeatur notitia de sigillis, & de illis remotis ecclesijs, ꝙ non sit eis credendum, & si mille sint: ar.ext. de fid.instr.c.quod super his.

3 Poly.ibid. Ansel.l.7.c. 25. Iuo par. 6.c.351.

“Voci viuæ magis credẽdum est, q̃ mortuæ.

4 Iuo part. 6.c.352.

†al.in peregrinatione.

“ Sigillis ignotis fides non est adhibenda.

d Concord. no. per Bar. in l. Lucius ff.de fi.instr. & l. ad testium. ff. de test.

f ¶ *Ranſmarinos.*] Idem intelligo de quolibet ignoto, qui sigilla repræsentat ignota. Ioan.[d]

g ¶ *Chirographis.*] idest, literis, in quibus continebitur de vita, de morib. de ordinib. & de irregularitate sua.

h ¶ *Per ſubreptionem.*] sicut extra de procu.cap.1.& 3.quæstio.3. inducias.

Afros.] Cas vs. Præcipit Grego.in hoc cap.episcopo Squillatino, vt afros & peregrinos clericos ad ordines non suscipiat: quia quidam eorum sunt hæretici: quidã sunt rebaptizati: quidam verò sunt peregrini: & ordines quos nõ habent, se mentiuntur habere.

i ¶ *Afros.*] Ratione prouinciæ præsumitur contra aliquem. ar. 24.dist.quando.ff.de ædi.edi.c. ꝙ si nolit.§. qui mancipia.[e]

k ¶ *Suscipias.*] vt officient populum. aliàs bene: extra de cle.pe. cap. pen.

l ¶ *Fortiores.*] Hæc est vna ratio, quare non admittuntur. aliæ assignantur 19.q.2.duæ.

Omnes.] Cas vs. In hoc cap.statuitur, vt illi qui in peregrinatione sunt baptizati, non promoueantur: quia eorum vita est incognita, & possunt esse irregulares.

m ¶ *Omnes.*] Hoc c.loquitur de adultis.“ Sed nonne baptismus tollit omnem peccati maculam? Vtique.sic j.de pœ.dist. vlt.c.vlt. hoc ergo ideo quia fortè isti bigami vel aliàs irregulares sunt, quia ante baptismum fortè fuerunt bigami.

e Arg.contra extra.de iud. cum de putati. extr. de instit. ad decorem. Arch.

“Baptismus oẽm peccati maculam tollit.

DISTINCT. XCVIII.

Væ circa[c] ordinandos sint obseruanda, quæ in eorum electione diligenter sint considerandа, multorum auctoritatibus monstrata sunt. Sed quia veritas rei nonnunquam obscuratur mutatione prouinciæ, decretum est sacris canonibus, vt peregrini, nisi quinque, vel eo amplios suorum episcoporum fuerint commendati chirographis, non ordinentur.

Vnde Siluester Papa generali concilio præsidens dixit.[1]

¶ Nisi quinque episcoporum literis designatum transmarinum hominem ad clericatum nullus suscipiat.

CAP. I.

NVllus aliqua [d] ratione transmarinum hominem penes vos † in clericatus gradus suscipiat, nisi quinque [e] [aut † eo amplius] episcoporũ designatus sit chirographis.

Item Anastasius I. vrbis Romæ Episcopus ad omnes Germaniæ, ac Burgundiæ Episcopos, epist.1.c.2.

¶ De eodem.

CAP. II.

TRansmarinos [f] homines in clericatus honorem † nemo suscipiat, nisi quinque, aut eo amplius episcoporum chirographis [g] sint designati: quia multa per subreptionem [h] solent euenire.

Item Gregorius Romanæ Ecclesiæ præsul Squillatino Episcopo, lib. 2.episto. 25.

¶ De eodem.

CAP. III.

AFros [i] passim, vel incognitos peregrinos, ad ecclesiasticos ordines tendentes nulla ratione suscipias [k]: ꝙa Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati; peregrini verò plurimi etiam in minoribus ordinibus constituti fortiores [A] [l] de se prætendisse honores sæpè probati sunt.

A ¶ Fortiores.] *Sic legitur in vetustis Gratiani & B. Gregorij codicibus, verùm in Frobeniana, ac Lugdunensi eiusdem B. Gregorij operum editione*, ad fortiores prætendisse honores.

Item ex concilio Eliberitano, c. 24.

¶ Non sunt promouẽdi ad clerum, qui peregrè fuerint baptizati.

CAP. IIII.

OMnes [m] qui peregrè † fuerint baptizati, eo ꝙ eorum minimè sit cognita vita, placuit ad clerum non esse promouendos in alienis prouincijs.

DE primatibus.] Hæc distin.diuiditur in tres partes,in quarum prima dicitur, ꝙ vbi erant primates gentilium olim: ibi sunt modò primates, id est, patriarchæ, qui idem habent officium, licet nomina sint diuersa.Secunda ibi, *Nulli archiepiscopi.* Tertia ibi, *Vniuersalis.* Ioan. de Fant.

CASVS. Quia suprà in 80. distin.c.1. Gratianus fecerat mentionem de primatibus, & patriarchis, nec assignauerat differentiam inter eos. ideo supponit hanc 99. distin. in qua ostendit, quòd primates & patriarchæ quo ad officia non differũt, sed quo ad vocabula, ad quos primates vel patriarchas ab archiepiscopis, appellãt episcopi. Ostendit etiam ꝙ archiepiscopi debent primatibus obedire in his, quæ iustè fuerint imperata.

a ¶ *De primatibus.*] fecerat Gratianus suprà in dist. 80. mentionem de primatibus, & patriarchis: sed ne quis crederet propter nomi num diuersitatem aliquam esse realem differentiam, ideo ostendit in hac distin. differentiam esse tantùm in nomine. Ostendit etiam de reuerẽtia quam debent archiepiscopi suis primatib. Ostendit etiã ꝙ nec Romanus Pontifex debet vniuersalis appellari.

7 Iuo par.5. c.53. Pann.l.4.c. 23.

† al.leges.

PRouinciæ.] CASVS. Quæsitum fuit ab Anacleto in quibus locis primates instituendi sint: & an archiepiscopi eis debeant obedire. Et respon.quòd leges ecclesiasticæ iusserunt poni primates vel patriarchas,qui eandem formam tenent(licet diuersa sint vocabula)in capitibus prouinciarum, vbi olim erant primates paganorum: ad quos primates vel patriarchas ab archiepiscopis appellatur.In alijs verò ciuitatibus, metropolitanis debent archiepiscopi residere,

† al.nostris.

qui debent prædictis primatib^us obedire, nec debent nominari primates, sed archiepiscopi vel metropolitani.

